virtutibus ita preferunt: vt huic iudicent omnia postponenda:
⁊ vniuersa dispendia subire contenti sint: dummodo hoc bonū
in nullo violare videantur.

¶ Quam criminosum habeatur si aliquid vel vilissi

mum quispiam suum dixerit. Capitulum.xiij.

Diapsam nihil possidemur

I Iam sane vir ente inter ceteras eoz institutiones vel cō
1 memorare superfluū puto: qō scz nulli cistellā: nulli pe-
culiarem spozellam liceat possidere: nec tale aliqd qō
velut ppziū retinens suo debeat cōmunire signaculo. Quos ita
nominus omni ex pte nudos existere: vt preter colobium: ma-
notē: caligas: melotē: ac pfiabitum nihil amplius habeant: cū
in alijs quoq; monasterijs in quibus aliqua remissius indulgē
tur: banc regulā videamus strictissime nunc vsq; seruari: vt ne
verbo quidē audeat quis dicere aliqd suum: magnūq; fit crimē
ex ore monachi processisse codicē meū: tabulas meas graphium
meū: cunicā meam: caligas meas. proq; hoc digna penitentia
satisfacturus sit: si casu aliquo per subreptionē vel ignorantiam
huiusmodi verbum de ore eius effugerit.

¶ Quod licet multa pecunia vniuscuiusq; ope conge
ratur: nullus tamē presumat excedere statute sufficien
tie parcitatem. Capitulum.xiij.

I cū tantos vnusquisq; eoz quotidie de ope ac sudo-
2 re ppzio redditus cōferat monasterio: vt ex his sustēn
tare nō solum suā valeat parcitatē: verūetiam vbus
possit exuberare multoz: in nullo tñ inflatur: nec sibi de tanto
opis sui questū ac sudore blandit: sed preter duo parimacia que
tribus vir denarijs ibidem distrahunt: nihil sibimet amplius
vnusquisq; presumit. Inter quos nullū peculiare opus quod pu
det dicere: quodq; in nostris monasterijs vtinā fieri nesciremus
non dicam effectu: sed ne cogitatione quidē ab aliquo penitus
affectatur. Cuiusq; tota cuidecā cenobij suam credat esse substan
tiā cūctisq; rebus vt omnib; dns oēm curā sollicitudinemq; im-
pendat: ad retinendā: nihilominus arrepte nuditatis virtutem:
quā studet: ad finē vsq; perfecte atq; inviolabiliter custodire: ita
semetipsum a cūctis extraneū t ex omnibus indicat alienū: vt
tanq; peregrinū se gerat: t incolā istius mūdi: aluminūq; se pot?
monasterij reputet ac ministrū: q; dns cuiuscūq; rei presumat.

¶ De immodico apud nos studio habēdi. Cap.xv.

D hec nos miserabiles quid dicemus: q in cenobijs cō
3 morātes: ac sub abbatis cura t follicitudine cōstituti:
peculiares circunferimus claues: omniq; pfessionis
nostre verecundia t cōfussione calcata: etiā anulos quibus recō
dita pfignemus in digitis palas gestare nos nō pudet: quibus
nō solum cistelle vel spozte sed ne arce quidē vel armaria: ad ea
que cōgerimus vel q egressi de seculo reseruauimus condēda suf
ficiunt. Quiq; ita nonnunq; pro vilissimis nullisq; rebus acce
dimur: eas duntaxat velut ppzias vendicantes: vt si quis vē

digito quicq̄ ex his cōtrectare presumpserit: tanta, contra eum iracūdia suppleamur: vt cōmotionē cordis nostri a labijs ac tota quidē corpis indignatione reuocare nō possimus. Sed pretermissis nostris vicijs: ⁊ his q̄ nec cōmemorari quidē dignum est silentio traditis: ſm illud eloquiū. Nō loquatur os meū opa hoīm: virtutes potius que apud illos sunt: ⁊ hec que nos quoq̄ omni studio debemus appetere: cepto narrationis ordine prosequamur: ipsasq̄ iā regulas ac typos cursim breuiterq̄ ponamus vt ꝑueniētes post hec ad quosdā actus ⁊ opa senioꝝ q̄ studiose memorie mandare disponimus: hec q̄ nostra expositione digesta sunt velut testimonijs validissimis roboremus: vniuersa que diximꝰ exēplis eoꝝ potius ac vite auctoritate firmātes. Ps. 16.

De regulis diuersarū correptionum. Capitulum. xvj.

Si quis igit̄ gillonē fictilem quē baucalē nūcupant: aut hmōi aliud casu aliquo fregerit: aut ꝑdiderit aliq̄d: non aliter negligentiā suā q̄ publica diluet penitentia: cunctisq̄ in synaxi fratribus cōgregatis: tādiu prostratus in terrā veniā postulabit: donec orationū cōsummet̄ solennitas: impetraturus eā cū iussus fuerit abbatis iudicio de solo surgere. Eodem mō satisfaciet quisquis ad opus aliq̄d accersitus: vel ad cōgregationē solitā tardius occurrerit: aut si decantās psalmū vel modicum titubauerit. Similiter si superfluo: si durius: si contumacius responderit: si negligentius obsequia iniuncta compleuerit: si vel leuiter murmurauerit: si lectionem operi vel obedientie preferēs: officia statuta segnius fuerit executus: si dimissa synaxi non concitus ad cellam recurrere festinauerit: si cum aliquo vel ad modicum substiterit: vel si ad punctum temporis vspiam secesserit: si alterius tenuerit manum: si cum illo qui cellule sue cohabitator non est confabulari quantulunc̄q̄ presumpserit: si orauerit cum illo qui est ab oratione suspensus: si parentum quempiam vel amicorum secularium viderit: vel collocutus eis sine suo fuerit seniore: si epistolam cuiuscunq̄ suscipere: si rescribere sine abbate suo temptauerit. Hucusq̄ ⁊ in huiusmodi ac similibus admissis: procedit animaduersio spiritalis. Residua vero que apud nos indifferenter admissa: a nobis quoq̄ reprehensibilius sustinentur: id est aperta cōuicia: manifesti contemptus: contradictiones tumide: libera ⁊ effrenata processio: familiaritas apud feminas: ire: rixe: simultates ⁊ iurgia: operis peculiaris presumptio: philargyrie contagio: affectus atq̄ possessio rerum superfluarum quē a ceteris fratribus nō habentur: extraordinaria ac furtiua cibi refectio: ⁊ his similia non illa increpatione quam diximus spiritali: sed vel plagis emendantur vel expulsione purgantur.

¶ Quibus auctoribus sit inuentum vt reficientib⁹ fratribus sacre lectiones in cenobijs recitentur: ⁊ quā tum apud egyptos prebeat̄ silentiū. Cap̄.xvij.

Aliud autem vt reficientibus fratribus sacre lectiones in cenobijs recitentur: non de typo egyptiorū processisse: sed de cappadocū nouerimus. Quos nulli dubiū est non tam spiritalis exercitationis causa q̄ compescende supflue ocioseq; cōfabulationis gratia: ⁊ maxime contētionū q̄ plerū q̄ solēt in conuiuijs generari: hoc statuere voluisse: vidētes eas aliter apud se non posse cohiberi. Apud egyptios enim vel maxime tabennensiotas tantum silentium ab oībus exhibet̄: vt cum in vnum tanta numerositas fratrū refectionis obtentu cōsederit: nullus nec mutire quidē audeat p̄ter eū qui sue decanie p̄est. Qui tamē si quid mense supinferri vel auferri necessarium esse peruiderit: sonitu potius q̄ voce significat. Tantaq; vescentibus eis silentij huius disciplina seruat̄: vt cucullis vltra oculoꝝ palpebras demissis: ne scz liber aspectus habeat curiosius copiā euagandi: nihil amplius intueant̄ q̄ mēsaz: ⁊ appositos in ea vel quos ex ea capiunt cibos: ita vt quemadmodū vel quā tum reficiat alius: nullus inuicem notet.

¶ Quod illicitum sit extra mēsam communem quicq̄ cibi potusve gustare. Capitulum.xviij.

Anteq̄ vel postq̄ legitimam cōmunēq; refectionē percipiāt: summa cautione seruatur ne extra mensam quicq̄ cibi penitus ori suo quisquam indulgere presumat: vt in edentibus p̄ hortos ⁊ pomaria: cum passim blādeq; per arbores poma pendētia non solum obijciant se pectoribus transeuntiū: verūetiam strata per terrā cōculcanda pedibus offerant: atq; ad colligendū parata facile ad consensum cōcupiscentie illicere valeāt intuentes: ⁊ oportunitate vel copia quāuis districtos atq; abstinentissimos ad sui desideriū p̄uocare: sacrilegū ducatur non modo quicq̄ ex his degustare verumetiam manu contingere: absq; eo quod palam cunctis in cōmune reficientibus exhibetur: ⁊ ad percipiendum economi dispensatione per fratrum obsequia publice ministratur.

¶ Quemadmodum per palestinā vel mesopotamiā quotidiana fratribus exhibeātur obsequia. Capitulum.xix.

Ne quid sane de institutis cenobiorum pretermisisse videamur: quēadmodū quotiana fratrib⁹ ēt p̄ alias regiones exhibeant̄ obseq̄a: cōmemorādū breuiter puto. Per cunctam namq; mesopotamiam: pelestinam ⁊ cappadociaz ac

totum orientem: singulis hebdomadib⁹ vicissim fratres ad hec officia sibi reddēda succedūt: ita vt ꝑm cenob ij multitudinē: ministroꝝ quoq; numerus deputetur. Que explere tanta deuotione ⁊ humilitate properant: quanta nullus seruorum dirissimo domino ac prepotenti exhibet suum famulatum: ita vt ne istis quidē solis cōtēti obsequijs que canonico iure soluuntur: etiaꝫ nocte surgentes illos quibus specialiter hec manet cura studio suo releuent: ⁊ ea que ab ipsis perficienda sunt: furtim ꝓueniētes implere cōtēdāt. Has autē septimanas vnusquisq; suscipiēs vsq; ad cenam dominici diei ministraturus obseruat. Qua peracta ministerium totius hebdomadis ita concluditur: vt hi quibus succedendum est: conuenientibus in vnum fratribus ad concinendos psalmos quos quieturi ex more decantant: omnibus in ordine pedes lauēt: hanc scilicet ab eis pro labore toti⁹ septimane benedictionis mercedem fideliter expetentes vt eos explentes mandatum christi: emissa generaliter ab omnib⁹ fratribus oratio prosequat: que vel pro ignoratiōibus intercedat vel pro admissis humana fragilitate peccatis: ⁊ cōmēdet deo velut sacrificiū pingue cōsummata eoꝝ deuotionis obseq̄a. Itaq; secunda sabbati post matutinos hymnos alijs rursum succedentibus vtensilia in quibus ministrauerāt ac vasa cōsignāt que tanta sollicitudine curaq; suscipientes custodiunt: ne quid ex eis imminuatur vel pereat: vt credant se etiā ꝑ minimis quibusq; vasis tanq̄ pro sacrosanctis rationem: non solum dispēsatori presenti: sed etiam domino reddituros: si forte aliq̄d ex eis negligentia eorū fuerit imminutum. Cuius discipline q̄ modus sit vel quanta fide ⁊ cautione seruetur: vno testimonio: qd̄ exempli gratia ponā: poteritis agnoscere. Sicut enim studem⁹ satisfacere vestro feruori: quo plenā vniuersoꝝ cognitionem desiderantes: etiā ea que optime nostis hoc libello vobis cupitis iterari: ita veremur mensuram breuitatis excedere.

¶ De tribus lēticule granis ab economo repertis. Capitulum. xx.

In septimana cuiusdam fratris cū preteriens econom⁹ tria lenticule grana vidisset iacere in terra: que hebdomadario festinanti dum ea preparat coctioni inter manus cum aqua qua diluebantur elapsa sunt: confestim super hoc abbatem consuluit. A quo velut interuersor neglectorq; sacri peculij iudicatus ab oratione suspēsus est. Cuius negligentie reat⁹ non aliter ei remissus est: nisi eum publica penitentia diluisset. Non solum enim seipsos non esse suos: sed etiam omnia q̄ sua sunt credunt domino consecrata. Propter quod si quid fuerit in monasterio semel illatum: vt sacrosanctum cum omni decernūt

reuerētia debere tractari. Tātaq; fide vniuersa ꝓcurāt atq; dispēsant: vt etiam ea que despectui habentur: paruaq; reputant ac vilia: si vel loco mouerint vel cōptentius collocauerint: si gillonē aqua impleuerint: si ex eo cuiq; obtulerint ad bibēdū: si tenuem festucam de oratorio cellave submouerint: mercedē se cōsecuturos a domino tota credulitate confidant.

¶ De spontaneo quorundam fratrum ministerio. Capitulum.xxj.

Nouimus fratres in quorum septimana cum accidisset tanta lignorum penuria: vt non esset penitus vnde soliti cibi fratribus pararent: ⁊ donec possent coempta deferri vt xerophagia cōtenti essent: abbatis fuisset auctoritate p̄ceptum: essetq; hoc vniuersis placitum: nec quisq; posset vllum coctionis sperare pulmentum: illos velut qui fructu ac mercede sui laboris ⁊ obsequij fraudarentur: si in ordine vicis sue cibos fratribus non secundum consuetudinem parauissent: tantum sibi spontanei operis ac sollicitudinis indixisse: vt in illis aridis ac sterilibus locis in quibus ligna nisi de fructiferis arboribus excidantur: omnimodis nequeunt inueniri. Nec enim vt apud nos vlla reperiuntur fruteta syluestria: per extenta auia discurrentes: ⁊ eremum que versus mare mortuum tenditur obeuntes: festucas tenues ac spinulas quas ventus huc illucq; disperserat: suo sinu ⁊ gremijs colligētes: cunctā solennitatem ciborū spontaneis obsequijs prepararent. ita vt de solita prebitione nihil paterentur imminui. Tāta fide hec sua munia fratribus exhibentes: vt etiam cum illos honeste posset vel lignoꝝ excusare penuria vel abbatis imperium: pro fructu suo atq; mercede noluerint hac abuti licentia.

¶ De egyptiorum typo qui est super quotidianis fratrum statutus obsequijs. Capitulum.xxij.

Hec dicta sint secundum typum vt prefati sumus totius orientis: quem etiam in partibus nostris necessario dicim⁹ debere seruari. Ceterum apud egyptios quib⁹ maxima cura est operis: non est hebdomadarum mutua vicissitudo: ne sub occasione huius officij omnes ab operis canone impediantur: sed vni probatissimo fratrū cellarij vel coquine cura committitur qui perpetuo donec vires eius vel etas admittit iugiter opus istud exerceat. Non enim magno labore corporis fatigatur: qr nec tanta cura inter eos parandorum ciborum vel coctiōis impeditur: quippe qui maxime xerophagijs vel homophagijs vtunt: ⁊ apd quos secta singulis mēsib⁹ porroꝝ folia: labsania: salfrictū oliue: pisciculi minuti salliti: quos illi menominia vocant: summa voluptas est.

¶ De obedientia abbatis iohannis per quam vsq;

ad prophetie profectus est gratiam.

Capitulū.xxiij.

Et quoniam hic liber de institutione est eius qui renunciat huic mundo: per quam scilicet introductus ad humilitatē verā ⁊ obediētiā ꝑfectā ceterarꝫ quoqꝫ ꝟ tutū culmina possit ascendere. necessarium reor quedam seniorum gesta quibus per hanc enituere virtutem: exempli gratia: sicut promisimus explicare: de multis admodū pauca carpentes: vt studētibus sublimiora sectari: non solum incitamentum ex his vite perfecte: sed etiā propositi forma ꝓcedat. Quāobrem duos vel tres pro libelli huius compendio de tam innumera patrū multitudine proferentes ponimus. Primū abbatem ioannem qui commoratus est iuxta Zico quod est oppidum thebaidis: quiqꝫ propter obedientie virtutem vsqꝫ ad prophetie gratiam sublimatus: sic vniuerso claruit orbi: vt etiam regibus mundi huius merito suo redderetur illustris. Nam cum in extremis vt diximus thebaide partibus commaneret: non ante presumebat Theodosius imperator ad prepotentiū bella tyrannorum procedere: q̄ oraculis illius aīaretur atqꝫ responsis. Quibus confidens velut celitus sibi delatis: trophea de bellis desperatis atqꝫ hostibus reportabat.

¶ De ligno itaqꝫ arido quod idem abbas ioānes ad arbitriū senioris sui quasi adolēdū rigare nō destitit.

Capitulum.xxiiij.

Hic itaqꝫ beatus Joannes ab adolescentia sua vsqꝫ ad ꝑfectam ac virilem etatem seniori deseruiens: donec ille in huius vite conuersatione durauit: tanta humilitate inhesit eius obsequijs: vt ipsi quoqꝫ seni stuporem suum obedientia eius incuteret. Cuius hanc virtutem vtrum de vera fide ac profunda cordis simplicitate descenderet: an affectaticia eēt ⁊ quodammodo coacticia atqꝫ ad imperantis faciem preberet volens manifestius explorare: q̄ plura ei etiam superflua minusqꝫ necessaria vel impossibilia frequentius iniungebat. Ex q̄bus tria ponam per que manifestari possit volentibus scire vel mentis eius vel subiectionis integritas. Sumpsit itaqꝫ de lignario suo senex virgultū: quod olim excisum vsibus foci fuerat preparatum: dūqꝫ coctionis retardaret occasio: non modo aridum sꝫ prope putre iacebat temporis vetustate. Cumqꝫ hoc coram ipso fixisset in terrā: ꝑcepit aduecta aqua quotidie bis rigari: vt scꝫ diurnis humoribus radicatum: atqꝫ per aquā in arborē diffusis ramis reuiuiscēs: amenitatē oculis atqꝫ vmbraculū in estu feruēti subter residētib⁹ exhiberet. Qd̄ preceptū vene-

ratione solita sine vlla impossibilitatis cõsideratione susciptẽs adolescens: ita quotidianis diebus explent: vt aquam per duo ferme milia indefinenter apportans: nullatenus lignum rigare cessaret: atq; per totum anni spacium non infirmitas corporis: non festiuitas solennitatis: non occupatio necessitatis vllius que illum etiam honeste excusaret ab executione mandati: non denicq; hyemis asperitas intercedens: ab huius obseruatiõe precepti potuerit impedire. Cunctis eius banc sedulitatem tacitus senex latenter diebus singulis explorabat: et videret enim simplici cordis affectu mandatum suum velut diuinitus emissum sine vlla permutatione vnitus vel rationis discussione seruare: fine ceram humilitatis eius obedientiam comprobãs: pariter etiã miserans tam longum laborem quem per totum anni spacium studio deuotionis impenderat: ad virgultum aridum accedens O inquit iohannes misit ne radices hec arbor an non? Cumq; ille se senescire dixisset: senex velut inquirens rei veritatem: et tanq; temptans verum iam suis radicibus niteretur: euulsit coram ipso leni commotiõe virgultum: sicq; proficiens illud: precepit vt deinceps rigare desineret.

¶ De profecto ab abbate iohanne vase vnico olei ad senioris imperium. Capitulum. xxv.

Tacq; cum huiusmodi exercitijs eruditus quotidie iuue nis in hac parendi virtute succresceret: et humilitatis eius enitesceret gratia: atq; obedientie sue suauis odor per monasteria vniuersa fragraret: quidam fratrum probationis: immo edificationis obtentu venientes ad senem: cum subiectionem eius quam audierant mirarentur: vocans eum repente senex. Ascende ait: et sumens lenticulam olei: que sola in cremo suis vel aduenientium visibus liquoreꝫ pinguedinis tenuissimum ministrabat: deorsum proijce per fenestram. Quam ille cum ad superiora concitus peruolasset: per fenestram proferẽs comminuendam dimisit ad terram: parum cogitans vel retractans precepti ineptiam: diurnam necessitatem: infirmitatem corporis: penuriam sumptuum: eremi squalentis angustias ac difficultates: in qua etiã si pecunia suppeditaret: nihilominus perdita species inueniri reparariq; non posset.

¶ Quemadmodum abbas iohãnes suo obedierit seniori ad aduoluẽdum saxum quod ne a multis quidẽ possibile erat moueri. Capitu. xxvj.

Vis rursum edificari cupientibus obedientie huius exẽplo: vocans eam senior: curre inquit iohannes: saxum illud huc aduolue ꝯtinus. Qui confestim saxum immane quod turbe multe hominum vel mouere non possent: ap-

plicita nunc ceruice: nunc toto pectore tāto nisu atq; conatu pro uoluere contendebat: vt sudore omnium membrorum suorum: non solum totum infunderet vestimentum: sed etiam saxum ipsum suis ceruicibus humectaret: in hoc quoq; parū metiens impossibilitatē precepti vel facti pro reuerentia senioris ⁊ obsequij simplicitate sincera: qua credebat senem tota fide nihil posse incassum ac sine ratione precipere.

¶ De humilitate ⁊ obedientia abbatis Mucij quā in proijciēdo in fluuium paruulo filio ex precepto senioris nō hesitauit implere. Capitulum. xxvij.

Hucusq; abbatis iohannis pauca dixisse de multis sufficiat. Nunc abbatis Mucij factum memoria dignum comprehendā. Hic nāq; abrenunciare desiderans huic mundo: tam diu pro foribus monasterij excubans perdurauit: donec immobili perseuerantia sua contra omnem consuetudinē cenobiorū cum filio suo paruulo qui octo circiter erat annorum vt susciperetur: eliceret. Cunq; tandē recepti fuissent: confestim non solum diuersis prepositis traditi: verumetiam celle habitatione seiuncti sunt: ne scilicet iugi visione paruuli reminisceret pater: ex omni sua quam renuncians abiecerat facultate atq; affectione carnali saltem sibi filium superesse: ⁊ quēadmodum se iam diuitem non esse sciebat. ita etiam patrem se esse nesciret Quod vt plenius probaretur: vtrum videlicet plus faceret affectionem sanguinis ac suorum viscerum charitatē: an obedientiam ⁊ mortificationē christi: quam renuncians quisq; pro eius debet amore preferre de indrustria negligebatur paruulus pannis potius q̄ vestimentis indutus sordibus quoq; ita obsitus ac fedat⁹ vt offendere potius q̄ delectare paternos oculos posset quotiens ab eo fuisset aspectus sed etiam colaphis atq; alapis expositus diuersorum quas plerūq; sub obtutibus suis innocenti paruulo etiaz gratis cernebat inferri ita vt nūq̄ genas eius nisi lachrymarum sordentibus vestigijs videret infectas Cunq; taliter infans sub oculis eius per dies singulos ageret pro amore nihilominus christi ⁊ obedientie virtute rigida semper atq; immobilia patris viscera permanserunt. Non enim iā reputabat suum filium quem secū pariter obtulerat christo nec curabat de presentib⁹ eius iniurijs sed potius exultabat q̄ eas nequaq̄ infructuose cernebat tolerari parum cogitās de lachrymis eius sed de propria humilitate ac pfectione sollicitus. Quā districtionē mentis illius atq; immobilem rigorem peruidens cenobij senior ad comprobandam penitus animi eius constantiā cum plorare quadam die vidisset infantem simulās se aduersus eum cōmotum precepit patri vt tollens eum iactaret in flumen. Tunc ille velut a domino sibi hoc preceptum esset confestim celeri cursu rapiens filium vlnis proprijs vsq; ad orā flu-

minis aduexit iactaturus. Quod profecto feruore fidei ⁊ obedientie eius fuisset opere consummatum: nisi procurati fuissen de industria fratres: qui sollicite ripā fluminis obsiderent: proiectūq; iam ⁊ quodammodo de fluminis alueo paruulū rapuissent: ⁊ consummationem precepti obsequio patris ac deuotione completam: ab effectu operis atq; ab ipso fine reuocassent.

¶ Quemadmodum reuelatū sit abbati de patre mucio opus eius abrae fecisse: ⁊ ꝙ defuncto eidem abbati idem pater mucius in monasterij administratione successerit. Capitulum. xxviij.

Cuius fides atq; deuotio intantum deo fuit accepta: vt diuino statim testimonio comprobata sit. Reuelatum nanq; est continuo seniori: hac eum obedientia abrae patriarche opus implesse. Cunq; breui tempore transacto idem abbas cenobij de mundi huius commoratione migraret ad dominum: hunc preponens cunctis fratribus successorē sibi: atq; abbatem monasterio dereliquit.

¶ De obedientia fratris qui decem sportas circunferens publice distraxit ad abbatis imperium. Capitulum. xxix.

Non tacebimus etiam nobis cognitum fratrem ꝑm seculi huius ordinem summe familie. Nā patre comite ac ditissimo oriundus fuit: studijs quoq; liberalibus nō mediocriter institutus. Qui relictis parentibus cum ad monasterium peruolasset: ad comprobandā mentis humilitatem vel fidei eius ardorem: cōfestim ei a seniore preceptum est: vt decem sportas quas necesse nō erat publice vendicari: ceruicibus suis onerans distrahendas per plateas circūferret: adiecta conditione qua diutius in hoc officio retineretur: vt si forte eas vnus pariter coemere voluisset nō cederet: sed singillatim eas querentibus venundaret. Quod ille tota deuotione cōpleuit: ⁊ omni confusionis verecundia pro nomine ac desiderio christi calcata: sportas humeris suis imponens precio statuto distraxit: ac pecuniam ad monasterium reportauit: nequaq̄ perterritus tā vilis ⁊ insueti officij nouitate: nec considerans indignitatem rei: nataliūq; splendorē: ac venditionis iniuriam: dum illam christi humilitatem que est vera nobilitas: per obedientie gratiam desiderat obtinere.

¶ De abbatis pynufij humilitate: qui relicto cenobio celeberrimo cui presbyter preerat: longinquū monasterium in quo velut incipiens susciperetur: deside-

rio subiectionis expetijt. Capitulum.xxx.

Oartat nos libelli modus ad finē tendere: sed obedientie bonum que inter ceteras virtutes primatum tenet: non patitur nos eorum gesta qui per hanc claruerūt penitus silentio preterire. Propter quod vtrunq; congrue temperantes: id est tam breuitati q̄ studiosorum desiderijs atq; vtilitatibus seruientes: vnum adhuc ponemus humilitatis exemplum quod non ab incipiente sed a perfecto atq; abbate completum: non solum iuniores instruere sed etiam seniores ad perfectam humilitatis virtutem lectione sua poterit incitare. Uidimus itaq; abbatem pynufium qui cum esset immanis cenobij presbyter qd̄ est in egypto nō longe a panefisi ciuitate ꝛ pro ipsa reuerentia vel vite sue vel etatis vel sacerdotij cūctis honorabilis ac venerandus existeret. Uidens se pro hocipso humilitatē illam quam ꝟm sue mentis ardorem concupierat exercere non posse nec habere quo virtutem desiderate subiectionis extenderet clam fugiens de cenobio secessit solus in thebaidos vltimas partes. Ibiq; deposito habitu monachorum assumpta seculari veste cenobium tabenensiotarum expetijt quod sciebat cunctis esse districtius ꝛ in quo se vel pro longitudine regionis credidit ignorandum vel pro magnitudine monasterij ac multitudine fratrum facile posse celari. Ubi diutissime pro foribus perseuerans cunctorum fratrum genibus prouolutus vt susciperetur summis precibus exorabat. Cunq; multo despectu tandem fuisset admissus quod scilicet decrepitus senex ꝛ qui omnem suam peruixisset etatem ingredi cenobium postularet quo tempore iā ne deseruire quidem suis voluptatibus preualeret ac ne hoc quidem ipsum causa religionis expetere eum assererent sed famis ꝛ inopie necessitate constrictum vt seni nulliq; operi penitus apto horti cura diligentiaq; mandatur. Quam sub alio fratre iuniore qui eum sibi creditum retinebat exercens sic eidem subdebatur tantaq; obedientia desiderataꝫ humilitatis excolebat virtutem vt non solū ea que ad horti curam diligentiāq; pertinebant verūetiam vniuersa officia que cunctis erant aspera vel indigna atq; ab omnibus ducebantur horrori tota quotidie sedulitate compleret. Quāplura etiam nocte consurgens ita furtiꝫ nullo teste vel conscio tenebris occulentibus efficiebat vt penitus auctorem operis nemo deprehenderet. Cunq; ibidē triennio delitescens dispersis per vniuersam egyptum vbiq; fratribus quereretur a quodam tandem visus qui de egypti partibus commearat vix potuit pre humilitate habitus sui ac vilitate officij quod gerebat agnosci. Nam sarculo deorsum incuruus laxabat oleribus terram deinde stercus humeris suis aduectans eorum radicibus ingerebat. Cunq; hec intuens frater super agnitione eius diutissima fuisset hesitatione detentus propius

tandem accedens: ⁊ non solū vultū sed etiā sonū vocis diligē-
ter explorans: ad pedes eius cominus procidens: primo quidē
sup̄ hoc stuporē summū vidētib⁹ cūctis incussit: cur vz istud fe
cerit ei qui apud ipsos velut nouici⁹ ac de seculo nup̄ egressus
habebat extrem⁹. Post vero miraculo sunt maiore p̄culsi: cum
eius nomē qd̄ apud ipsos quoq̄ magna fuerat opinione cōper
tum protinus prodidisset. A quo vniuersi frēs prioris ignorā-
tie veniā postulātes: q̄ eum vz tāto tp̄e inter iuniores ac paruu
los deputassent: Inuitum ac flentē (q̄ inuidia diaboli digna fi-
bi fuisset cōuersatione atq̄ humilitate fraudat⁹: quā diutissime
requisitā tandem aliquādo se inuenisse gaudebat: nec meruisset
vitā suā in illa quā arripuerat subiectione finire) ad propriū ce-
nobium reduxerunt: custodiētes eū summa diligētia: ne ab eis
quoq̄ similiter quoq̄ dilapsus aufugeret.

¶ Quemadmodū abbas pynufius reductus in monasterium suū: modico tēpore cōmoratus iterū fugerit in partes syrie. Capitulum. xxxj.

v Bi cū fuisset modico tēpore demoratus: eodē rursus hu-
militatis desiderio atq̄ ardore succēsus: captās noctur
na silētia: ita diffugit: vt iā prouinciā nō vicinā: sz igno
tas ⁊ alienas longeq̄ diuisas regiones expeteret. Nā conscen-
dens nauē in palestine partes cōmeare festinauit: credēs se tu-
tius latitaturū: si ad illa semetipsum asportaret loca in quibus
ne nomen quidē suū fuisset auditū. Quo cū aduenisset: nostrum
monasteriū protinus expetiuit: qd̄ nō longe fuit a speleo in quo
dn̄s noster iesus christus ex virgine nasci dignat⁹ est. In quo p̄
modico tēpore delitescēs: scd̄m sententiā dn̄i: tanq̄ ciuitas sup̄
montē posita diutius abscōdi non potuit. Nā continuo quidam
fratrū qui ad loca sancta de egypti partibus orationis causa cō
uenerāt: agnitū euz summa vi precū ad cenobiū suū reuocarūt.

Math. v.

¶ Que precepta dedit idem abbas Pynufius fratri quem in suo monasterio sub nostra recipiebat presentia. Capitulum. xxxij.

h Unc igitur senem pro illa q̄ nobis fuerat apud ipsum in
monasterio nostro familiaritas: cuz post hec in egypto
studiosissime requisissemus exhortationem quam dedit
fratri quez sub nostra presentia in cenobio suo recipiebat: quia
puto ex hac posse aliquid instructionis accidere: anim⁹ est opu
sculo huic intexere. Nosti ait quot diebus pro forib⁹ excubās
hodie sis receptus. Cuius difficultatis causaz primitus debes
agnoscere. Poterit enim tibi in hac via quam ingredi concupi-
scis multum conferre: si ratione eius agnita ad christi seruitiū
consequenter ac sicut oportet accesseris.

¶ Quod sicut magna remuneratio monacho debetur secundum institutionem patrū laboranti: ita ⁊ pena similiter tribuatur: ⁊ idcirco nō debeat quis facile admitti in monasterio.

Capitulum.xxxiij.

Sicut nanq; immēsa gloria fideliter seruientibus deo: ac ꝑm regule institutionē ei coherentibus: repromittit in futurū ita: pene grauissime preparant his q̄ tepide eam negligenterq; fuerint executi: ⁊ ꝑm hoc qd̄ professi sunt: vel qd̄ ab hoibus esse credunt: fructus etiā congruos sanctitatis: eidē exhibere neglexerint. Melius est enim scdm̄ scripture sententiā non vouere quenq̄: q̄ vouere ⁊ nō reddere. Et. Maledictus qui facit opus dei negligēter. Iō igitur a nobis diutissime refutat⁹ es: nō qz tuā vel omniū salutē nō toto desiderio cupiamus amplecti ⁊ his qui ad christum cupiunt peruenire: etiā procul occurrere nō optemus: sed ne temere recipiētes: ⁊ nos apud deū leuitatis ⁊ temetipsum reū grauioris supplicij faceremus: si ad presens facile susceptus: nec pondus professionis huius intelligens: vel destitutor post hec vel tepidus extitisses. Quāobrē ipsam cām abrenunciationis debes in primis agnoscere. Qua ꝑspecta: q̄d te cōueniat agere: ex eius rōe manifesti⁹ instruaris.

Ad religionem quare quis difficulter admitti debeat

Eccs. v.

Diere. xlviij

¶ Quod abrenunciatio nostra nihil sit aliud q̄ mortificatio et imago crucifixi.

Capitulum.xxxiiij.

Abrenūciatio nihil est aliud q̄ crucis ac mortificationis indicium. Ideoq; noueris hodierno die te huic mūdo ⁊ actibus eius ac desiderijs esse defunctum: teq; ꝑm aplm̄ mundo huic esse crucifixū: tibiq; hunc mundū. Considera ergo conditiones crucis sub cuius te deinceps sacramēto opz in hac luce versari: qz iā tu nō viuis: sed ille viuit in te q̄ est crucifixus pro te. Eo ergo habitu ac figura qua pro nobis in patibulo fuit ille suspensus: nos quoq; necesse est in hac vita degere: vt scilicet ꝑm dauid affigentes timore domini carnes nostras: vniuersas voluntates nostras ac desideria: non nostre concupiscentie seruiētia: sed mortificationi eius habeamus affixa. Sic enim domini preceptum implebimus dicentis. Qui non accipit crucem suam ⁊ sequitur me: non est me dignus. Sed forte dicas: Quō potest homo crucem suam iugiter portare: vel quemadmodum viuēs quis possit esse crucifixus? Audi rationē breuiter.

Abrenūciatio quid

Gal. vj.

Gal. ij.

Crucifige carnē

Ps. cxviij.

Math. x.

¶ Quod crux nostra timor domini sit.

Capitulum.xxxv.

Crux hominis quid

C Rux nostra timor dñi est. Sicut ergo crucifixus quis iā non pro animi sui motu membra sua quoq; monēdi vel conuertendi habet potestatem: ita ⁊ nos voluntates nostras ac desideria nō ꝑm id quod nobis suaue est ac delectat ad presens: sed ꝑm legem domini quo nos illa constrinxerit: applicare debemus. Et sicut is qui patibulo crucis affigitur: non iā presentia contēplatur: nec de suis affectationibus cogitat: non pro die crastino sollicitudine curaq; distenditur: nulla possidendi concupiscētia permouetur: nulla superbia: nulla contētione: nulla emulatione succenditur: nō de presentibus dolet iniurijs non preteritarū iā recordat: seq; cū adhuc spirat in corpore: cū ctis elemētis credit esse defunctū: illuc premittēs sui cordis intuitū: quo se non dubitat illico transiturū: ita nos quoq; timore dñi crucifixos: oportet his omnibus id est nō solū carnalib⁹ vitijs verumetiā ipis elementis mortuos esse: illuc hūtes oculos aie nostre defixos: quo nos sperare debemus momentis singulis migraturos. Hoc enim mō mortificatas poterimus vniuersas cōcupiscentias nr̄as ⁊ affectus habere carnales.

¶ Quod renunciatio nostra nihil prosit si ijsdem quibus renunciauimus implicemur. Capi.xxxvj.

C Aue ergo ne quid aliqñ eoꝝ resumas que renūcians abiecisti: ⁊ contra domini interdictum de agro euangelice operationis reuersus: inueniaris tunica tua qua te expoliaueras reuestiri: neq; ad humiles terrenasq; mundi huius concupiscentias ac studia reuoluaris: ⁊ contra euāgelij mandatum de perfectionis tecto descendēs: tollere aliquid presumas ex his q̄ abrenuncians abdicasti. Caue ne parentū: ne affectionis pristine recorderis: ⁊ ad curas huius seculi sollicitudinesq; reuocatus: ꝑm saluatoris sententiā ponēs manū tuā super aratrū ⁊ aspiciēs retro: regno celoꝝ aptus esse non possis. Caue ne quando superbiam quam nunc incipiens ardore fidei ac pia humilitate calcasti: cum ceperis psalmoꝝ vel professionis huius quandā noticiā degustare: paulatim elatus resuscitare mediteris: ac ꝑm apl̄i sententiā. Que destruxisti iterū reedificās preuaricatorē cōstituas temetip̄m: sed potius vt in hac nuditate quā corā deo ⁊ angelis eius professus es ad finem vsq; ꝑdures. In hac quoq; humilitate ac patientia: qua vt susciperis in monasterio decē diebus pro foribus ꝑseuerās multis lachrymis implorasti: nō solūmodo ꝑsistas: verumetiā proficias atq; succrescas. Satis enim miserū est vt cū debeas a rudimentis ac primordijs tuis prouehi ⁊ ad perfectionem tendere: etiā ab ipsis incipias ad inferiora decidere. Nō enim qui ceperit hec: sed qui perseuerauerit in his vsq; in finem: hic saluus erit.

Luce.ix.

Gal.ij.

math.x. ⁊.xxiiij.

¶ Quod diabolus nostro fini semp̄ insidietur: ⁊ nos

eius caput iugiter obseruare debeamus.

Capitulum.xxxvij.

Versutus enim serpens calcanea nostra semper obseruat id est insidiat exitui nro: ⁊ vsq; in finē vite nre nos supplantare conat. Et idcirco bñ cepisse nihil proderit: nec pleno feruore renunciationis arripuisse principia: si hec cōgruꝰ etiā finis similiter nō commēdauerit atq; cōcluserit: xp̄iq; hūilitas atq; paupertas quam nunc corā ipso professus es: vsq; ad extremū vite queadmodū arrepta est a te non fuerit custodita. Quod vt possis implere: tu eius capita: id est cogitationū principia semp obserua: ad seniorē. s. mox ea deferēs. Ita enim disces ꝑnitiosa eius initia cōterere. si nihil ex eis seniori tuo erubueris reuelare.

¶ De renunciantis preparatione aduersum temptationes: ⁊ de paucis imitandis. Capitulū.xxxviij.

Quapropter ꝟm scripture sententiā: egressus ad seruiendū dño: sta in timore dei: ⁊ prepara aīam tuā nō ad requiem non ad securitatē: non ad delitias: sed ad tēptationes ⁊ angustias. Per multas enim tribulationes oportet nos introire in regnū dei. Angusta nāq; est porta ⁊ arta via q̄ ducit ad vitam: ⁊ pauci sunt qui inueniunt eā. Cōsidera ergo te de paucis ⁊ electis effectū: ⁊ ne exēplo ac tepore multitudinis refrigescas sed viue vt pauci: vt cū paucis inueniri merearis in regno dei. Multi enim sunt vocati: pauci vero electi. ⁊ pusillus est grex. cui cōplacuit pr̄i hereditatē dare. Itaq; nō leue noueris esse pctm̄: perfectionē professum quēpiā ea q̄ sunt imꝑfeca sectari. Ad quē perfectionis statum his gradibus atq; hoc ordine peruenitur.

Eccli.ij. Actuū.xiiij math.vij. math.xx. ⁊ xxij. Luc.xij.

¶ Quo ordine quis ad perfectionem valeat peruenire: per quā de timore dei ad charitatem consequenter ascendat. Capitulum.xxxix.

Principiū nostre salutis eiusdēq; custodia. sicut dixi: timor dñi est. Per hūc enim ⁊ initiū conuersionis ⁊ vitiorum purgatio ⁊ virtutū custodia: his q̄ imbuunt ad viā perfectionis acquirit. Qui cum penetrauerit hoīs mentē: contemptum ei rerū oīm parit: obliuionē parentum: mūdiq; ipsius gignit horrorē. Contemptu aūt ac priuatione facultatū omniū humilitas acquiritur. Humilitas vero his indicijs comprobatur. Primo si mortificatas in sese habeat oēs voluntates. Secundo si non solum actuum suorū verūetiam cogitationū nihil suū celauerit seniorem. Tertio si nihil sue discretioni sz iudicio eius vniuersa cōmittat: ac monita eius sitiens ac libēter auscultet. Quarto si in omnibus seruet obedientiā mansuetudinem. ⁊ patientie cōstantiā. Quinto si nō solū iniuriā inferat nulli: sed

ne ab alio quidē sibimet irrogatam doleat atq; tristetur. Sexto si nihil agat nihil presumat qđ nō vel cōmunis regula vel maiorum cohortantur exempla. Septimo si omni vilitate contentus sit: ⁊ se ad oīa que sibi precipiunt velut opariū malū iudicauerit ⁊ indignū. Octauo si semetipsum cunctis inferiorē nō supficie pronunciet labiorū: sed intimo cordis credat affectu. Nono si linguam cohibeat: vel nō sit clamosus in voce. Decimo si non sit facilis ac promptus in risu. Talibus nāq; indicijs ⁊ his similibus hūilitas vera dinoscit. Que cū fuerit in veritate possessa: cōfestim te ad charitatē q̄ timorē nō habet: gradu excellentiore pducet: p quā vniuersa q̄ prius nō sine pena formidinis obseruabas: absq; vllo labore velut naturaliter incipies custodire: nō iam conteplatione supplicij vel timoris vllius: sed amore ipsius boni ⁊ delectatione virtutum.

¶ Quod nō debeat monachus exempla pfectionis a multis expetere: sed ab vno vel paucis. Capitulū.xl.

Ad qđ vt valeas facilius puenire: exēpla tibi sunt imitationis ac vite pfecte in cōgregatiōe cōmorāti: a paucis immo ab vno vel a duobus nō a pluribus expetēda. Nā preter id qđ examinata vita atq; ad purū excocta repitur in paucis: etiā istud ex hoc vtilitatis accidit. qđ ad perfectionē propositi huius: id est cenobialis vite diligentius quis vnius imbuitur ac formatur exemplo.

¶ Quarum debilitatū similitudinē suscipere debeat qui in cenobio commoratur. Capitulū.xlj.

Que oīa vt possis cōsequi: ⁊ sub hac regula spiritali perpetuo pdurare: tria hec in cōgregatiōe necessario custodienda sunt tibi: vt. s. ꝑm psalmiste sententiā. Ego aūt tanq̄ surdus nō audiebā: ⁊ sicut mutus q̄ nō aperit os suū: ⁊ factus sum sicut homo nō audiēs: ⁊ nō hūs in ore suo increpationē. Tu quoq; velut surdus ac mutus ⁊ cecus incedas: vt absq; illius cōtemplatione qui tibi fuerit ad imitandū merito pfectionis electus: vniuersa quecūq; videris minus edificationis habentia: velut cecus nō videas: ne aīatus eorū qui hec agunt auctoritate vel forma: ad id qđ deterius est: ⁊ qđ añ damnaueras: traducaris. Si inobedientē: si cōtumacē: si detrahentē audieris vel secus q̄ tibi traditum est aliquid admittentē: nō offendaris nec ad imitandū eū tali subuertaris exēplo: sed vt surdus q̄ hec penitus nec audieris vniuersa trāsmittas. Si tibi vel cuiq̄ cōuitia: si irrogant iniurie: esto immobilis: ⁊ ad rñsionē talionis vt mutus ausculta: semp hunc psalmiste versiculū in corde tuo decantans. Dixi custodiam vias meas: vt non delinquā in lingua mea. Posui ori meo custodiā cū cōsisteret petōr aduersum me: obmutui ⁊ humiliatus sum ⁊ silui a bonis. Verū ⁊ quartū

Ps.37.

Ps.38.

hoc pre oībus excole: qđ hecque. s. diximus tria ornet atq; commendet. i. vt stultū te sm apl'i sententiā facias in hoc mūdo: vt sis sapiēs: nihil scz discernens nihil dijudicās ex his q̄ tibi fuerint imperata: sed cū omni simplicitate ac fide obedientiā semp exhibeas: illud tm̄mō sanctū: illud vtile: illud sapiēs esse iudicans: q̄cquid tibi vel lex dei: vel senioris examē indixerit. Tali em̄ institutione fundatus: sub hac disciplina poteris durare ꝑpetuo: ⁊ de cenobio nullis tēptationibus inimici nullis factionibus deuolueris. 1. Cor. 3.

Quod bonū patiētie sue nō debeat monachus de aliorum sperare virtute: sed de sua longanimitate.

Capitulum. xlij.

Ergo patiētiā tuā nō debes de alioꝝ sperare virtute: id est vt tūc ea tm̄mō possideas: cū a nemine fueris irritatus: qđ ne possit nō euenire: tue non subiacet ptāti: sed potius de hūilitate tua, ⁊ lōganimitate: q̄ in tuo pēdet arbitrio. Patia vera

Recapitulatio expositionis ꝑ quā monachus ad ꝑfectionē possit ascēdere.

Capitulum. xliij.

Et vt hec oīa que latiori sermone digesta sunt: cordi tuo facilius inculcent: ac tenacissime tuis sensibus valeant inherere: quoddā ex his breuiarium colligā: ꝑ qđ possis breuitate ⁊ cōpendio mādatoꝝ memoriter vniuersa complecti. Audi ergo paucis ordinē: ꝑ quē ascendere ad ꝑfectionē sum mā sine vllo labore ac difficultate valeas. Principium nr̄e salutis sapiētie scđm scripturas: timor dñi est. De timore dñi nascitur cōpunctio salutaris. De compunctione cordis ꝓcedit ab renūciatio. i. nuditas ⁊ cōtemptus oīm facultatum. De nuditate hūilitas procreat. De hūilitate mortificatio voluntatū generatur. Mortificatione voluntatū extirpantur atq; marcescunt vniuersa vicia. Expulsione vicioꝝ virtutes fructificant atq; succrescunt. Pullulatione virtutū puritas cordis acquirit. Puritate cordis apostolice charitatis perfectio possidetur. Scala ad ꝑfectionem.

¶ Explicit de institutis renunciantium liber quartus.

Incipit annotatio capitulorum libri quinti de spiritu gastrimargie.

Ca. j. Transitus de institutis cenobiorum ad colluctationem octo principalium viciorum.

ij Quod cause vicioꝝ sicut in oībus immorantur: ita ab omnibus ignorantur. ⁊ qr ad manifestandas eas dñi egeamus auxilio.

iij Qđ prima nobis colluctatio sit aduersus spm̄ gastrimargie: id est concupiscentiam gule.

iiij Testimoniū abbatis Antonij quo docet vnāquāq; vir-

tutē ab illo q̄ eā peculiarius possidet expetendam.
v Qđ nō possit ab oībus vniformis ieiuniorum regula custodiri.
vj Quod non solo vino mens inebrietur.
vij Qua ratiōe infirmitas carnis puritatē cordis nequeat impedire.
viij Quo perfecte cōtinentie fine esca sumenda sit.
ix De mēsura castigationū assumēdarū: remedioq; ieiunij.
x Ad cōseruandam mētis ⁊ corporis puritatem: abstinentiam ciborum non posse sufficere.
xj Concupiscētias cordis non extingui: nisi cū omni extirpatione viciorum.
xij De agone carnali etiam spiritalis agonis imitationem esse sumendam.
xiij Quod nisi gule fuerimus vitio liberati: nequaq̄ possimus ad pugnas interioris hoīs peruenire.
xiiij Quomodo possit gule cōcupiscentia superari.
xv Quō ad custodiendam cordis sui puritatem: monachus semper debet esse intentus.
xvj Qđ monachus ſm olympiaci certaminis morem non possit spiritales conficere pugnas nisi obtinuerit bella carnalia.
xvij Quod fundamentū ac basis spiritalis agonis in gastrimargie sit certamine collocata.
xviij Per quot genera certaminū atq; palmarū beatus apl̄us ad coronā sublimissimi agonis ascēderit.
xix Qđ athlete xp̄i donec in corpe cōmorat: pugna nō desit
xx Qđ nō debeat monachus sumēdi cibi tēpus excedere: si vult ad pugnas interiorū certaminū peruenire.
xxj De interiori monachi pace ⁊ abstinentia spiritali.
xxij Qđ idcirco nos oporteat exercere cōtinētiā corp̄alē: vt p̄ ipsam p̄ueniamus ad spiritale ieiuniū.
xxiij Qualis esse monachi cibus debeat.
xxiiij Qđ in egypto indifferēter vidimus sub aduentu nostro solui quotidiana ieiunia.
xxv De continentia senis qui ita sexies cibum sumpsit vt seruaret esuriem.
xxvj. De eo sene q̄ in cella sua escā nunq̄ solus accepit.
xxvij Quid de fructu studij p̄fessi sint abbas pesius ⁊. Joan.
xxviij Quā exempli sui professionem abbas ioannes discipulis reliquerit discessurus.
xxix De abbate machete inter collationes spiritales mūq̄ dormitante ⁊ semp̄ inter terrenas fabulas obdormiente.
xxx Eiusdem senis de nemine iudicando.
xxxj Increpatio eiusdē senis cū fratres inter spiritales collationes dormitantes: ad narrationē ociose fabule vi-

disset expergefactos.
xxxij De epl'is priusq̄ legerent incensis.
xxxiij De absolutione questionis: quā abbas theodorus orando promeruit.
xxxiiij De sententia eiusdē senis qua docuit quo studio monachus possit assequi scientiam scripturarum.
xxxv Increpatio eiusdē senis cū ad meam cellulaz media nocte venisset.
xxxvj Descriptio eremi que est in diolco in qua anachorete cōmorantur.
xxxvij De traditis nobis ab abbate archebio cū instructu suo cellis.
xxxviij De debito qd̄ abbas archebius manuū suarū labore pro matre dissoluit.
xxxix Qua simulatione cuiusdam senis abbati symeoni cum ociosus esset: opus manuum sit prouisum.
xl De pueris qui deferentes ad egrotantem ficus: non degustatis eisdem fame in eremo defecerunt.
xlj Sententia abbatis macharij de obseruantia monachi vel tanq̄ diutissime victuri vel tanq̄ quotidie morituri.

¶ Explicit annotatio capitulorum.

¶ Incipit liber quintus de spiritu gastrimargie.

¶ Transitus de institutis cenobiorum ad colluctationem octo principalium vitiorum. Capitulum. j.



Quintus nobis iuuante deo liber iste procuditur. Nā post quattuor libellos qui super institutis monachoꝝ digesti sunt: nunc arripere colluctationē aduersus octo principalia vicia: vestris orationibus dño cōfortante disponimus: id est primum gastrimargie que interpretatur gule concupiscentia. Secundum fornicationis: Tertium philargyrie qd̄ intelligitur auaricia: vel vt proprius exprimat amor pecunie. Quartum ire. Quintum tristicie. Sextum acidie quod est anxietas siue tedium cordis. Septimum cenodoxie: quod sonat vana seu inanis gloria. Octauum superbie. Quem ineuntes agonem: tuis precibus o beatissime papa castor nunc impensius indigemus: vt primum naturas eorum tā minutas tam occultas tanq̄ obscuras inuestigare condigne: deinde causas eorūdem sufficienter exponere: tertio vt idoneas curationes eorum ac remedia possimus inferre.

¶ Qd̄ cause viciorū sicut in omnib⁹ immorant: ita ab

omnibus ignorantur: ⁊ quia ad manifestādas eas domini egeamus auxilio.

Capitulum.ij.

Quarū passionū cause quemadmodū cum patefacte fuerint traditionibus seniorum: ab omnibus protinꝰ agnoscuntur: ita priusq̄ reuelentur cum ab ipsis vniuersi vastemur: ⁊ in cunctis hominibus immorent̄: ab omnibus ignorātur. Uerum eas ita nos aliquatenus explicare posse confidimus: si intercessionibus vestris ad nos quoq̄ ille qui per Esaiam prolatus est sermo domini: dirigatur. Ego ante te ibo: et potentes terre humiliabo: portas ereas cōfringaz: ⁊ vectes ferreos conteram: ⁊ aperiam tibi thesauros absconditos ⁊ arcana secretoꝝ. Ut nos quoq̄ verbum dei p̄cedens: primū terre nr̄e potentes humiliet: id est has easdem quas expugnare cupimꝰ noxias passiones: dominationē sibi ac tyrānidem seuissimam in nostro mortali corpore vendicātes: easq̄ faciat indagini nostre atq̄ expositioni succumbere: ⁊ ita nostre ignorationis portas effringens: ac vitiorum vectes excludentiū nos a vera sciētia conterens: ad secretorum nostrorum nos arcana perducat: ac ꝟm apostolum illuminatis nobis reuelet ea que sunt abscondita tenebrarum: ⁊ manifestet consilia cordium vt sic ad tetras vitiorum tenebras: purissimis oculis anime penetrantes: patefacere eas ac producere possimus ad lucez: earumq̄ causas atq̄ naturas his vel qui carnerūt eis vel adhuc obligati sunt: pādere valeamꝰ: ⁊ ita ꝟm prophetā transeuntes per ignem vitiorum: dirissime nostras exurentium mētes: confestim per aquas quoq̄ virtutū extinguentium scilicet ea transire possimus illesi ac spiritalibus remedijs irrigati. ad refrigerium ꝑfectionis puritate cordis mereamur educi.

Esa. 45.

1. Cor. 4

¶ Quod prima nobis colluctatio sit aduersus spiritum gastrimargie: id est concupiscentiam gule.

Capitulum.iij.

γᾰστρῐ=
μαργία

Itaq̄ primum nobis ineundū certamē est aduersus gastrimargiā quam diximus gule esse concupiscentiaz. Et inprimis de modo ieiuniorum ⁊ escarum qualitate dicturi: rursus ad egyptiorum traditiones ac statuta recurremꝰ quibus sublimiorem continentie disciplinam: ⁊ perfectam discretionis inesse rationem nullus ignorat.

¶ Testimonium abbatis antonij quo docet vnāquāq̄ virtutē ab illo qui eā peculiariꝰ possidet expetēdā.

Capitulum.iiij.

Etus nanq̄ est beati antonij admirabilisq̄ sententia: monachum qui post cenobiale propositū fastigia nititur sublimioris ꝑfectionis attingere: ⁊ app̄hēso discre-

tionis examine: proprio iam potēs est stare iudicio: atq; ad arcem anachoreseos peruenire minime debere ab vno q̄uis summo vniuersa genera virtutū expetere. Alius eñ scientie floribꝰ exornatur alter discretionis rōe robustius communitur. alter patientie grauitate fundatur: alius humilitatis: alius continētie virtute prefert: alius simplicitatis gratia decorat. Hic magnanimitatis: ille misericordie: iste vigiliarū: hic taciturnitatis: ille laboris studio supereminet ceteros. Et idcirco monachum spiritalia mella condere cupientem: velut apem prudētissimam debere vnamquamq; virtutem ab his qui eā familiarius possidēt: deflorare ⁊ in sui pectoris vase diligenter recondere ne quid minus aliq̄d habeat discutere sed hoc tātum quid virtutis habeat contemplari studioseq; decerpere. Cunctas nāq; si ab vno volumus mutuari: aut difficile aut certe nunq̄ idonea ad imitādū nobis exempla poterūt reperiri. Quia licz nec dū christum omnia factū s̄m apostolum videamus in omnibus tū hoc modo possumus eū id est per partes in omnibꝰ inuenire. De ipso eñ dicitur. Qui factus est nobis ex deo sapiētia: iusticia: sanctitas ⁊ redēptio. Dum ergo in alio sapientia: in alio iusticia: in alio sanctitas: in alio mansuetudo: in alio castitas: in alio humilitas: in alio patientia reperitur: membratim christus p vnumquēq; nunc sanctorum diuisus est. Cōcurrentibus vero vniuersis in vnitatem fidei ac virtutis redditur in virum perfectum plenitudinem sui corporis in singuloꝝ membrorum compage ac ꝓprietate perficiens. Donec ergo veniat illud tempus quo sit deus omnia in omnibus: in p̄nti pōt hoc quo diximus mō id est per partes virtutū esse in omnibus deus licet nō dum per plenitudinē earū omnia sit in omnibꝰ. Quia licet vnꝰ religionis nostre sit finis: professiones tamen diuerse quibꝰ ad deum tendimus sicut in collationibus senioꝝ pleniꝰ disputādū est. Ideoq; discretionis ⁊ continētie forma ab his est nobis peculiarius expetenda a quibus virtutes has per gratiam spiritussancti vberius videmus effluere nō q̄ullus que in multos diuisa sunt solus possit acquirere: sed vt in his bonis quorum capaces esse possumus ad eorum nos imitationem qui ea peculiarius obtinuere tēdamus.

1. coꝝ. 15.

1. coꝝ. 1.

¶ Quod non possit ab ominbꝰ vniformis ieiuniorū regula custodiri. Capitulum. v.

Itaq; super ieiuniorum modo haud potest facile vniformis regula custodiri quia nec robur vnum cunctis corporibus inest nec sicut cetere virtutes animi solius rigore patrant. Et idcirco quia non in sola fortitudine mentis animeq; consistunt: cum corporis eñ posibilitate participant talē super his diffinitionē traditam nobis accepimus diuersum esse refectionis quidem tempus ac modum ⁊ qualitatez pro impa-

¶ Quemadmodum possit nuditas a monacho sustētari. Capitulum. xxix.

j. Timo. vj. q Uam virtutem non al's retinere valebimus illibatam: nisi in monasterio consistens: s̄m apostolum habentes victum ⁊ vestimentum his contenti fuerimus.

¶ Remedia cōtra morbū philargie. Cap. xxx.

iiij. Re. v. d Amnationē ergo ananie ⁊ saphire memoriter retinētes: horrescamus aliq̄d ex his reseruare: q̄ renunciantes penitus abdicare deuouimus. Biezi q̄ ꝑtimescamus exēplū: qui ob philargyrie culpā eterne supplicio lepre mulctat̄: ⁊ aliq̄d ex his q̄ nec aū possedimus caueam⁹ acq̄rere. Necnō etiā iude vel meritū vel exitū formidātes: quicq̄ pecunie resumere: quā semel a nobis abiecimus: tota virtute vitemus. Sup hec oīa cōsiderātes cōditionem fragilis incerteq; nature nr̄e: caueamus ne dies dn̄i sicut fur in nocte supueniēs: maculatā vel vno obolo nr̄am cōscientiā deprehendat: q̄ oēs fructus nr̄e renūciationis euacuās: illud qd̄ in euāgelio diuiti dictū est: ad nos quoq; faciat voce dn̄ica dirigi. Stulte hac nocte aīam tuā repetūt a te: q̄ aūt preparasti cuius erū t̄? Nihilq; de crastino cogitātes: nunq̄ nos de monasterij disciplina patiamur euelli.

Luce. xij.

¶ Quod nō possit quis philargyriā vincere in cenobio perseuerās: ⁊ quemadmodum possit ibidem permanere. Capitulum. xxxj.

q Uod sine dubio nequaq̄ ꝑmittemur implere: sed ne sub institutionis quidē regula ꝑmanere: nisi prius patiētie virt⁹ q̄ nō aliūde q̄ de hūilitatis fonte ꝓcedit: in nobis fuerit firma soliditate fundata. Illa nanq; nulli commotiones nouit inferre: hec vero sibi illatas magnanimiter tolerare.

¶ Explicit de spiritu philargyrie liber septimus.

¶ Incipit annotatio capl'oꝝ libri octaui de spū ire.

Capitulum. j. Proemiale.

ij De his qui dicūt irā non esse noxiam si delinquentibus irascamur. quia ⁊ ipse deus irasci dicatur.

iij De his q̄ in deo ex nr̄e nature cōsuetu dine nominant̄.

iiij Qualiter de affectibus mēbrisq; hūanis que indemutabili ⁊ incorꝑeo deo ascribi legimus: sentiēdum sit

v Cuius placiditatis monachum esse conueniat.
vj De iniusta iracundie cõmotione vel iusta.
vij In quo tantũmodo nobis ira sit necessaria: vel quibus beati dauid exemplis ira salubriter assumatur.
viij De ira aduersus nosmetipsos suscipienda.
ix De quo sole dicatur: vt nõ occidat sup iracundiã vestrã.
x De bis q̃ iracundie ne occasus q̃dẽ solutis modũ põit.
xj Quod huic finis tristitie vel ire sit: vt hoc quod prenale vnusquisq; perficiat.
xij Quod ne momentaneam quidẽ irã liceat retentari.
xiij De reconciliatione fraterna.
xiiij Quod vetus quoq; lex iram non tantum de effectu: sed etiam de cogitatione conuellat.
xv De superflua secessione eorum qui ab inemẽdatis mortalibus non recedunt.
xvj Quod tranquillitas cordis nr̃i non in alterius arbitrio sed in nostra debeat dictione consistere.
xvij Quo studio eremũ debeamus expetere: t qualium in ibi sit profectus.
xviij Qua comparatione estimandi sint qui nunc tantum patientes sunt cum a nemine prouocantur.
xix De amputanda ira sm euangelium.
xx In eo q̃ in euãgelio scriptũ est. Qui irascitur fratri suo: vtrum reciprendum sit quod adiectum est (sine causa)
xxj Remedia q̃b' irã de cordib' nr̃is eradicare possimus.
¶ Explicit annotatio capitulorum.

¶ Incipit liber octau' de spũ ire. Prohemiale. K.j.



Uartum quoq; certamen est ire: qõ mortiferũ vitus de recessib' aie nr̃e fundit̃ us est eruẽdũ. Hac esi in cordibus nr̃is insidẽtes: t oculũ mentis nr̃e tenebris obcecãte: nec iudicii recte discretionis acq̃rere: nec honeste contemplationis intuitũ: nec maturitatẽ cõsilij posidere. nec vite participes: nec iusticie tenaces sed ne spiritalis q̃dẽ ac veri luminis capaces poterim' exhibere: q̃ turbat' est in quit pre ira oculus meus. Nec sapie participes effici tãcti scientes eim pusciari opinione videamur: q̃ ira in finu impietatis recepte scit. Sed ne vitã q̃dẽ imortalitatis cõsecq̃ poterim': q̃uãtis pusillãtes videamur defunctione dom̃i indicari: q̃ ira pdit et pudẽtes. Nec iustitie moderamina pspicaci discretione cordis valebim' obtinere: is pfecti iusticq; cultores opinatiõib' estimemur: q̃ ira viri iusticiã vel nõ opat. Ipaq; q̃ honestatis gratiatẽ q̃ etiã viris seculi hui' solet familiaris exhibere: nilo mõ possidere poterim': is nobiles t honesti natalitij progatiua putemur: q̃ vir iracũd' inhonest' est. Cõsilij et maturitatẽ nullateñ valebim'

ira quanta mala congerat

Pro. xxv.

Eccl. viij.

Jacobi. j.

obtinere: q̄uis graues ⁊ summa scientia prediti videamur: quia vir iracūdus agit sine cōsilio. Sed nec q̄eti esse a pturbationib⁹ noxijs: nec poterimus carere peccatis: tāetsi nequaq̄ nobis inquietudines ab alijs inferātur: quia vir animosus parit rixas: vir autem iracundus effodit peccata.

¶ De his qui dicūt irā nō esse noxiā: si delinquētib⁹ irascamur: qr ⁊ ipse deus irasci dicatur. Cap̄. ij.

Nonnullos audiuimus hūc aīe pniciosum morbū ita excusare tēptātes: vt eū detestabiliore interpretatione scripturaꝝ extenuare gestirēt: dicētes nō esse noxiū si delinquētib⁹ fratrib⁹ irascamur: siquidē inq̄unt ip̄e de⁹ ꝯ eos q̄ eū vl̄ scire nolūt: vel sciētes ꝯtenūt: furere atq̄ irasci dicat̄: vt ibi. Et irat⁹ ē furore dn̄s in populū suū. Vl̄ cū orat ꝓpheta: dicēs. Dn̄e ne ī furore tuo arguas me: neq̄ ī ira tua corripias me: nō ītelligētesq̄ dū hoīb⁹ occasionē pestiferi vitij volūt ꝯcedere: īmēsitati diuīe ac fonti toti⁹ puritatis īiuriā carnal̄ passiōis admisceāt.

Esa. v.
Ps̄. vj.

¶ De his que in deo ex nostre nature consuetudine nominantur. Capitulum. iij.

Si enim hec cū dicunt̄ de deo: carnali ⁊ pingui sensu s̄m lr̄e significationē accipiēda sunt: ergo ⁊ dormit cū dicit̄. Exurge quare obdormis domine. de q̄ albi d̄r. Ecce non dormitabit neq̄ dormiet q̄ custodit israel. ⁊ stat ac sedet cū dicit. Celū mihi est sedes: terra aūt scabellū pedū meoꝝ. q̄ metit̄ celū palmo ⁊ terrā pugillo cōcludit. ⁊ crapulat̄ a vino cū d̄r. Et exurrexit sicut dormiēs dn̄s potēs crapulat⁹ a vino: q̄ solus h̄z immortalitatē: ⁊ lucē habitat inaccessibilē. Ut pretermittā ig̃rationē ⁊ obliuionē q̄ de ip̄o legim⁹ in scripturis sanctis frequenter inserta: deinde lineamēta mēbroꝝ q̄ tāq̄ de hoīe figurali ⁊ cōposito describunt̄: capillis. s. capite ⁊ narib⁹: oculis ac facie: manibus ac brachijs: digitis vtero pedibusq̄: q̄ oīa s̄z vilē littere sonū si voluerimus admittere: deum lineamentis membroꝝ ⁊ corporea figura compositum: quod dictu quoq̄ nefas est: quodq̄ absit a nobis: necesse est estimari.

Ps̄. xliij.
Ps̄. cxx.
Esa. lxvj.
Eius. xl.
Ps̄. lxxvij.

¶ Qualiter de affectibus mēbrisq̄ humanis que indemutabili ⁊ incorporeo deo ascribi legimus: sentiendum sit. Capitulum. iiij.

Itaq̄ vt hec s̄z lr̄am nō absq̄ nefando sacrilegio pn̄t intelligi sup eo q̄ inuisibil̄: ineffabil̄: incōprehēsibil̄: inestimabl̄: simplex ⁊ incōposit⁹ sctāꝝ scripturaꝝ aūcte definit̄ ita ne furoris q̄dē ⁊ ire pturbatio: illi indemutabili nature sine ingēti blasphēia poterit coaptari. Nā huiuscemōi sig̃tione mēbroꝝ diuinas efficiētias dei ⁊ īmēsas opationes ei⁹ sentire debem⁹: q̄ nobis nisi p hec vsitata vocabula mēbroꝝ neq̄unt intimari: vt puta significatione oris collocutiones eius q̄ in arca-

nos aīe sensus solēt clemēter infundi: vel qō in patrib⁹ nr̄is at/
q; ꝓpbetis idē locut⁹ sit agnoscam⁹: in ocul⁹ īmēsitatē spicacie
q̄ vniuersa pluīrat ac spicit: tq̄ nīhil eū ex bis q̄ a nob gerūt
gerēdave sunt seu cogitāt lateat: scire possim⁹: mannū nūcupa/
tione puidētiā ⁊ opatione q̄ oīm ipe fit creator ⁊ ꝓditor: sentia
mus: brachiū q̄ ẋ̄ rutis ⁊ gubernationis eius insignia q̄ cūcta
sustētat moderat⁹ ac regit. Et vt de ceteris taceā: canicies capitis
q̄d aliō ꝑ longeuitatē deitatis ⁊ antiq̄tatē significat: q̄ sine vllo
principio est: ⁊ oīa tpa ⁊ creaturas excedit vniuersas: Ita igit
⁊ de ira dei vel furore cū legim⁹, nō androtathos: id est ꝑfe bñ/
licitatē bñane pturbationis: ꝛ digne de deo q̄ oī pturbatione alie
nus est: sentire debem⁹, ſ. q̄ ꝑ hec eū iudicē ⁊ vltorē oīm q̄ iniq̄
gerunt in ꝟ mūdo possimus aduertere: ⁊ retributorē terribilem
actuū nr̄oz bis ꝟ boz significationib⁹ formidātes: ꝺ illi⁹ volun
tatē timeam⁹ q̄cq̄ admittere. Illos etenī timere ꝺsuetū bñane
natura: q̄s indignari nouit ⁊ ꝑeretur offendere: vt in nonnullis
ēq̄ssimis iudicib⁹ solet ab bis q̄ aliq̄ reatu sue ꝺsciēcie remorde
tur: ira vltrix timeri nō, ſ. q̄ ꝺ in animis eoz q̄ iuste iudicaturi
sunt pturbatio ꝺsistat: ꝛ q̄d ira metuētib⁹ ille sentiat affect⁹: q̄
ꝑ executione legū ⁊ examinatione iusticie ⁊ eqliberatione pce
dit. Que cū quātalibet ai fuerit māsuetudine ac lenitate plata
ab bis q̄ ꝑ suo merito pena plectēdi sunt furor grauis ⁊ ira se
uissima iudicat: longū est nec ꝓtris opis: si volueri⁹ oīa q̄ de
deo bñana significatione figurat⁹ in scripturis dicta sunt: expla
nare. Hec ad ꝓpē necētatē q̄ ꝺ furoris vitiū ꝓtinebāt dixisse suf
ficiat: vt nullus ex inde fidēter occasionē mozbi mozti⁹q̄ ppe
tue per ignorantiam trabat: vnde sanctitas ⁊ immortalitas vi
te salutisq̄ remedia conquiruntur.

¶ Cuius placiditatis monachū eē cōueniat. Ca.v.

Tacꝫ monach⁹ ad ꝑfectionē cēdēs: ⁊ agonē spiritalē le
gitime cupiēs decertare: ab oī ire furoꝛisq̄ vitio alien⁹
existat: ⁊ audiat q̄d sibi vas electionis ꝓcipiat. Ois īrat
⁊ īdignatio ⁊ clamoꝛ ⁊ blasphēia tollat a vob cū oī malicia
Cū dicit: ois ira tollat a vobis: nullā penit⁹ velut necariā ⁊ vti
le nobis excipit. Delinquētēq̄ frēs si necesse ē: ita curare festinet
vt dū medela lenioꝛi fozsitā febricula laboꝛātē curat iferre: nō
semetipm irat⁹ deteriozi mozbo cecitatis inuoluat. Oz nāq̄ illū
q̄ alteri⁹ vulneri mederi cupit: oī lāguoꝛis mozbo salienū sanūq̄
subsistere: ne illō enāgelicū dicat ei. Medice ꝓ cura teipm. ac
vides festucā i ocko fris sui: trabē i ocko suo nō videat: vt quō vi
debit eiscē festucā ꝺ ocko fris sui. q̄ trabē furoꝛ gestat i ocko suo.

¶ De iniusta iracūdie cōmotione vel iusta. Ca.vj.

Qualibet ex cā iracūdie mot⁹ efferuēs excecat oculos coz
dis: ⁊ acumini ꝟsum exitialem validioꝛis mozbi īfe
gerēs trabē: solē iusticie nō finit intueri. Nihil interest:
vtrum aurea lamina plumbea ve seu cuiuslibet metalli oculos

obtutibus imponat: differentiā cecitatis nō facit preciositas metallorum. Habemus sane ire ministerium satis cōmode nobis insertum: ad quod solū eam recipere vtile nobis est ac salubre cum contra lasciuientes cordis nostri motus indignantes infremimus: ⁊ ea que agere cōfundimur coram hominibus vel proloqui: in latebras ascendisse nostri pectoris indignamur: angelorū scilicet ac dei ipsius presentiā vbiq; ⁊ omnia penetrantis: oculumq; eius tota formidine tremiscentes: quem nequaq̄ possunt conscientie nostre latere secreta.

¶ In quo tantummodo nobis ira sit necessaria: vel quibus beati dauid exēplis ira salubriter assumatur. Capitulum. vij.

Vel certe cū contra hancipsam irā cur nobis aduersus fratrem irrepserit cōmouemur: ⁊ irati letales instigationes eius extrudim⁹: nec in abditis pectoris nr̄i noxias eā latebras habere ꝑmittimus. Taliter nos irasci etiam ille ꝓpheta docet qui intantū hanc e suis abegerat sensibus: vt ne inimicis q̄dē ꝓprijs ⁊ q̄dē a deo sibi traditis maluerit reddere talionē. Irascimini inquiēs ⁊ nolite peccare. Ille eñ cū aquā de cisterna bethleemitica cōcupisset: eamq; a viris fortib⁹ ꝑ medias hostiū caternas suscepisset: allatam ꝓtinus effudit in terrā: ⁊ ita voluptuosam cōcupiscentie passionē iratus extinguēs: libauit eā domino: ⁊ cupiditatis sue desideriū nō explenit: dicēs Propitius sit mihi dn̄s ne faciā hoc. Num sanguinē hominum istorū q̄ ꝓfecti sunt: ⁊ animarū periculū bibā. Vel cū semel in regē dauid audiente eo lapides ⁊ maledicta corā oībus irrogaret velletq; abisai filius saruie princeps militū conuitij regalis vltionē truncatione capitis eius explere: beatus dauid aduersus dirā suggestionē eius indignatione pia cōmotus: hūilitatis modū ⁊ patiētie rigorē incōcussa lenitate seruauit dicēs. Quid mihi ⁊ vobis filij saruie. Dimittite eū vt maledicat. Dn̄s eñ ꝑcepit ei vt malediceret dauid. Et q̄s est qui audeat dicere q̄re sic fecerit. Ecce filius meus q̄ egressus est de vtero meo querit aīam meā: quāto magis nūc filius gemini. Dimittite eū vt maledicat iuxta ꝑceptū domini: si forte respiciat dn̄s afflictionē meam: et reddat mihi bonū pro maledictione hac hodierna.

Ps. 4.

2. Re. 23.

2. Re. 19.

¶ De ira aduersus nosmetipsos suscipiēda. Ca. viij.

Iubemur itaq; irasci salubriter: s̄z nobismetipis ac suggestionibus accedētibus prauis: ⁊ nō peccare ad effectū s̄cz eas noxiū ꝑducentes. Deniq; hūc eūdē sensum euidētius explanat versiculus sequēs. Que dicitis in cordibus vestris: in cubilibus vestris cōpūgimini: id est q̄cunq; in cordibus vestris ingruētibus repētinis ac lubricis instigationibus cogitatis: cōsilij moderatione oēm strepitū ⁊ ꝑturbationē furo-

vt. s.

ris amonentes: velut in cubili q̄etis positi: cōpunctione salu-
berrima emēdate atq; corrigite. Deniq; btūs apl's vsus huius
versiculi testimonio: cū dixisset. Irascimini ⁊ nolite peccare: sub
iunxit. Sol nō occidat sup iracundiā vestrā: neq; detis locum
diabolo. Si noxiū est sup iracūdiā nostrā occidere: solē iusticie Ebd. 4.
⁊ irati cōfestim locū diabolo damus in corde nr̄o: quō superi⁹
p̄cipit vt irascamur dicēs. Irascimini ⁊ nolite peccare. Nonne
euidēter hoc dicit: irascimini vitiis ⁊ furori vestro: ne cōbibentibus
vobis sol iusticie christus incipiat ꝓpter iracūdiā vestrā
mentibus obscuratis occidere: ⁊ discedēte illo locū diabolo in
vestris cordibus prebeatis.

¶ De quo sole dicatur vt nō occidat super iracundiā vestram. Capitulum. ix.

De quo sole p ꝓphetā de⁹ euidētius cōmemorat ita di-
cēs. Timētibus aūt nomē meū orieť sol iusticie: ⁊ sani Mal. 4.
tas in pēnis ei⁹. Qui rursus pctōribus ⁊ pseudo ꝓphe
tis illisq; qui irascunť: occidere d̄r in medio die: dicēte ꝓpheta.
Occidet eis sol in meridie. Vel certe scd̄m tropicū sensum: mēs: Amos. 8.
id est noys siue rō que ꝑ eo qd̄ oēs cordis cogitatiōes discretio
nesq; plustret: sol merito nūcupať: ire vitio nō extinguať: ne ea
dē occidēte: ꝑturbationū tenebre cū auctore suo diabolo vniuer
sum nr̄i cordis occupēt sensū: ⁊ tenebris ire possessi: velut in no
cte ceca: q̄d nos oporteat agere ignoremus. Tali sensu hūc apl̄i
locū institutis senior traditū nobis: q̄r necesse fuit quēadmodū
de ira sentirēt dicere: licet longiore sermone ꝑtulim⁹ q̄ eā nec ad
momētū quidē cor nostrū penetrare ꝑmittūt: illud euāgelij om-
nimodis obseruātes. Qui irascitur fratri suo reus erit iudicio.
Ceterū si vsq; ad occasum solis licitū sit irasci: aū furoris satie-
tatē ⁊ vltricis ire cōmotionē: poterūt noxie ꝑturbationes exple
re q̄ iste sol ad locū sui vergat occasus.

¶ De his quorū iracūdie ne occasus quidē solis isti⁹ modum ponit. Capitulum. x.

Quid vero dicā de his qd̄ q̄dā dicere sine mea cōfusiōe nō
possuz: quor̄ implacabilitati nec hic quidē sol occidēs
terminū ponit: sz ꝑ dies eā plurimos ꝑtelātes: atq; ad
uersus eos in quos cōmoti fuerint rācorē aī reseruātes: negāt q̄
dē se verbis irasci: sed re ipsa ⁊ ope indignari grauissime cōpro
bant. Nā neq; eos cōgruo sermōe cōpellant: nec affabilitate eis
solita colloquūtur: ⁊ in eo se minime delinquere putāt: qd̄ vindi
ctā sue cōmotionis nō expetāt: quā tn̄ q̄r ꝑferre palā ⁊ exercere
aut nō audēt aut certe nō ꝑnt: in suā ꝑnicie virus iracūdie retor
quētes: cōcoquūt ea in corde taciti: ac silentes in semetipsis ꝯsu
mūt: amaritudinē tristicie nō virtute animi ꝑtinus expellētes:
sed digerētes processu dierū: ⁊ vtcūq; pro tempore mitigantes.

¶ Quod hic finis tristicie vel ire sit: vt hoc qđ pceu-
let vnusquisq; perficiat. Capitulum. xj.

Vasi vero nō hic finis vnicuiq; dicte sit: ⁊ abunde
q ans furoꝛi ꝓpꝛio vel tristicie, satisfecerit: si id qđ ꝑualet
ira instigāte cōpleuerit: qđ di ꝯ facere nosc̄unt: q mot⁹
nos nō appetitu placiditatis: ſ̄z inopia cohibēt ꝛationis: nihil
esse inferre ampli⁹ bis ꝗbus irati sunt: ꝑsit: nisi vt cū eis affa-
bilitate solita minime colloquam̄: aut q̄si in effectu optis solūmo
si: iracūdia moderāda: ⁊ nō poti⁹ ab arcanis nr̄i pectoꝛis eruē
da ne tenebꝛis illi⁹ obscurati: nec ꝑsili⁹ salubꝛis nec scīe lumē
admittere: ſ̄z ne tēplū spūsancti habitāte i nobis spū iracūdie neq;
ꝯ ualeam⁹ exīstere. Cohibit⁹ esse i coꝛde furoꝛ: aītates qđe boies
nō offendit: ſ̄z eō spūsancti splēdidissimū iubar acti plat⁹ excludit.

¶ Qđ ne momentaneā qđe ira liceat retētari. Ca. xij.

Ut quēadmodū vel ad momentū vult eā dñs retētari:
a q̄ nec sacrificia quidē spiritalia ofonū nostrarū p̄mittit
offerri: si vel aliū cōtra nos aliquid rācoꝛis habere co
Matth. 5. gnoscim⁹: dicēs. Si ergo offers munꝰ tuū ad altare: ⁊ ibi recoꝛ
daꝰ fueris ꝙ frater tuꝰ bꝫ aliqđ aduersū te: relinq; ibi munus
tuū ad altare: ⁊ vade p̄ri⁹ reconciliari fratri tuo: ⁊ sic veniēs offer
munꝰ tuū. Quō q̄m nō dicoꝝ in dies plures: ſ̄zvlſ̄z ad occasiuꝫ
solis ist⁹ p̄mittimur ō fratꝛē retinere tristiciā: qui ne illo quidē
aliqđ habēte aduersuꝫ nos: ofones nr̄as deo offerre cōcedimur
1. Thes. 5. ꝗbus ꝑcipit ab apło. Sine intermissione ozate. Et. In oī loco
1. Timo. 2. leuātes puras manꝰ sine ira ⁊ disceptatiōe. Supest igit vt aut
nūq̄ ozem⁹ huiusmodi vir⁹ retinētes in coꝛdib⁹ nr̄is: ⁊ aplico
hunc p̄cepto sine euāgelico quo indesinenter ⁊ vbiq; inbemur
ozare simus obnoxij: aut si nosmetipsos circūcnietes ꝑē fun-
dere cōtra eū interdictū ꝑsumimus: nō ozatione domino: sed re
bellionis spū contumacīa nos eidē nonerimus offerre.

¶ De reconciliatione fraterna. Capitulū. xiij.

Z qz plerūq; seu lesos fratres ⁊ cōristatos cōtēnim⁹:
e vel certe nō vltro nr̄o dicētes eos offensos despicimus
Diarū medicus ⁊ occultoꝝ cōsci⁹: occasiōes iracūdie
volēs radicitus a coꝛdib⁹ nr̄is euellere: nō solū si lesi fuerimus
iubet nos remittere ⁊ recōciliari fratrib⁹ nr̄is: nullāq; aduersus
eos iniurie seu lesionis memoꝛia retinere: sed etiā si illos aduer
sum nos seu iuste seu iniuste habere aliqđ nonerimus. Sili⁹ ꝑci-
pit vt munꝰ nr̄m relinquētes: id est: cōpescētes ofones nr̄as ad
eoꝝ ꝓpitiationē tēdere festinemus: ⁊ ita fratris curatiōē ꝑ
missa ofonū nr̄aꝝ mūera illibata deferre. Nō em̄ ita nr̄is obse
quijs cōis oīm dñs delectat: vt qđ in vno acꝛit ꝓdat in altero
dñante tristicia. In cuiuslibet nāq; dispēdiorū patiē detrimen
tū: q eodē mō oīm famulorꝝ suoꝝ salutē desiderat ⁊ expectat. Et
idcirco eā habēte aduersū nos fꝛe: ineffic̄x erit ofo nr̄a acti nos

a duersum eū tumēti spū ingnatiōis amaritudinē reseruem⁹.

¶ Quod vetus quoq; lex irā nō tantū de effectu sed etiā de cogitatione cōuellat. Capitulum.xiiij.

f Ed q̄d dixit⁹ pceptis euāgelicis atq; aplis imoramur cū etiā vet⁹ lex q̄ aliq̄d dīe remissiōis videt: hec eadem Zenit. 19.
ꝑceueat: dicēs. Ne oderis fratrē tuū in corde tuo Et ite Ibidem.
rū. Nō eris memor iniurie ciuis tui. Et rursū. Iniuria eoꝝ q̄ me
moziā retinēt malefacti in morte. Videt ꝛ ibi neq̄cia nō in ope
tātū sz ēt in arcanis cogitationib⁹ resecari: cū de corde odiū sit in
iurie nō solū retributio: sz ēt ipsa mēoria radicit⁹ inbeat euelli.

¶ De supflua secessione eoꝝ q̄ ab inemēdatis moꝛi
bus nō recedunt. Capitulum.xv.

t Nerdū supbia vel impatiētia supari: cū scōditos mores
nfos atq; iordinatos volum⁹ emēdare: solitudinē nos
desiderare cogrimur: tāq; ibi nullis nos ꝓcitātib⁹ illico ꝝ tntē
patie repturi: excusātes negligētiā nfaz, cāsq; cōmotiōis nō nfa
dicētes ipatiētia sz fratrū vitio gīari. Dūq; in altos errozis nfi
vertim⁹ cās nūq̄ ad patie ac pfectōis calcē valebimus puenire.

¶ Nō trāquillitas cordis nr̄i nō in alterius arbitrio:
sed in nostra debeat dicione consistere. Capitulū.xvj.

Umma igit emēdatiōis ac trāquillitatis nfe nō est in
f alteri⁹ arbitrio collocāda qs̄ nequaq; nfe subiacet ptā
ti: sz in nfa pot⁹ dicione cōsistit. Itaq; vt nō frastamur
non debet ex alterius pfectione: sz ex nfa virtute descendere: q̄
fion alienā patientia: sed ꝓpria longanimitate cōquiritur.

¶ Quo studio eremū debeamus expetere: ꝛ qualium
inibi sit profectus. Capitulum.xvij.

Ozo eremū pfectos omniq; vitio curatos oz expetere
p ꝛ excortis ad purū in cōgregatione fratrū vitijs: nō pu
sillanimitatis pfugio: sed diuine cōtēplatiōis obtētu:
ꝛ desiderio intuit⁹ sublimioꝛis intrare: q̄ nō nisi in solitudine
a pfectis solūmō potuerit apprehēdi. Quicūq; enī vitia incura
ta in eremū detulerim⁹: opta in nob ꝛ nō abolita sentient. So
litudo nāq; sicut nouit emēdatis moꝛib⁹ cōtēplationē puriſſimā
reserare: ꝛ intuitu sinceriſſimo spiritaliū sacramētoꝝ sciam rene
lare: ita eoꝝ qui minus emēdari sunt: vitia nō solū seruare: verū
etiā exaggerare cōsueuit. Tāq; sibi pacies q̄s videt ꝛ būilis
donec nullius boni cōmisceat cōsortio: ad naturā pristina moꝛ
reuertit⁹ cū interpellauerit cuiuslibet cōmotionis occasio: emer
gūt q̄ppe ex eo, cō festim vitia q̄ latebāt: ꝛ velut equi infrenes cer
tatim e laxis repagulis otio longioꝛe nutriti: acrius ad pniciem
aurige ꝓpij ferociſq; prumpūt. Magis enī exercitio vsuq; bua
no cessante efferantur in nobis vitia: nisi fuerint ante purgata.

Ipsamq; vmbrā patientie quā possidere imaginarie pmixti fratrib⁹ saltē p eoꝝ reuerētia ⁊ nota publica videbamur: desidia securitatis amittimus.

¶ Qua comparatione estimandi sint qui tunc tantū patiētes sunt cū a nemine puocātur. Capitu. xviij.

Quasi ꝟo vniuersa virulēta serpētiū genera vel feraꝝ cū in solitudine suisq; cubilib⁹ immorant nō noxia pseuerēt: nec tñ ex eo pnūciari pñt innoxia quia nulli noceāt. Hoc eñ eis nō affect⁹ bonitatis sz necessitas solitudinis ꝯfert. Que cū ledēdi nacta fuerint copiā: in semetipsis reconditū vir⁹ ⁊ aīe feritatē ptinus egerūt atq; demōstrāt. Iōq; pfectionē q̄rētib⁹ nō sufficit cōtra hoīem nō irasci. Meminim⁹ eñ in solitudine cōmorātib⁹ nobis cōtra calamū: cū aut grossitudo ei⁹ aut exilitas displiceret: ꝯtrave scalpellū cū incidēda hebeti acie segniter excecaret: cōtraq; silicē si forte ex ea festinātib⁹ nobis ad lectionē tardi⁹ scintilla ignis emicuit: ita indignatiōis irrepsisse motū: vt non al's pturbationē mentis q̄ vel contra insensibiles materias: vel certe aduersus diabolū maledictiōe plata: digerere atq; euaporare possemus. Quāobrē ad pfectionis dūtaxat rōnē nō satis pderit abesse hoīes in q̄s ira moueamur: cū si patia pus inter ffes nō fuerit acq̄sita: etiā erga res mutas spēiq; minutas exerceri similiter iracūdie possit affectus: q̄ residēs in corde nr̄o: nec iugē nos possidere trāquillitatis statū nec residuis vitijs carere pmittet: nisi forte in eo putemus cōmotionibus nr̄is lucrū aliqd vel remediū cōpari q̄ maledictionibus vel iracūdie nr̄e minime res inaīate muteq; rñdeāt: ⁊ intēperātiā cordis nr̄i ad maiorē nequaq̄ puocent exardescere furoris insaniam.

¶ De amputāda ira secūdū euāgeliū. Capitulū. xix.

mat. 5. Quapropt̄ si illā summā diuini pmij cupim⁹ adipisci: de quo dr. Bti mūdo corde: qm̄ ipi deū videbūt: nō solum e nostris actibus hec amputāda est: sz etiā de internis aīe ⁊ radicit⁹ extirpāda. Nō eñ valde pderit iracūdie cohibit⁹ furor in ꝟbo nec in effectū plat⁹: si illū arcanis pectoris nr̄i de⁹ quē secreta nō latēt cordiū inesse pspexerit. Radices eñ vitioꝝ poti⁹ excidi pcipit euāgelic⁹ sermo q̄ fruct⁹: q̄ pculdubio euulsis fomitib⁹ nequaq̄ vlterius pullulabūt: atq; ita mēs poterit iugiter in oī patiētia ⁊ scitate durare: cū hec nō de supficie opationis ⁊ actuū: sz de cogitationū fuerint euulsa penetralib⁹. Et iōne homicidiū ppetret: ira odiūq; succidit: sine q̄b⁹ homicidij crimen nullo mō valebit admitti. Qui irascit eñ fratri suo re⁹ erit iudicio: ⁊ q̄ odit fratrē suū homicida est: in eo scz q̄ eū corde cupiat interire: cui⁹ cruorē ppria manu vel telo apud hoīes minime fudisse cognoscit. Affectu ire homicida pnūciat a dño: q̄ nō

solū ꝑ opatiōis effectu: sz etiā ꝑ volūtatis ac voti desiderio vni cuiq; aut p̄miū reddit aut penā: ꝟm illud qđ ipe loquit ꝑ ꝓphetā. Ego aūt opa eorū ⁊ cogitationes eoꝝ venio vt ꝯgregē cū omnibus gētibus ⁊ linguis. Et apl's. Inter se inuicē cogitationib⁹ accusantib⁹ aut et defēdētib⁹ in die q̄ iudicabit de⁹ occulta hoīz. Esa. 66. Ro. 2.

¶ In eo quod in euāgelio scriptū est. Qui irascit fratri suo vtrum recipiēdū sit quod adiectum est sine cā.

Capitulum. xx.

Sciendū tñ in eo qđ in q̄busdā exēplaribus inuenit. Qui irascit fratri suo sine cā: re⁹ erit iudicio: supfluū eē sine cā ⁊ adiectū eē ab his q̄ amputādā irā ꝑ iustis causis minime putauerūt: cū vtiq; nullus qualibet absq; rōne cōmot⁹: sine cā dicat se irasci. Quāobrē apparet ab eis adiectū q̄ ꝓpositum nō intellexerūt scripture volentis fomitē iracūdie oīmodis amputare: nullāq; indignationis occasionē penit⁹ reseruare: ne dū iubemur irasci cū cā: etiā sine cā irascēdi nobis intromittat occasio. Finis essi patiētie nō in irascēdo iuste: sz penit⁹ nō irascēdo cōsistit. Licet a q̄busdā hoc ipm qđ dr sine cā: ita interptari sciā: q̄ scz sine cā irascat is cui expetere vltionē irato nō liceat. Melius tñ est ita tenere: vt ⁊ nouella exemplaria multa ⁊ antiqua omnia inueniuntur esse pscripta.

¶ Remedia quibus iram de cordibus nostris eradicare possimus.

Capitulum. xxj.

Quapropter athletā xp̄i legitime decertātē: iracūdie motus radicit⁹ opz euellere. Cuius morbi hec erit medicina pfecta: vt primitus credamus nullo mō siue iustis siue iniustis ex causis licere nobis irasci: sciētes nos discretionis lumē: rectiq; cōsilij firmitatē: ipam q̄z honestatē: ⁊ iusticie moderamina ꝓtin⁹ amissuros: si principale cordis nr̄i lumen eius fuerit tenebris obscuratū. Tū deinde puritatē mētis nr̄e mox pturbādā: tēplūq; eā sctispūs effici oīno nō posse: iracūdie in nobis spū cōmorāte. Postremo vt cogitemus nequaq̄ licere nobis orare: nec iratos fūdere pces ad deū. Et p̄ oībus incertū statū conditionis hūane p̄ oculis habētes: quotidie nos credamus e corpe migraturos: nihilq; nobis continentia castitatis: nihil abrenūciatione oīm facultatū: nihil diuitiaꝝ cōtemptu: nihil ieiunioꝝ vigiliarūq; laboribus cōferendū: quibus ꝓpter iracūdia solā ⁊ odium ab vniuersitatis iudice supplicia promittūtur eterna.

¶ Explicit de spiritu ire liber octauus.

¶ Incipit ānotatio capl'oꝝ libri noni de spū tristicie.

Ca. j. Proemiale.

ij Qua cautione morbus tristitie sit curandus:

iij Quā cōpārationē habeat aīa q̄ tristitie morsib⁹ deuorat.
iiij Unde vel quibus modis tristicia gignatur.
v Qd̄ nō alioꝝ sz nostro vitio ꝯmotiōes excitētur in nobis:
vj Quod nullus repētino lapsu corruat: sed paulatim ꝑ lōgam incuriam recidens pereat.
vij Qd̄ nō sint fratrū deserenda consortia vt perfectio cōquiratur: sed patientia iugiter excolenda.
viij Quod si mores nostros emendatos habuerimus: possit nobis cum omnibus conuenire.
ix De alio genere tristitie qd̄ desperationē salutis importat:
x In quo tantummodo sit nobis tristitia vtilis.
xj Quēadmodū discernatur que sit vtilis ac ꝟm deum tristitia ⁊ que diabolica atq̄ mortifera.
xij Qd̄ absq̄ illa salutari tristitia que tribus modis generat omnis tristitia tanq̄ noxia repellenda sit.
xiij Remedia q̄b⁹ tristitiā de cordib⁹ nr̄is extermīare possim⁹

¶ Explicit annotatio capitulorum.

¶ Incipit liber nonus de spiritu tristitie.

¶ Proemiale. Capitulum.j.



Quinto nobis certamīe edacis tristitie stimuli retūdendi sunt. Que si passim ꝑ singulos incursus ⁊ incertos ac varios casus obtinēdi animum nostrum habuerit facultatē: ab oī nos per momēta singula sepat diuine cōtemplationis intuitu: ipamq̄ mētē ab vniuerso puritatis statu deiectā: funditus labefactat ac deprimit. Nō orōnes eā explere cū solita cordis alacritate ꝑmittit: nō sacraꝝ lectionū finit remedijs incubare tranquillū quoq̄ ac mitē fratribus esse nō patitur: ⁊ ad cūcta oꝑationū vel religionis officia impatientem ⁊ asperū reddit: oīq̄ ꝑdito salubri cōsilio et cordis costantia perturbata: velut amentem facit ⁊ ebriū sensum: frangitq̄ ⁊ obruit desperatione penali.

¶ Qua cautione morbus tristicie sit curandus. Capitulum.ij.

Quāobrē non minore prospectu si spiritalis agonis certamina legitime cupimus desudare: hic quoq̄ nobis curandus est morbus. Sicut enim tinea vestimento et
pro.25. vermis ligno: ita tristitia viri nocet cordi. Satis euidenter ac proprie vim noxij bui⁹ ac pernitiosi vitij spūs diuin⁹ expressit.

¶ Quam comparationē habeat anima q̄ tristitie morsibus deuoratur. Capitulum.iij.

Vestimentū nāq; tineaꝝ esu attactū: nullius p̄cij vel bone
sti vsus poterit vlteriꝰ bñe cōmerciū. Itidēq; lignū ꝟ mi
bus exaratū nō iā ad ornatū vel mediocris edificij sz ad
cōbustionē ignis merebit deputari. Ita igit ⁊ aīa q̄ edacissimis
tristitie morsibꝰ deuorat: inutilis erit vel vestimēto illi pōtifi
cali: qd̄ vnguētū spūssancti de celo descēdēs: priꝰ in barbā aaro:
deinde in orā suā solere suscipe scti dauid vaticinio ꝑhibet: ꝟm
illud: Sicut vnguētū in capite: qd̄ descendit in barbā aarō: qd̄ Ps. 132.
descēdit in orā vestimēti eiꝰ. Sz nec ad structurā tēpli illiꝰ spi
ritalis atq; ornatū poterit ꝑtinere: cuiꝰ paulus architectꝰ sapi
ens posuit fundamēta: dicēs. Vos estis tēplū dei: ⁊ spūs dei ha 1. Cor. 3.
bitat in vobis. Cuiꝰ q̄lia sint ligna: spōsa describit in cātico can
ticoꝝ. Trabes inq̄ens nr̄e cup̄ssus: tigna domoꝝ nr̄aꝝ cedri. Et Can. 1.
idcirco huiuscemodi ad tēplū dei lignoꝝ genera delegūtur: q̄ sūt
⁊ bone fragrātie ⁊ īputribilia: q̄q; nec corruptele vetustatis: nec
esui vermium valeāt subiacere.

¶ Vñ vel q̄bus modis tristitia gignat. Capitu. iiij.

Nonnūq̄ tñ ire p̄cedētis vitio subseq̄ seu cōcupiscētie lu
crive cuiusdā minꝰ indepti generari solet: cū se harū re
rū quadā spe mēte cōcepta q̄s viderit excidisse. Interdū
ꝟo etiā nullis existētibus causis quibꝰ ad hāc labē corruere ꝓ
uocemur: inimici subtilis instinctu: tāto repente merore depri
mimur: vt ne charoꝝ q̄dē ac necessarioꝝ nr̄oꝝ aduētū solita su
scipe affabilitate possimꝰ ⁊ q̄cquid ab eis cōpetēti fuerit cōfabu
latione ꝓlatū: importunū nobis ac sup̄fluū iudicet: nullaq; a
nobis reddat eis grata respōsio: vniuersos cordis nr̄i recessus
felle amaritudinis occupante.

¶ Quod nō aliorum sed nostro vitio commotiones excitentur in nobis. Capitulum. v.

Vnde manifestissime cōprobat nō semꝑ nobis aliorū vi
tio cōmotionū stimulos excitari: sed potius nostro q̄ re
cōditas in nobismetipsis habemꝰ offensionū causas ac
seminaria vitioꝝ: que cum mentem nostrā temptationū imber
allnerit: in germina confestim fructusq; prorumpunt.

¶ Quod nullus repentino lapsu corruat: sz paulatim ꝑ longā incuriā recidēs pereat. Capitulum. vj.

Unq̄ enim quis alterius vitio lacessitus peccare com
pellitur si repositam materiem delictorum in suo corde
non habeat. Nec tunc subito quispiaz deceptus esse cre
dendus est: cum conspecta mulieris forma in baratrum concu
piscentie turpis inciderit: sed potius occultos ac latentes me
dulitus morbos occasione visus in superficiem tunc fuisse pro
ductos.

¶ Qd nō sint fratrū deserenda consortia vt perfectio cōquirat̄: sed patientia iugiter excolenda. Cap̄.vij.

i Deoq; creator omniū deus opificij sui curationē pre omnibus noscēs: ⁊ qr nō in alijs sed in nobismetip̄is offensionū radices causeq; cōsisterēt: nō deserenda precepit fratrū cōsortia: nec vitari eos quos lesos a nobis vel a quibus nos arbitramur offensos: sed deliniri iubet: sciēs ꝑfectionē cordis nō tam separatione hominū q̄ patiētie virtute cōquiri. Que firme possessa: sicut pōt nos etiam cū his qui oderunt pacē pacificos conseruare: ita si parata nō fuerit ab his quoq; qui perfecti ac meliores nobis sunt facit iugiter dissidere. Occasiones eñ commotionū ob quas eos quib⁹ iungimur deserere festinamus in cōuersatione humana deesse nō poterūt: ⁊ idcirco tristicie causas ob quas a priorib⁹ separamur: nō euadimus sed mutam⁹.

¶ Quod si mores nr̄os emēdatos habuerimus: possit nobis cum omnibus conuenire. Capitulū.viij.

p Rocurandū itaq; nobis est vt nostra potius emendare vitia: ⁊ mores corrigere festinemus. Que ꝓculdubio si fuerint emēdata: non dicā cū hominibus sz etiā cū feris ⁊ beluis facillime nobis cōueniet: ꝟm illd qd in libro beati Job dicit. Bestie enim terre pacate erūt tibi. Extrinsecus quippe venientia nō verebimur offendicula: nec vlla poterūt scādala nobis deforis inferri: si in nobismetip̄is intus radices eoꝝ recepte inserteq; nō fuerint. Pax eñ multa diligētibus nomen tuuz domine: ⁊ non est illis scandalum.

Job. 5.

Ps̄. 118.

¶ De alio genere tristicie quod desperationem salutis importat. Capitulum.ix.

e St etiā aliud detestabilius tristicie genus: qd nō correptionē vite nec emēdationē vitioꝝ: sed ꝑniciosissimā desperationē anime inijcit delinquenti. Qd nec cain fecit post fratricidiū penitere: nec iudā post traditionē ad satisfactionis remedia festinare: sz ad suspēdiū laq̄i sua desꝑatiōe ꝑtraxit.

¶ In quo tantummodo sit nobis tristicia vtilis. Capitulum.x.

i Deoq; vtilis nobis vna re tantū tristicia iudicāda est: cū hanc vel penitudine delictorū: vel desiderio ꝑfectionis accensi: vel future beatitudinis cōtemplatione concipimus: De qua ⁊ beatus apostolus: Que ꝟm deum est inquit tristicia penitentiam ad salutem stabilem operatur: seculi autez tristicia mortem operatur:

2. Cor. 7.

¶ Quēadmodū discernat̄ q̄ sit vtilis ac secundū deū tristitia: ⁊ que diabolica atq; mortifera. Cap̄.xj.

Sed illa tristitia q̄ penitentiā ad salutē stabilē operat: obediēs est: affabilis: humilis: mansueta: suauis ac patiēs: vtpote ex dei charitate descendens: ⁊ ad omnem dolorem corporis ac spiritus cōtritionē: infatigabiliter semetipsam desiderio perfectionis extendēs: ⁊ quodammodo leta ac spe profectus sui vegetata: cūctam affabilitatis ⁊ longanimitatis retinet suauitatem: habēs in semetipsa omnes fructus spiritussancti quos enumerat idez apl's. Fructus aūt spiritus est charitas: gaudiū: pax: longanimitas: bonitas: benignitas: fides: mansuetudo: cōtinentia. Hec vero asperrima: impatiēs: dura: plena rancore ⁊ merore infructuoso ac desperatione penali: eū quem complexa fuerit: ab industria ac salutari dolore frangens ac reuocās: vtpote irrationabilis ⁊ intercipiens nō solū orationis efficaciā: verumetiam vniuersos quos prediximus fructus spiritales euacuat: quos nouit illa conferre. Gal. 5.

¶ Quod absq̄ illa salutari tristitia que tribus modis generat: omnis tristicia tanq̄ noxia repellenda sit Capitulum. xij.

Quapropter absq̄ illa que vel ꝓ salutari penitētia vel ꝓ studio perfectionis vel pro desiderio suscipitur futurorum: omnis tristicia tanq̄ seculi ⁊ que mortem inferat: equaliter repellenda est: ac sicut fornicationis spūs vel philargyrie vel ire de nr̄is cordibus penitus extrudenda.

¶ Remedia quibus tristiciam de cordibus nostris exterminare possimus. Capitulum. xiij.

Hanc ergo perniciosissimā passionē ita de nobis expellere poterimus: vt mentē nostrā spiritali meditatione iugiter occupatā: futura spe ⁊ contemplatione repromisse beatitudinis erigamus. Hoc enim mō vniuersa tristiciarū genera siue que exprecedēti ira descēdūt: siue que amissione lucri: vel detrimēti illatione nobis adueniunt: siue de irrogata generant iniuria: siue que de irrationabili mentis cōfusione procedunt: seu que letalē desperationē nobis inducunt: valebimus superare: cū eternarū rerū ac futurarū intuitu semper leti atq̄ immobiles ꝑdurātes: nec casibus deiecti presentib⁹: nec ꝓsperis fuerim⁹ elati: vtraq̄ velut caduca ⁊ mox trāseuntia cōtēplātes.

¶ Explicit de spiritu tristicie liber nonus.

¶ Incipit annotatio capl'orū libri. x. de spū acidie.

Cap. j. Proemiale.
ij Expositio acidie: vel quemadmodū serpat in corde monachi: queve inferat menti dispendia.
iij Quib⁹ generibus monachū superet acidia.
iiij Qd acidia excecet mentē ab omni cōtēplatiōe virtutū.

v Quod duplex acidia fit in pugna.
vj Hi qui ab acidia ceperint vinci quatinus collabantur.
vij Testimonia apostoli contra spiritum acidie.
viij Quod necesse sit inquietum esse eum qui opere manuum suarum non vult esse contentus.
ix Quod nō solū apostolus sed etiam hi qui cū illo erāt manibus suis operati sunt.
x Quod ob hoc manibus suis apostolus operatus sit: vt nobis operandi preberet exemplum.
xj Quod non solum exemplo sed etiam verbis predicans monuerit operari.
xij De eodem.
xiij De eo ꝙ dicit. Audiuimus enim inter vos quosdam ambulare inquiete.
xiiij Quod multa vicia amputet operatio.
xv De humanitate etiā ociosis et negligentibus impertiēda
xvj Quod non odij causa sed dilectionis eos qui delinquunt corripere debeamus.
xvij Diuersa testimonia quibus apostolus precipit operari debere: vel ipse operatus fuisse monstratur.
xviij Quod tantuz operatus sit apostolus: ꝙtum non sibi soli sed etiam his qui cum eo erant posset sufficerē.
xix Quemadmodum intelligi debeat: Beatius est magis dare ꝙ accipere.
xx De fratre desidioso qui alios egredi de cenobio sollicitabat.
xxj Diuersa testimonia de salomone contra acidiam.
xxij Quod per egyptum fratres ita suis manibus operant: vt nō solum ꝓprijs necessitatibus satisfaciant: sed etiā his qui in carceribus sunt subministrent.
xxiij Quod ocij causa faciat in partibus occidētis non esse cenobia monachorum:
xxiiij De abbate paulo qui singulis annis omne opus manuū suarum igne supposito concremauit.
xxv Uerba abbatis moysi q̄ dixerit mihi de remedio acidie.

¶ Explicit annotatio capitulorum.

¶ Incipit liber decimus de spiritu acidie. Capitu.j.

αχηδι
αγ



Sextum nobis certamen est quod greci akedian vocant: quam nos tedium siue anxietatem cordis possumus nuncupare. Affinis hec tristicie est: ⁊ vagis maxime ac solitarijs magis experta: ⁊ in eremo commorantibus infestior hostis ac frequens: maxime circa horam sextam monachum inquietās: vt quedam febris ingruens tempo-

re prestituto: ardentissimos estus accensionum suarum: solitis ac statutis horis anime inferens egrotanti. Deniq; nonnulli senum: hunc esse pronunciant meridianum demonem: qui in psalmo nonagesimo nuncupatur.

¶ Expositio acidie: vel quēadmodū serpat in corde monachi: queve inferat mēti dispendia. Capitu. ij.

Qui cum miserabilem obsederit mentem: horrorem loci: fastidium celle: fratrum quoq; qui cū eo vel eminus cōmorantur: tanq̄ negligentium ac minus spiritalium: aspernationem gignit atq; contemptū. Ad omne quoq; opus quod intra septa sui cubilis est facit desidem ⁊ inertem. Nō eum in cella residere: nec operam finit impendere lectioni: nihilq; se proficere tanto tempore in eadem commorantem crebrius ingemiscit: nec habere se fructum aliquem spiritalem donec fuerit illius consortio copulatus conqueritur atq; suspirat: ⁊ ab omni se dolet spiritali questu inanem: in loco vacuumq; cōsistere vt pote qui cum posset etiam alios regere ac prodesse plurimis: nullum edificauerit: nec quemq̄ institutione sua doctrinaq; lucratus sit. Absentia longeq; posita magnificat monasteria: loca etiam illa magis ad profectum vtilia et saluti congruentiora describit: consortia quoq; ibidem fratrum suauia ⁊ plena spiritali conuersatione depingit. Econtra vniuersa que habentur in manibus aspera: ⁊ non solum edificationē nullā esse in fratrib⁹ qui morant̄ in loco: sed ne ipsum quidē victum corporis absq; ingenti labore conquiri. Postremo non posse se saluari putat in eo loco durantē: nisi relicta cella cum qua sibi si adhuc in ea fuerit remoratus pereundū erit: exinde semetipsumq̄ totius asportauerit. Deinde lassitudinem corporis cibiq; esuriem: quinta sextaq; hora tantā suscitat: vt velut longo itinere grauissimoq; labore confectus sibimet lassusq; videatur: aut quasi refectionē cibi biduano ieiunio triduanove distulerit. Tum preterea huc illucq; anxius circūspectat: ⁊ nec fratrez sibi quempiā aduentare suspirat: sepiusq; egredit̄ ⁊ ingredit̄ cellā: ac solem velut ad occasum tardius ꝓperantem crebrius intuet̄. Et ita quadā irrationabili mētis cōfusione velut tetra supplet̄ caligine: omniq; actu spiritali reddit̄ ociosus ac vacu⁹: vt nulla re alia tante oppugnationis remedium: q̄ visitatione fratris cuiuspiā seu somni solius solatio posse estimet inueniri. Deinde honestas idem morbus ac necessarias suggerit salutationes fratrib⁹ exhibendas: visitationesq; infirmorū vel eminus vel longius positorū. Quedā etiam pia ac religiosa dictat officia: illos vel illas debere parētes inquiri: ⁊ ad salutandos eos crebrius ꝓperari: illaz religiosam deuotamq; deo feminam: omni presertim parentum presidio destitutam: magnuz opus esse pietatis frequētius inuisere: ac si q̄d ei sit necessariū que a ꝓprijs parentib⁹ negligit̄ atq;

despicitur sctissimū ꝓcurari: magisq; oportere in his operā pie tatis ipēdi: q̄ infructuose ac sine vllo ꝓfectu in cellula residere

¶ Quibus generibus monachū supet acidia. C.iij.

a Gitur itaq; infelix aīa talib⁹ inimicoꝝ machinis impetita: donec acidie spū velut ariete validissimo fatigata: aut in somnū discat cōsidere: aut excussa claustris cellule sue cōsolationē impugnationis hui⁹ visitatione fratris cōsuescat acquirere: hoc quo vtit ad p̄sens remedio: paulopost acri⁹ infirmāda. Frequentius enim ac duri⁹ aduersarius attēptabit: quē cōserto p̄lio prebiturū comin⁹ sibi terga cognoscit: salutēq; sibi nō de victoria nec de cōflictu sz de fuga sperare ꝑuidet: donec paulatim ꝓtract⁹ e cella actū sue ꝓfessionis incipiat obliuisci: q̄ nō est aliud q̄ intuit⁹ ⁊ cōtēplatio diuine illius ⁊ excellentis sup oīa puritatis: q̄ nō alibi pōt nisi in silētio ⁊ iugi celle ꝑseuerātia ac meditatione cōquiri: atq; ita militie sue fugitiuus ac desertor christi miles effectus: implicet se negotijs secularibus ei cui se probauit minime placiturus.

¶ Quod acidia excecet mentem ab omni contemplatione virtutum. Capitulum.iiij.

Ps.xviij. b Uius egritudinis vniuersa incōmoda vno ꝓ̄ficto btūs dauid elegāter expressit. Dormitauit inquiens aīa mea pre tedio: id est pre acidia. Proprie satis nō corpus dixit sed aīam dormitasse. Uere em̄ ab oī cōtēplatione virtutū ⁊ intuitu spiritaliū sensuum dormitat anima: que perturbationis huius telo fuerit sauciata.

¶ Quod duplex acidia sit in pugna. Cap̄.v.

i Taq; xp̄i verus athleta q̄ agonē ꝑfectionis cupit legitime decertare: hunc quoq; morbū de latebris anime sue festinet extrahere: ⁊ ita cōtra hunc q̄ nequissimū acidie spiritū vtrobiq; contendat: vt neq; somni telo elisus concidat: neq; de monasterij claustris expulsus: q̄uis sub pretextu coloris pij: fugitiuus abscedat.

¶ Hi qui ab acidia ceperit vinci quatinus collabantur. Capitulum.vj.

q Uēcūq; em̄ in q̄libet ꝑte cepit supare: aut tanq̄ inertē ⁊ deditiū sibi patiet absq; vllo ꝓfectu spūs in cellula cōmorari: aut excussum exinde instabilē decetero reddet ac vagū: ⁊ ad om̄e opus desidē: cellas fratrū ac monasteria iugiter faciet circūire: nihilq; aliud procurare q̄ vbi quove colore occasionē refectionis future valeat preparare. Mens enim ociosi nihil aliud cogitare nouit q̄ de escis ac ventre: donec inuenta q̄nq; sodalitate cuiusq̄ viri vel femine equali tepore torpētis: rebus eoꝝ ac necessitatibus inuoluatur: ⁊ ita paulatim reddat

noxijs occupationibus irretitus: vt tāq̄ serpētinis spiris obstrictus: nūq̄ deinceps ad perfectionem professionis antique se valeat enodare.

¶ Testimonia apl'i contra spiritū acidie. Cap. vij.

b Unc morbū q̄ de acidie spiritu nascit: btūs apl's vt verus ac spiritalis medic⁹: vel tūc iā ꝯspiciēs serpere: vel emersurū inter monachos: sctōspū reuelāte ꝓspiciēs: salutarib⁹ p̄ceptoꝝ suoꝝ medicamētis p̄uenire festinat. Thessalonicēsibus eñ scribēs: ⁊ primo vt ꝑitissimus q̄dā ꝑfectusq̄ medicus: infirmitatē susceptoꝝ blāda leniq̄ verbi curatione fomentās: ac de charitate incipiens eosq̄ in ea parte colla udās: quousq̄ letale vulnus leniore remedio delinitū: deposita tumoris indignatione facilius medicamina austeriora sustineat: ita ait. De charitate aūt fraternitatis nō necesse habemus scribere vobis. Ip̄i eñ a deo edocti estis: vt diligatis inuicē. Et eñ facitis illud in omnes frēs in vniuersa macedonia. Premisit laudis fomēta lenia: fecit eoꝝ aures ad curā salutaris verbi placidas ⁊ paratas. Rursuz infert. Rogam⁹ aūt vos frēs: vt abūdetis magis. Adhuc eos blāda verboꝝ lenitate demulcet: ne forte necdū aptos ad ꝑceptionē ꝑfecte curationis inuēiat. Quid est qđ rogas apl'e: aut in q̄ abūdēt magis. s. in charitate: de qua superi⁹ dixeras: de charitate aūt fraternitatis nō necesse habemus scribere vobis? Et q̄d necesse est vt dicas eis. Rogam⁹ aūt vos vt abūdetis magis: q̄ sup hac re ne scribi quidē sibi aliq̄d indigēt: cū p̄sertim ⁊ inferas cām ob quā hocipso nō egeāt dicēs: ip̄i eñ vos a deo edocti estis vt diligatis inuicē. Tertiū q̄ maius adijcias: qđ nō solū a deo edocti sint: verūetiā cōpleāt ope q̄ docentur? Et eñ facitis illud inq̄s nō in vno tm̄ vel duobus sz in oēs frēs: nec in vr̄os tm̄mō ciues vl' notos: sz in vniuersa macedonia. Dic igit̄ tādē: q̄d ē qđ tātope h̄ p̄mittis. Iterū infert. Rogamus aūt vos frēs: vt abundetis magis. Et vix aliqñ in id quod olim moliebat erūpit. Et opā detis: vt q̄eti scitis. Dixit primā cām: deinde infert secūdā. Et vt vr̄a negocia agatis. Tertiā q̄. Et opemini manib⁹ vr̄is sicut p̄cepim⁹ vobis. Quartā. Et vt honeste ambuletis ad eos qui foris sunt. Foris sunt. s. q̄ seculo viuūt. Quintā. Et nullius aliquid desideretis. Ecce illa cūctatio quā tātis proferre prohemijs differebat: quid in eius pectore parturiebat agnoscitur. Et operā detis: vt quieti sitis: id est in vestris cellulis cōmorātes: nec diuersis rumoribus q̄ solent ociosoꝝ votis vel fabulis gñari: inquieti effecti: alijs q̄ inquietudines inferatis. Et vt vestra negocia agatis: nō vr̄a curiositate actus mundi velitis inquirere: ac diuersoꝝ cōuersationes explorātes opa vr̄a non ad correctionē vestrā seu virtutū studia sed ad detractiones fratrum velitis impendere. Et operemini manibus vestris sicut precepimus vobis. Ut illa fierent q̄ mo-

j. Thessa. iiij.

nuerat superius ne agerēt: id est ne inquieti essent: ⁊ aliena cura
rent negocia: vel inhoneste ambularēt ad eos q̄ foris sunt: vel
alterius aliq̄d desiderarēt: nunc intulit dicēs. Et operemini ma
nibus vestris sicut precepim⁹ vobis. Ut eñ illa fierēt q̄ superi⁹
reprehēdit: ociū cām esse euidēter expressit. Nullus eñ pōt vel
inquietus esse: vel aliena curare negocia: nisi qui operi manuuz
suaꝝ nō acquiescit insistere. Quartū q̄ꝫ intulit morbū q̄ ex h̄ ipo
ocio nascit: id est vt inhoneste nō ambulēt. dicēs. Et vt honeste
ambuletis ad eos qui foris sunt. Nunq̄ pōt nec apud eos qui-
dem q̄ seculi hoīes sunt honeste incedere: qui nequaq̄ claustris
celle ⁊ opi manuū suaꝝ inherere cōtētus est: sed necesse est eū in
honestū esse dū necessaria victus requirit: adulationi q̄ꝫ operaz
dare: nouitates etiā rumoꝝ sectari: causaꝝ fabularumq̄ꝫ occasio
nes cōquirere: ꝑ quas sibimetipi aditū paret ac facultatem qua
diuersaꝝ domos valeat penetrare. Et nullius aliquid desidere-
tis. Non potest non alienis donis ⁊ muneribus inhiare: q̄ non
delectat̄ pio quietoq̄ꝫ labore opis sui: quotidiani vict⁹ parare
substantiā. Uidetis tot causas tā graues ac turpes vnius vitij:
id est ociositatis labe generari. Deniq̄ꝫ hosipsos quos in epl̄a
prima molli fouerat palpitatione verboꝝ: qual̄r in secunda ve
lut qui nō profecissent ad meliora remedia: austerioribꝰ quibus
dā ⁊ causticis medicamētis sanare aggredit̄: nullaq̄ꝫ iā mitium
verboꝝ fomenta premittit: nō vllā tenerā vocē ac blādā: vt ibi.
Rogamus aūt vos frēs: sed Denūciam⁹ vobis fratres in nomi
ne dñi nostri Jesu christi: vt subtrahatis vos ab oī fratre ambu
lante inordinate. Ibi rogat: hic denunciat. In illa blandientis
affectus: in hac obtestātis seueritas ⁊ minātis. Denunciamus
vobis fratres. Quia prius rogantē contēpsistis audire: saltez
nunc denunciationibus obedite. Ipsamq̄ꝫ denūciationē nō nu-
do verbo: sed cū obtestatione noīs dñi nostri Jesu christi terribi
lem infert: ne forte simplicē velut humana voce prolatā rursum
cōtemnerent: nec magnopere ducerent obseruandā. Statimq̄ꝫ
vt peritissimus medicus: putribus mēbris quib⁹ leni medica-
mēto remediū ferre nō potuit: mederi spirital̄ ferri incisione ꝑ-
tēptat: vt subtrahatis vos inquiēs ab omni fratre ambulante
inordinate ⁊ non ꝑm traditionē quā acceperunt a nobis. Itaq̄ꝫ
ab his qui vacare operi nolunt: iubet subtrahi: ⁊ velut mēbra
ocij corrupta putredine desecari: ne inertie morbus velut letale
contagiū: etiā sanas membrorum partes tabo serpente corrum
pat. Dicturusq̄ꝫ de his qui operari manibus suis nolunt ⁊ pa-
nem suū cū silentio manducare: a quibus etiā precipit subtrahē
dum: qualibus eos a principio opprobrijs inurat attēdite. In
primis inordinatos dicit: nec ꝑm suaz traditionem ambulare:
alijs verbis contumaces eos vtpote qui nollent iuxta institu-
tionem eius incedere: ⁊ inhonestos esse desinans: id est nō pro
cessionis: nō visitationis: nō verbi: non temporis oportunitatē

ij. Thessa. iiij.

congruā honestāq; sectantes. Omnibus enim istis vitijs inor dinatū quēq; necesse est subiacere. Et nō s̄m traditionē quam ac ceperunt a nobis. Et in hoc rebelles eos quodāmodo ⁊ contem ptores notat: q̄ traditionē quā acceperunt ab eo tenere cōtemne rent: nec imitari vellēt id qd̄ magistrū nō solū verbū docuisse me minerint: sed etiā opere nouerint p̄fecisse. Ipsi enim scitis quē admodū op̄teat imitari nos. Immanē cumulū reprehēsionis ex aggerat: cū h̄ eos asserit nō obseruare qd̄ ⁊ memorie eoꝝ inhere at ⁊ ad imitandū non soluz verbo instruente didicerint: sed etiā exemplo operum prouocante susceperint.

¶ Quod necesse sit inquietum esse eum qui ope manuum suaꝝ non vult esse contentus. Cap̄. viij.

q Uapropter iam tēpus est: vt ipsis q̄bus tradūt verbis patrū sententiā pferamus. eoꝝ scz q̄uiā pfectiōis ⁊ qualitatē eius nō verboꝝ iactātia depinxerūt: sed poti⁹ re ⁊ ope ac virtute spūs possidentes: experimētis eā pprijs ⁊ exemplis certissimis tradiderūt. Aiunt itaq; nō posse ad purū quempiā carnalibus vitijs emūdari: nisi vniuersum laborē suū atq; conatū ad tāte pfectionis finē intellexerit nō posse sufficere: nec eā nisi miseratione dei ⁊ adiutorio cōprehēdi: nō tā tradētis institutione q̄ affectu atq; virtute ⁊ experimētis pprijs eruditus agnoscat. Ad capessenda nāq; tā magnifica tāq; p̄celsa puritatis ⁊ integritatis p̄mia: q̄tuslibet ieiuniorū vigiliarū lectionis ⁊ solitudinis ac remotionis labor fuerit impensus: cōdign⁹ esse nō poterit q̄ hec industrie sue merito vel laboris obtineat. Nunq̄ eñ diuinū munus labor pprius humanave cōpensabit industria: nisi deside ranti diuina fuerit miseratione concessum.

¶ Qd adiutoriū dei laborantibus tribuat. Cap.xiiij.

n Ec hoc dico vt hūanos conatus euacuās ab industria ⁊ laboris intentione quēq̄ reuocare cōtendā. Sed plane cōstantissimi nō mea sed senioꝝ sentētia definio: pfectionē q̄dē sine his oīno capi nō posse: his aūt solis sine gratia dei posse eā a memine cōsūmari. Ut eñ dicim⁹ conat⁹ hūanos appbēdere eā p seipos sine adiutorio dei nō posse: ita pnūciam⁹ laborātib⁹ tñ ac desudātib⁹ misericordiā dei gr̄amq; cōferri: ⁊ vt verbis apl̄i loq̄r: volētib⁹ ⁊ currētib⁹ īpertiri: ꝟm illd qd etiā in psalmo octogesimooctauo ex psona dei cantat. Posui adiutoriū in potente: ⁊ exaltaui electū de plebe mea. Dicim⁹ eñ ꝟm saluatoris sñiam dari q̄dē potentib⁹: ⁊ apiri pulsantib⁹: ⁊ a q̄rētib⁹ inueniri: sz petitionē ⁊ inq̄sitionē ⁊ pulsationē nr̄am nō esse cōdignā: nisi misericordia dei id qd petim⁹ dederit: vel aperuerit qd pulsam⁹: vel illud qd q̄rim⁹ fecerit inueniri. Presto est nāq; occasione sibi tantummodo a nobis bone voluntatis ob- Matt. 7.

lata: ad hec omnia cõferẽda. Amplꝰ essi ille ꝙ nos: pfectionẽ sa
lutẽcꝫ nr̃am desideraꝛ t expectaꝛ. Et intantũ beaꝰ dauid puerũ
sui operis ac laboris ꝓpria tñ industria nõ posse nonerat obti
nere: vt a dño ꝓmereꝛ directionẽ suoꝝ opeꝝ iteꝛata ꝑce deposce
ret dicẽs. Et opera manuũ nr̃arũ dirige sup nos t opus manuũ
nr̃arũ dirige. Et rursuꝫ. Cõfirmaꝫ dꝰ eꝰ qõ opatus es in nobis t

ps. 89.

¶ Al quibꝰ pfectionis viã discere debeam?. Capi. xv.

Deocꝫ si ad verã cõsummationẽ virtutũ volumus effe
ctu t opere peruenire: illis debemus aquiescere magi
stris ac ducibꝰ: q̃ hãc nõ vaniloqua disputatiõe somnia
tes: sed reatꝰcꝫ experimẽtis apprehendẽtes: nos quoꝫ docere
atcꝫ ad eã dirigere similiter possint: t viã qnẽadmodũ pueniaꝫ
mus ad eã: certissimo tramite demonstrare: quicꝫ ad hanc fide
se potius pueniss ꝙ laborũ merito restabanꝯ. Quibꝰ etiã ꝑ pcꝫ
pium sui cordis acquisita puritas cõferebat vt magis magisꝫ
se deprimi peccatis agnoscerẽt. Tanta nancꝫ in eis delictoꝝ cõ
puctio p dies singulos angebat: quãta puritas animi pficisset.
Trabebãtcꝫ ingiter intimo corde suspiria: eo ꝙ semetipsos sen
tirent neqnaꝙ posse delictorũ nexus ac maculas detrahere: que
eis p multiplices cogitationũ minutias ingerebanꝯ. Et idcirco
future vite stipẽdia nõ operũ sperare se merito: ꝛ misericordia
dñi pclamabãt: nihil sibi de tanta circũspectione cordis aliorũ
comparatione donantes: ꝗppe qui bancipsam nõ sine industrie
sed diuine gratie ascribebãt: nec blãdientes sibi de inferiorũ ac
tepidioꝝ negligẽtia: sed cõtẽplatione portꝰ illoꝝ quos vere pctõ
carere: atcꝫ in regno celorũ iã eterna beatitudine pfrui nonerãt
humilitate ppetuã cõquirebãt: atcꝫ ita cõsideratione hac t ela
tionis ruinã pariter declinabãt: t quo tenderẽt vel qõ dolerent
semp inueniebãt: intelligẽtes semetipsos ad illã puritatem cor
dis quã cupiãt: obũstente carnis sarcina puentre non posse.

¶ Non posse nos sine misericordia t inspiratiõe dei ad ipsum laborem obtinende perfectionis accedere. Capitulum. xvi.

Sic ẽm traditiones t institutiones eoꝝ fic ad eã festina
re debemus ieiunijs: vigilijs: orationibus: contritioni
cordis t corporis operi dãtes: ne dec ola/morbo hoc in
stante enacuemus. Non solum nancꝫ ipsam pfectionem opoꝛ
tet credere nr̃a industria nos vel labore nr̃o possidere nõ posse:
sed ne decipsa quidẽ que illius exercemus obtentu: id est labo
res cõatusꝫ nostros ac studia: sine diuine protectionis auxilio
inspirationisꝫ eiꝰ t castigationis atcꝫ exhoꝛtatiõis gr̃a posse
pficere: quã scz cordibꝰ nostris: vel p aliũ solet vel p semetipsu
nos, visitans, clementer infundere.

¶ Testimonia diuersa quibus euidenter ostenditur: nihil posse nos quod ad salutem nostram pertinet sine adiutorio dei perficere. Capitulum. xvij.

Postremo instruit auctor salutis nostre: quid nos oporteat in singulis q̄busq; q̄ gerim⁹: nō mō sentire sz etiā cōfiteri. Nō possum ego inq̄t a meipso facere quicq̄: pater autē in me manens ipse facit opa. Ille ex p̄sona hoīs assumpti dicit nihil a semetipso posse se facere: ⁊ nos cinis ⁊ terra in his que ad nr̄az salutē pertinent: arbitramur nos adiutorio dn̄i nō egere. Discamus itaq; ⁊ nos p̄ singula: nr̄am simul infirmitatē ⁊ illi⁹ adiutoria sentientes quotidie p̄clamare cū sanctis. Impulsus versatus sum vt caderem: ⁊ dn̄s suscepit me. Fortitudo mea ⁊ laudatio mea dn̄s: ⁊ factus est mihi in salutē. Et nisi q̄r dn̄s adiuuit me: paulominus habitauerat in inferno aīa mea. Si dicebā motus est pes meus: misericordia tua dn̄e adiuuabat me. Scōm multitudinē dolor̄ meor̄ in corde meo: cōsolationes tue letificauerūt animā meā. Uidētes etiam cor nostruz in timore dn̄i ⁊ patientia roborari dicam⁹. Et fact⁹ est domin⁹ firmamētū meū: ⁊ eduxit me in latitudine. Scientiā quoq; p̄fectu operum intelligentes nobis augeri: dicamus. Quoniam tu illuminas lucernam meam domine deus meus illlumina tenebras meas. Quoniam in te eripiar a temptatiōe: ⁊ in deo meo transgrediar murum. Dein sentientes etiam nosmetipsos fortitudinem tolerātie cōquisisse: ⁊ in semita virtutū facilius ac sine labore dirigi: dicamus. De⁹ qui precingis me virtute: ⁊ posuisti immaculatā viā meā. Qui p̄ficis pedes meos tanq̄ cerui: ⁊ sup̄ excelsa statuens me. Qui doces manus meas ad preliū. Cōsecuti etiā discretionem per quā roborati possimus aduersarios nr̄os elidere: p̄clamemus ad deū. Disciplina tua correxit me in finē: ⁊ disciplīa tua ipsa me docebit. Dilatasti gressus meos subtus me: ⁊ non sunt infirmata vestigia mea. Et q̄r taliter sum roboratus scientia tua atq; virtute: inferā cōfidenter ea que sequūtur: ⁊ dicā. Persequar inimicos meos: ⁊ cōprehēdā illos: ⁊ nō cōuertar donec deficiāt. Cōterā illos nec poterūt stare cadēt subtus pedes meos. Rursum infirmitatis nr̄e memores: nec posse nos tā acerbos vitiorū hostes fragili carne circūdatos sine illi⁹ adiutorio superare: dicamus. In te inimicos nostros ventilabimus cornu: ⁊ in nomine tuo spernemus insurgentes in nobis. Non eñ in arcu meo sperabo: ⁊ gladi⁹ me⁹ nō saluabit me Saluasti eñ nos de affligentib⁹ nos: ⁊ odientes nos cōfudisti Sed etiam precinxisti me vitute ad bellum: ⁊ supplantasti oēs insurgentes in me subtus me. Et inimicos meos dedisti mihi deorsum ⁊ odientes me disperdisti. Sz nec armis nostris posse nos vincere cogitātes: dicamus. Apprehende arma ⁊ scutum

Joan. 14.
Ps. 117.
Ps. 93.
Ps. 17.
Ibidem.
Ibidem.
Ibidem.
Ps. 43.
Ps. 17.
Ps. 34.

& exurge in adiutoriū mihi. Effunde frameā: & conclude aduersus eos qui psequunt me: dic aie mee salus tua ego sum. Et posuisti vt arcū ereū brachia mea: & dedisti mihi pectionē salutis tue: & dextera tua suscepit me. Quia nec patres nostri in gladio suo possederūt terrā: & brachiū eoz nō saluauit eos: sed dextera tua & brachiū tuū & illuminatio vultus tui: quoniā cōplacuisti in eis postremo vniuersa beneficia eius cū gratiaz actione mēte sollicita perlustrātes: sup bis omnib⁹ q̄ vel pugnauim⁹: vel illuminatione scientie: vel disciplinā discretionis ab eo consecuti sum⁹: vel q̄ suis nos armis instruxit: & virtutis singulo communiuit: vel qđ inimicoz nostroz nobis prebuit dozsum: & tribuit virtutē cōminuendi eos vt pulverem ante faciēventi: intimo cordis affectu clamemus ad eum. Diligā te oñe virtus mea: dñs firmamentū meū & refugiū meū & liberator me⁹. Deus me⁹ adiutor me⁹: & sperabo in eū. Protector me⁹ & cornu salutis mee: & susceptor me⁹: Laudans invocabo dominum: & ab inimicis meis salvus ero.

ps. 17.

¶ Quod non solum in naturali conditione: sed etiaz in quotidiana dispensatione dei gratia muniamur. Capitulum. xviij.

In omnibus creare dispensande sumur deo.

a Non solum pro bis ei gratias referentes q̄ vel rationabiles nos cōdidit: vel liberi arbitrij potestate donauit vel baptismi lagit⁹ est gfaz: vel scientiā legis adiutoriūq; cōcessit: sz̄ iēt̄ p bis q̄ erga nos quotidiana ei⁹ puidētia cōferūtur qđ scz ab aduersarioz nos infidis liberat: quod cooperat nobis vt carnis vitia superare possim⁹ qđ a periculis nos etiā ignorantes protegit: qđ a lapsu peccati communit: q̄ adiuuat nos & illuminat vt ipsum adiutoriū nr̄m qđ nō aliud quidam interpretari volunt q̄ legem intelligere & agnoscere valeamus: q̄ p negligentijs delictiq; nostris: eius inspiratione latenter cōpungimur: qđ dignatione eius visitati saluberrime castigamur: qđ ab eo nonnunq̄ etiam inuiti trahimur ad salutem. Postremo qz ipsum liberū arbitriū nostrū qđ pclin⁹ fertur ad vitia: ad meliozem dirigit frugem: & ad virtutū viā instigationis sue visitatione contorquet.

¶ Quod hec fides ab antiquis patribus sit tradita de gratia dei. Capitulum. xix.

b Hec est proprie erga deum humilitas: hec est antiquissimoz patrū sincera fides: que penes successoz eoz̄ intemerata nunc usq; perdurat. Cui fidei virtutes apostolice que sepenumero p eos manifestate sunt: nō solum: apud nos sed etiam apud infideles & incredulos: indubitatum testimonium reddunt. Qui simplicem piscatoz̄ fidē in corde simplici retinentes: non eam syllogismis: dialecticis & tullianis facū

dia spiritu cōcepere mundano: ꝛ experimēto vite fincere: actu ꝙ purissimo: correctione quoꝙ vitiorū ꝛ (vt verius dixerim) in ipsa pfectionis messe naturā oculatis indicijs deprehenderūt: sine qua nec pietas in deum: nec purgatio vitiorū nec emendatio morum: nec virtutum consummatio poterit apprehendi.

De eo qui propter blasphemiam traditus est immundissimo spiritui. Capitulum.xx.

Qui quendā de fratrū numero quē vtinā minime scissez
n siquidē post hec ordinis met gradu se passus est ꝓgrauari: qui pbatissimo cuidā senum vitio carnis semetipsꝫ grauissimo confessus est impugnari: nam contra vsum nature desiderio patiendi magis ꝙ inferendi ignominiā intolerabili estu libidinis vrebat: tum illum vt spiritalem verumꝙ medicū: interiorem causam morbi huius ꝛ originem protinus prudisse. Qui graviter suspirans: nequaꝙ ait tam neꝙ spiritui tradite dominꝰ permisisset: nisi aliquid blasphemasses in eū. Quo ille comperto: confestim procidit ad pedes eius in terram: summaꝙ admiratione pculsus: tanꝙ a deo cernens arcana sui pectoris patefacta: confessus est in dei se filium cogitatione impia blasphemasse. Unde perspicuū est eum qui superbie spiritu possideatur: vel qui in deum blasphemus extitit: tanꝙ qui irroget illi iniuriā a quo puritatis speranda sunt dona: pfectionis integritate priuari: ꝛ sanctificationem castimonie non mereri.

Exemplū ioas regis iude quo ostenditur quid propter superbiam meruerit: Capitulum.xxj.

Legimus tale aliquid in paralipomenon libro. Ioas cū
i rex iuda septem annorum ab ioiada pontifice ascit⁹ in regnum atꝙ in omnibus quoad vixit memoratus pontifex testimonio scripture laudatus est. De quo post obitum ioiade audi quid scriptura cōmemorat: ꝛ quemadmodum elatus superbia ignominiose fuerit traditꝰ passioni. Postꝙ autē obiit ioiada: ingressi sunt principes iuda: ꝛ adorauerunt regem. Qui delinitus obsequijs eorum acquieuit: ꝛ dereliquerunt templū dñi dei patrum suoꝝ: seruieruntꝙ lucis ꝛ sculptilibus: ꝛ facta est ira magna contra iudam ꝛ hierusalem propter hoc peccatū. Et post pauca. Cunꝙ euolutus esset annus ascendit contra eum exercitus syrie: venitꝙ in iudam et hierusalem: et interfecit cunctos principes populi: atꝙ vniuersam predam miserunt regi damascum. Et certe cum permodicus venisset numerus syroꝝ: tradidit dominus in manibus eorum infinitam multitudinem: eo ꝙ dereliquissent dominū deus patrum suorū. In ioas ꝗꝫ ignominiosa exercuere iudicia: ꝛ abeūtes dimiserūt eū

2. Par. 24

in languoribus magnis. Uides q̄ flagitiosis ac sordidis passionibus tradi mereat superbia? Qui enim elatus arrogantia vt deum se passus est adorari: traditur ꝑm apostolum in passiones ignominie ⁊ in reprobum sensum: vt patiatur ea que non conuenit. Et quia dicēte scriptura. Immundus est apud deū omnis qui exaltat cor suum: iste qui tumida cordis elatiōe inflatus est turpissime confusioni traditur deludendus: vt humiliatus taliter sentiret semetip̄m esse vel immundicia carnis ⁊ conscientia impure passionis immundum: quod animi sui noluerat elatione sentire: ⁊ vt carnis ignominiosa cōtagio patefaceret immundiciam cordis eius occultā quam superbie malo contraxerat: ac manifesta pollutione corporis sui ꝓbaret impurus: qui per elationē spiritus factum se non sentiebat immundum.

Ro. s.

¶ Omnem animam superbam subdi spiritalibus nequitijs illudendam. Capitulum. xxij.

Quibus manifeste ꝓbatur omnem animā que supbie fuerit tumore possessa: intellectualibus syris id est nequitijs spiritalibus tradi: eamq; passionib⁹ carnis inuolui: vt saltem vitijs humiliata terrenis: immundā se carnaliter pollutāq; cognoscat: que tepore mētis erecta immundā se in cōspectu dei per elationē cordis effectā intelligere ante non potuit quo vel sic humiliatus quis a pristino tepore discedat: ⁊ ignominia carnaliū passionū deiectus atq; confusus: ad spiritalem feruorem deinceps semetip̄m ardentius conferre festinet.

¶ Quod perfectio attingi nisi humilitatis virtute nō possit. Capitulum. xxiij.

Uidenter itaq; monstratur non posse quemq̄ perfectionis finem ac puritatis attingere nisi per humilitatē veram: quā primitus fratribus reddēs: deo quoq; in penetralibus cordis exhibeat: credens sine protectione eius atq; auxilio per singula sibi momēta delato: perfectionē quam cupit ⁊ ad quā magnopere currit: se penitus obtinere non posse.

¶ Quos spiritalis superbia pulset: quosq; carnalis. Capitulum. xxiiij.

Ucusq; de spiritali superbia qua diximus ꝑfectos quosq; pulsari: quantū tenuitas ingenij nostri preualuit donāte deo dixisse sufficiat. Qd superbie genus non multis cognitū nec expertū est: quia nec plures studēt ꝑfectā cordis apprehendere puritatem: vt ad hos preliorum gradus valeant peruenire: nec precedentium vitioꝝ quorum in singulis libellis naturā pariter remediaq; premisimus: ꝓcuratur vlla purgatio Sed illos solummodo pulsare solet: qui deuictis superioribus vitijs iā propemodū sunt in virtutuꝫ culmine collocati. Quos

quia lapsu carnali subtilissimus hostis superare nō quiuit: spiritali ruina deijcere ac supplantare conatur: per hanc illos vniuersis veterū stipendiorum meritis multo labore quesitis spoliare contendens. Ceterum nos qui adhuc terrenis sumus passionibus inuoluti: nequaq̄ hoc modo tēptare dignatur: sed crassiore ⁊ vt ita dixerim carnali elatione supplātat. Et idcirco de hac quoq; qua maxime nos seu nostre mensure homines ac precipue iuniorum vel incipientium mentes periclitari solēt: necessariū reor ꝟm promissionē nostrā pauca depromere.

¶ Descriptio carnalis superbie: vel que mala in monachi mente parturiat. Capitulum.xxv.

Hec igit̄ quā diximus carnalis sup̄bia: cū tepido ac male arrepto renūciationis p̄ncipio in monachi resederit mēte: de pristino ac seculari eū tumore adverā xp̄i hūilitatē descēdere nō permittēs: primū inobediētē eū reddit ⁊ asperū: deinde mitē atq; affabilē esse nō patit̄: equalē, q̄ fratrib⁹ fieri cōmunēq; nō sinit: nec ꝟm dei ac saluatoris nr̄i mādatū spoliari terrenis opib⁹ nudariq; cōcedit: ⁊ cū renunciatio nihil aliud sit nisi mortificationis ⁊ crucis indiciū: nec valeat alijs inchoari vel cōsurgere fundamētis: q̄ vt se nō solū actibus huius mundi spiritalr̄ nouerit interemptū: verū etiā corporalr̄ quotidie credat eē moriturū: ecōtrario facit eū vitā sperare longeuā: infirmitates p̄ponit ei p̄lixas ⁊ multas: cōfusionē q̄ incutit ac pudorē. Si nudus effect⁹ alienis ⁊ nō p̄prijs facultatib⁹ cep̄it sustētari: p̄suadet etiā multo esse melius victū indumētūq; sibi sua potius q̄ aliena substātia ministrari: scōm illud scz qd̄ quēadmodū dictum sit tali hebetudine ac tepore cordis obtusi: ne intelligere quidē aliq̄n potuerūt. Beatius est magis dare q̄ accipere. Actuū. 20.

¶ Quod male fundatus quis ad deteriorem statum quotidie prolabatur. Capitulum.xxvj.

Tali igitur diffidentia mentis obsessi: ⁊ a scintilla fidei qua visi fuerant in primordijs sue conuersionis accensi diabolica infidelitate reuocati: incipiūt pecunias quas ante dispergere ceperant diligentius custodire: ⁊ eas velut qui semel profligatas vlterius reparare non possint: auaricia vehementiore conseruant: seu quod est deterius ea que prius abiecerant resumentes: vel certe quod est tertium ac teterrimum nequitie genus: que nec ante quidem possederant congregantes: nihil amplius egressi e seculo q̄ nomen acquisisse tantummodo ac vocabulum monachi comprobantur. Super hec igitur initia male vitioseq; fundata: necesse est vt vniuersa deinceps vitiorum structura consurgat. nec quicq̄ superponi pessimis valeat fundamentis: nisi quod miserabilem animam ruina lugubriore prosternat.

¶ Expositio vitiorum que per morbum superbie generantur. Capitulum. xxvij.

Quibus siquidē mens passionibus obdurata: atq; a detestabili repore incipiēs: necesse est vt in deterius quotidie proficiat: t reliquam quoq; vitā suam deformioze fine concludat: dumq; cupiditatibus pristinis oblectat: ac sm apostolum sacrilega philargyria vincitur: ita eodem pronunciāte de illa. Et philargyria que est simulacroꝝ seruitus. Et iterum Radix enim inquit omnium malorū est philargyria: nunq; post fit in corde suo humilitatē christi simplicē veramq; suscipere: cū vel de nobilitate natalitū gloriatur: vel inflatur de secuti quam corpore nō mente deserit dignitate: vel pecuniis quas ad ruinam suā retentat: expolitur: per que iam non monasterij iugū sustinere contentus est: non seniozis vilius institui disciplina. Quisq; essi superbie morbo fuerit occupatus: nō solum nullam subiectionis aut obedientie regulā custodire dignatur verū ne ipsam auribus quidē suis doctrinā perfectionis admittit: tantumq; cōcrescit in corde eius spiritalis verbi fastidiū: vt cū forte talis fuerit obozta collatio: vno in loco stare nesciat eius lobutus: sed huc illucq; stupidus circunferat intuitus: aliozsum t in obliquū q; mozis est oculi defigant. Pro suspiriis enim salutaribus sputa de ficco gutture contrahunt: excreationes etiā sine vlla interpellatione phlegmatis prouocant: digiti ludūt t in modū quiddam scribentis volitant atq; depingunt: t ita huc atq; illuc vniuersa membra corporis cōmouentur: vt dum spiritalis agitatur collatio: totū se vel scarentib⁹ vermibus vel actiuissimis fudibus credat infidere: t quicquid simpler collatio ad edificationē protulerit audientiū: ob suam suggillationem estimet esse prolatū. Totoq; tempore quo spiritalis vite examinatio ventilatur: suis suspitionibus occupatus: non quid exinde ad profectū sunm capere debeat ancupatur: sed causas cur vnū quodq; fit dictū: sollicita mēte perquirit: vel quid eis possit obiicere tacita intra se cordis volutatione conjectat: vt nihil ex his que salubberime sunt digesta: penitus apprehendere aut in aliquo valeat emendari. Et ita fit vt non solū in nullo ei proficiat collatio spiritalis: verumetiā damnosa magis existat: efficiatur q; causa maioris peccati. Dum enim pro cōscientia sua totum contra se suspicatur esse prolatū: vehemētioze cordis obstinatione duratur: ire quoq; stimulis acrius instigat. Deinde post hec excelsa vox: sermo rigidus: amara t turbulenta responsio: incessus erectus ac mobilis: lingua facilis: prozax loquela: nec vnq; taciturnitatis amica: nisi cū contra fratrē rancorē quendam in suo corde conceperit: fitq; silentiū eius nō compunctionis nec humilitatis vilius: sed superbie t indignatiōis indicīū: ita vt quid in eo detestabilius sit: haudi facile discernat: vtrū diffusa

Colos. 3. 1. Timo. 6.

superbia mentis ad salutem conversionis addit

illa petulansq; letitia: an dira hec virulētaq; feritas. In illa nā-
q; sermo non oportunus: risus leuis ac fatuus: effrenata ac in-
disciplinata cordis elatio: in ista vero ira plenū virulentūq; si-
lentiū: ⁊ qđ ob hoc tantū concipitur: vt aduersus fratrē rancor
taciturnitate seruatus protelari diutius possit: non vt ex eo vir-
tus humilitatis ac patiētie prebeatur. Et cū ipse tumore posses-
sus: facile cunctis tristicias inferat: atq; ad satisfactionē lesi fra-
tris semetipsum submittere dedignetur: etiā ab illo sibimet ob-
latam respuit atq; contemnit. Et non solū nulla fratris satisfa-
ctione cōpungitur atq; mollitur: verumetiā cur ab eo sit in hu-
militate preuētus grauius indignat. Fitq; ei salutaris humili-
tas ac satisfactio: que finez diabolicis intentationibus solet in-
ferre causa vehementioris incendij.

¶ De fratris cuiusdam superbia. Capitulū. xxviij.

a Udiui in hac duntaxat regione (qđ horret pudetq; reuol-
uere) quendā iuniorum cū a suo increparetur abbate:
cur humilitatem quam renuncians permodico tempo-
re retentaret: cepisset excedere: ac diabolica inflari superbia:
summa contumacia respondisse: Nunquid ob hoc memetipsum
humiliaui pro tempore: vt semper subditus sim? Ad quod eius
tam effrenatum scelestumq; responsum: ita est senior obstupefa-
ctus: omnisq; eius interceptus est sermo: velut qui ab illo ipso
antiquo lucifero verba hec prolata non ab homine percepisset:
vt nullam vocem aduersus tantam proteruiam de ore suo pror-
sus emittere: nisi gemitus de corde tantummodo ac suspiria po-
tuerit: illud solum tacitus intra semetipsum voluens quod de
domino nostro saluatore dicitur. Qui cum in forma dei esset: hu-
miliauit se: factus obediens: non vt ille ait diabolico spiritu ac Phil. 2.
tumore possessus: pro tempore: sed vsq; ad mortem.

¶ Indicia quibus superbia carnalis anime inesse cognoscitur. Capitulum. xxix.

e T vt breuius ea q̄ dicta sunt de hoc sup̄bie genere p̄strin-
gamus: quedā signa eius inquantū possumus colligen-
tes: vt his qui de p̄fectiōe sitiunt erudiri: quodāmō cha-
racteres eius de exterioris hoīs motib⁹ exprimam⁹: necessariū
puto paucis eadē replicari: vt cōpendiosius agnoscam⁹ quib⁹
eā discernere ac deprehēdere valeam⁹ indicijs: quo nudate atq;
in superficiē p̄ducte passionis huius radices ⁊ oculatim depre-
hense atq; perspecte: vel conuelli facilius valeāt vel vitari. Tūc
enim poterit pestifer morbus ad integrum declinari: cum con-
tra ipsius perniciosos estus ⁊ impetus noxios nō sera obseruā-
tia cum iam dominantur assumitur: sed cum precedentes eius
(vt ita dixerim) lineas agnoscentes prouida eum sagaciq; di-
scretione precurrimus. De exterioris nanq; sicut prediximus
hominis motu: interioris status agnoscitur. His igitur indi-

impia mens
& insana.

cis carnalis ista quā prefati sumus superbia declaratur. Inest primitus in loquela eius clamor: in taciturnitate amaritudo: excelsus & effusus in letitia risus: irrationabilis in seruitute tristicia: in responsione rancor: facilitas in sermone: ꝓba passim sine vlla cordis grauitate erumpētia, & pers patientie est: charitatis aliena: audax ad contumelias irrogandas: ad tolerandas pusillanimis: ad obediendū difficilis nisi in quo eam desiderium suum voluntasq; preuenerit: ad recipiendam exhortationem implacabilis: ad resecandas voluntates suas infirma: ad succumbendum alienis durissima: semperq; suas diffinitiones statuere contendens. ipsa vero nequaq; cedere alterius acquiescens: & ita fit vt etiam incapax consilij salubris effecta: in omnibus suo potius ꝙ seniorum credat iudicio.

¶ Depactus quis per superbiam alios quoq; prece esse desideret. Capitulum. xxx.

Quibus descensuum gradibus is quē semel possidet demonstrauimus: iā ipsam disciplinā cenobij perhorrescit: ac velut qui fratrū consortio de perfectione retrahatur: ac de dono patientie atq; humilitatis alioꝝ vitio & impedimento reputatur: habitationē solitarie vite desiderat: sen certe velut plures alios laturus cōstruere monasterium: & quos docere atq; instituere debeat: congregare festinat: ex discipulo neq; detestabilioꝝ magister effectꝰ. Nā cū huiuscemodi elatione cordis in pernitiosissimū reprobum noxiūq; corruerit: & nec verus monachus nec secularis effectus sit: quod est deterius etiam perfectionem sibi ex hoc ipso miserabili statu & conuersatione promittit.

¶ Quomodo superbiam vincere vel ad perfectionē peruenire possimus. Capitulum. xxxi.

Quamobrē si edificij nostri fastigia perfecta volumus ac placentia deo consurgere: fundamenta eius non secundum nostre libidinis voluntatem: sed secundum districtionis euangelice disciplinam iacere festinemus: que alia esse non possunt ꝙ timor dei atq; humilitas que de mansuetudine & cordis simplicitate descendit. Humilitas vero nullatenus poterit absq; nuditate conquiri. Qua peregrinante: nec obedientie bonū: nec patiētie robur: nec mansuetudinis tranquillitas: nec consummatio charitatis vllatenus poterit apprehēdi: sine quibus cor nr̄m habitaculū spūsancti penitus esse non poterit: ita pronunciāte dño per prophetā. Sup quem requiescit spiritus meus: nisi super humilē & quietū & trementez verba mea? Sine secundū exemplaria que hebraicā exprimūt veritatē. Ad quē respiciā nisi ad pauperculū & cōtritū spiritu & tremētē ꝙba mea:

Esa. lxvi.

¶ Quō depopulatrix oim virtutū superbia p̄ verā hu

militatem possit extingui. Capitulū.xxxij.

Quapropter athleta christi qui spiritalez agonē legitime
q certans a domino desiderat coronari: hāc quoq; fero-
cissimam bestiā vt victoriosissimā cuncta virtutū omnimo
dis festinet extinguere: certus q hac in sno pectore cōmorāte:
non solum omnigenis vitijs carere nō possit: verumetiā si quid
virtutis habere videatur huius veneno depereat. Nullo enim
modo poterit in anima nostra virtutū structura cōsurgere: nisi
prius iacta fuerint vere humilitatis in nostro corde fundamen
ta: que firmissime collocata perfectionis t charitatis culmē va
leant sustinere: ita scilicet vt quemadmodum ditimus primum
fratribus nostris humilitatem veram intimo cordis exhibeas
mus affectu: in nullo scilicet acquiescentes eos contristare vel
ledere. Quod nullatenus poterimus implere: nisi abrenuncia-
tio vera que in expoliatione omniū facultatum ac nuditate cō-
fistit: in nobis fuerit christi amore fundata: deinde obedientie iu
gum t subiectio simplici corde ac fine vlla fuerit simulatione su
scepta: ita vt preter abbatis mandatum nulla penitus voluntas
viuat in nobis. Quod nō aliter obseruari poterit: nisi quis non
solum se mortuum huic mundo: verumetiam insipientem indica
uerit ac stultum: vniuersa que sibi fuerint a senioribus impera
ta: sine vlla discussione perficiens: sacrosancta ea credens ac di
uinitus promulgata.

¶ Remedia aduersus morbū superbie. Cap.xxxiij.

In qua cōsistentibus qualitate procul dubio stat ille hu
i militatis vere trāquillus atq; immobilis subsequetur
vt nosmetipsos inferiores omnibus iudicantes: vniuer
sa que nobis fuerint irrogata: tametsi iniuriosa sint: tāq; a supe
rioribus nostris illata: patientissime toleremus. Que quidem
a nobis non solum facillime tolerabuntur: verumetiam parua
iudicabuntur ac nulla: si mente iugiter recolamus vel domini
nostri vel sanctorum omniū passiones: considerantes tanto le
uioribus nos iniurijs attemptari: quāto longius a meritis eo
rum t conuersatione distamus: pariter etiam cogitantes in bre
ui nos de hoc seculo migraturos: eorumq; nos celeri vite huius
fine mox futuros esse consortes. Peremptoria nanq; est hec cō
templatio: non solum superbie: verumetiam generaliter omniū
vitiorum. Deinde post hec hanc eandem humilitatem erga deū
firmissime retentemus. Quod a nobis ita complebitur: vt nis
bil nosmetipsos absq; illius opitulatione vel gratia qō ad vir
tutum consummationē petimus: posse perficere cognoscamus:
sed t hoc ipsum quod intelligere meruimus: eius esse muneris:
in veritate credamus.

¶ Explicit de spiritu superbie liber duodecimus.

¶ Facundissimi Johannis Eremite qui Cassianus dicitur: in decem collationes patrum in scythica eremo commorantium: ad Leontium episcopū ⁊ fratrē Helladium: Prefatio feliciter incipit.



DEbitum quod beatissimo pape castori in eorum voluminū prefatione promissū est: que de institutis cenobiorū ⁊ octo principaliū vitiorū remedijs: duodecim libellis dño adiuuante digesta sunt: in quo tenuitas nostri suffecit ingenij vtcūq; sarcitū est. Uiderim sane: quid sup hoc vel illi⁹ vel nostri fuerit examinis equitate perpensum vtrū in rebus tā profundis tāq; sublimibus: ⁊ q̄ in vsum stili: vt arbitror: antea nō venerūt: dignū aliquid cognitioni vestre: omniūq; sanctorū fratrū desiderio prompserimus. Nūc aūt quia derelinquēs nos pontifex supradictus: migrauit ad xp̄m: has interim decē Collationes summorū patrū: id est anachoretarū: qui in eremo scythie morabant: quas ille incōparabili flagrās studio sanctitatis: simili sibi iusserat sermone cōscribi: nō ꝑpendens pre multitudine charitatis: quāto infirmas ceruices pondere pregrauaret: vobis potissimū o beatissime papa Leonti ⁊ sancte frater Helladi credidi cōsecrādas. Alter siquidē vestrum memorato viro ⁊ germanitatis affectu: ⁊ sacerdotij dignitate: ⁊ qđ his maius est sancti studij feruore cōiunctus: hereditario fraternū debitū iure deposcit. Alter anachoretarū instituta sublimia: nō vt quidā propria aggressus est presumptione sectari: sed legitimū doctrine tramitē: sancto spū suggerēte. pene anteq̄ disceret app̄hēdēs: nō tā suis adinuētionib⁹: q̄ illorū traditionibus maluit erudiri. In quibus mihi nūc in portu silentij cōstituto immensum pelagus apit: vt scz de instituto atq; doctrina tantorū virorū: quedā tradere audeā memorie litterarū. Tāto enī profundioris nauigationis periculis fragilis ingenij cymba iactāda est: quātū a cenobijs anachoresis: ⁊ ab actuali vita que in cōgregationib⁹ exercet cōtēplatio dei: cui illi inestimabiles viri semp intēti sunt: maior atq; sublimior est. Uestrum igitur est conat⁹ nr̄os pijs orationibus adiuuare. ne aut tā sancta materia imperito quidem sed fideli sermone promēda periclitetur in nobis: aut rursus eiusdē materie abyssis obruat nostra rusticitas. Proinde ab exteriore ac visibili monachorū cultu: quez prioribus digessimus libris: ad inuisibilē interioris hominis habitū trāseamus: ⁊ de canonicarū or̄onū mō: ad illius qua apostolus p̄cipit or̄onis ꝑpetue iugitatē ascēdat eloquiū: vt q̄squis iā supioris opis lectionē Jacob illi⁹ nomē intelligibilis carnaliū vitiorū supplātatione ꝓmeruit. Nūc ēt non tā mea q̄ patrū instituta suscipiēs: diuine iā puritatis intuitu ad meritū ⁊ vt

ta dixerim dignitatē) trāsiēs israelis: quid in hoc quoq; pfectionis culmine debeat obseruare silr instruat. Obtineāt itaq; orones vre ab eo q̄ dignos nos: vel visu eoꝝ: vel discipulatu: vl cōsortio iudicauit: vt nobis earūdē traditionū memoriā plenā: ⁊ sermonē ad dicēdū facilē conferre dignet: quo tā sancte eas tāq; integre q̄ ab ipsis accepimus explicātes: ipsos quodāmō suis institutis incorporatos: ⁊ qd̄ est maius latino disputantes eloquio vobis exhibere possum⁹. Hoc sane volum⁹ ante oīa tā haꝝ collationū q̄ superioꝝ voluminū p̄monitū esse lectorē: vt si qua forte in his ꝓ status sui ⁊ propositi qualitate: siue pro vsu ⁊ cōuersatione cōmuni: vel impossibilia putauerit esse: vel dura: nō ea ꝟm sue facultatis modulū: sed ꝟm dignitatē ⁊ pfectionem loquentiū metiat: quoꝝ prius studiū atq; ꝓpositū mēte cōcipiat: quo vere mortui huic cōuersationi mūdane: nullis affectionib⁹ parentū carnaliū: nullis actuū secularium nexib⁹ obligant. Deinde locoꝝ q̄ in quibus cōmorant: cōsiderēt qualitatē: q̄ in solitudine vastissima cōstituti atq; ab vniuersoꝝ mortaliū cōsortio separati: ⁊ per hoc illuminationē sensuū possidētes: cōtēplant vl proloquunt ea q̄ inexpertis atq; ineruditis ꝓ cōditione ⁊ mediocritate consuetudinis sue impossibilia forsitan videbuntur. De quibus tñ si quis voluerit verā proferre sententiā: ⁊ vtrū impleri queant: desiderat experiri: festinet prius eorum propositū simili studio ⁊ conuersatione suscipere: ⁊ tunc demū ea q̄ supra facultatem hominis videbantur: non solum possibilia: verum etiam suauissima deprehendit. Sed nunc iam ad collationes eorum ⁊ instituta properemus.

¶ Explicit prefatio.

¶ Incipit annotatio capitulorum collationis prime Abbatis Moysi.

Ca. j. De habitatione scythi ⁊ proposito Abbatis Moysi.
ij De interrogatione Abbatis Moysi querentis qui monacho scopos vel quis sit finis.
iij De responsione nostra.
iiij De interrogatione Moysi sup propositione predicta.
v De comparatione eius qui destinata ferire contendat.
vj De his qui abrenunciantes mundo: ad perfectionem sine charitate contendunt.
vij De appetenda tranquillitate cordis.
viij De principali conatu erga diuinarum rerum contemplationem ⁊ similitudinem Marie ⁊ Marthe.
ix Interrogatio quomodo efficientia virtutum non cum homine perseueret.
x Responsio q̄ non sit earum merces sed actio cessatura.
xi De charitatis perpetuitate.

Annotatio capitulorum.

xij Interrogatio de ꝑseuerantia spiritalis theorie.
xiij Responsio de directione cordis in deū: ⁊ de regno dei: ⁊ de regno diaboli.
xiiij De anime perpetuitate.
xv De cōtemplando deo.
xvj Interrogatio de cogitationū mobilitate.
xvij Responsio quid possit mens super cogitationū statuq̄d ve non possit.
xviij Comparatio aquarie mole ⁊ anime.
xix De tribus cogitationū nostrarū principijs.
xx De discernēdis cogitationibus ad similitudinē probabilis trapezite.
xxj De illusione abbatis Joannis.
xxij De quadripertita discretionis ratione.
xxiij De sermone doctoris ꝑm audientium meritum.

¶ Explicit annotatio capitulorum.

¶ Incipit collatio Abbatis Moysi prima de monachi destinatione ⁊ fine.

¶ De habitatione scythie ⁊ proposito abbatis moysi. Capitulum. j.

Cum in eremo scythie vbi monachoꝝ probatissimi patres: et omnis cōmorabat ꝑfectio: abbatē moysen q̄ vehemētius inter illos egregios flores nō solū in actuali: verūetiā theorica virtute flagrabat: institutionē eius fundari cupiens expetissem: vna cum sancto germano: cū quo mihi ab ipso tyrocinio ac rudimentis militie spiritalis ita indiuiduū deinceps contuberbiū: tā in cenobio q̄ in eremo fuit vt cūcti ad significādā sodalitatis ac ꝓpositi sensusq̄ nostri parilitatē ꝓnūciarēt: vnā mentē atq̄ animā duobus inesse corporibus: pariterq̄ ab eodē abbate edificationis sermonē fusis lachrymis ambiremus. Quippe cuius hūc animi rigorē manifestissime noueramus: vt nisi fideliter desiderantibus: ⁊ cū omni cordis contritione querentibus: nequaq̄ penitus acquiescere ꝑfectionis aperire doctrinam: ne scilicet si passim vel nolentibus eam vel tepide sitientibus exhiberet: res necessarias ⁊ que solis perfectionem cupientibus debent esse comperte: indignis ⁊ fastidiose suscipientibus pandēs: aut iactantie vitium: aut proditionis crimē videretur incurrere: tandem fatigatus precibus nostris: ita exorsus est.

¶ De interrogatione abbatis Moysi querētis qui monacho scopos: vel quis sit finis. Capitulum. ij.

Scopum omes but artes

Omnes inquit artes ac disciplinę scopon quędā: id est
o destinationē: t telos hoc est: finē ppriū habere noscun-
tur: ad quē respicies vniuscuiusq; artis industriꝰ appe
titor: cūctos labores t pericula dispēdia q; vniuersa equanimi
ter gratanterq; sustentat. Nā t agricola flagrātes radios solis:
pruinas quoq; t glaciē nō declinās: terrā infatigatus exercet:
t indomitas agri glebas frequēti vomere subigit: dū scopon ter
nat: vt eā cūctis sentibꝰ expurgatā: vniuersisq; graminibꝰ ab
solutā in modū solubilis arene fauillecq; cōminuat: finē: id est p
ceptionē copiosarū frugū: t exuberantiā segetū nō alꝰ adeptu
rū se nisi hac opis ac sudoris sui rōne cōfidēs: quo vel ipse deus
ceps vitā securus exigere: vel suā posit amplificare substātiā.
R eferta etiā frugibꝰ horrea libenter exhaurit: easq; sulcis agri
cōmēdat instāter: psentē diminutionē futurarū messiū contēpla
tione nō sentiēs. Illi etiā q negociationū solēt exercere cōmertia
nō incertos pelagi timent casus: nō vitā discrimina phorrescūt
dū ad finē questus spe ppositā pvocant. Necnō etiā hi q milī
tie mūdialis ambitiōe inflāmant: dū prospiciunt bonorum ac
potestatū finē: pegrinationū erūpna ac pericula nō sentiūt: nec pre
sentibus erūnis bellisq; frangunt: dum ppositū sibi dignitatis
finē cupiūt obtinere. Habet ergo nostra pfessio scopon ppriū
ac finē suū: p quo labores cunctos nō solū infatigabiliter: verū
etiā gratāter impedimus: ob quē nos seiunctoꝝ inedia nō fati
gat: vigiliaꝝ lassitudo delectat: lectio ac meditatio scripturarum
cōtinuata nō satiat: labor etiā incessabilis: nuditasq; t oim rerū
puatio iocūdissime sustinet: nec horor huius vastissime solitu
dinis formidatur. Ob quē vosipsi pculdubio parentum sꝑcupi
scitis affectū: t patriū solū ac delicias müdi tot pterritis regio
nibus despexistis: vt ad nos homines rusticos t idiotas in hoc
eremi squaloze degētes puenire possetis. Propter qō rūdete in
quit mihi q sit destinatio vestra vel finis: qui ad hec omnia libē
issime sustinēda vos pvocat.

Silentium agricole

Negociatorū studia.

De responsione nostra. Capitulum.iij.

T cum persisteret nostrā elicere super inchoata disputa
e tatione sententiam: respondimus. Regni celorum can
sa hec cuncta tolerari.

De interrogatione Moysi sup propositione prędicta. Capitulum.iiij.

D qō ille. Bñ inquit t argute de fine distinctis: ḋuero de
a beat scopos noster esse: id est destinatio: cui ingiter in
berētes finē valeam⁹ attingere: pre oibus nosse debe
tis. Et cū ignozatione cōfessi simpliciter fuissemus: ait. In omni vt dixi arte ac disciplina pcedit quidam scopos: id est anime
destinatio: sine incessabilis mentis intentio: quā nisi quis om-

ni studio perseuerantiaq; seruauerit: nec ad finē desiderati fructus poterit ꝑuenire. Nā vt dixi agricola finē habens: secure copioseq; viuēdi in ꝓuentu segetū fecundarū: scopon: id est destinationē gerit: agrum suum sentibus cūctis absoluere: eūq; vniuersis infructuosis vacuare graminibus: nec aliter se quieti finis opulentiā adepturū esse cōfidit: nisi id qđ vsu obtinere desiderat: quadā prius operis ac spei sue ratione possideat. Negociator quoq; illud vel istud mercādi desideriū nō deponit: ꝑ qđ possit questuosius diuitias cōgregare: qꝛ frustra cōcupisceret lucrum: nisi viam qua ad id tenderet elegisset. Et q̄ certis quibusq; dignitatibus mūdi huius cupiūt honorari: cui se officio vel ordini debeant mancipare: ante proponunt: vt per legitimum spei tramitem: finem quoq; valeant desiderate dignitatis attingere. Itaq; ⁊ vie nostre finis quidem est regnum dei: que vero sit scopos debet diligenter inquiri. Qui si nobis similiter cōpertus nō fuerit: frustra nitendo fatigabimur: qꝛ sine via tendentibus labor est itineris nō ꝓfectus. Ad qđ obstupescentibus nobis: senex intulit. Finis quidē nostre ꝓfessionis vt diximus regnū dei seu regnū celorū est. Destinatio vero nr̄a: id est scopos: puritas est cordis sine q̄ ad illū fine impossibile est quēpiā ꝑuenire. In hac eñ destinatione defigentes nr̄e destinatiōis obtutus velut ad certā lineā: cursum rectissimū dirigimus. At si paululū q̄d ab hac cogitatio nr̄a deflexerit ad cōtēplationē eius ilico recurrētes: rursus eā velut quadā norma certissima corrigam⁹: q̄ sem ꝑ oēs conatus nostros ad vnū hoc reuocans signū: arguet statim si a ꝓposita directione mens nostra vel paululū deuiarit.

De cōparatiōe ei⁹ q̄ destinata ferire cōtēdat. C. v.

Quēadmodū quibus vsus est bellica tela tractādi: cum ante regē mūdi huius artis sue cupiūt peritiā demonstrare in paruissima quadā scutula: q̄ figurata in se continet p̄mia: iacula sua: vel sagittas intorquere cōtendūt: certi q̄ nō alias: nisi destinationis sue linea ad finez possint desiderati premij ꝑuenire: securi de illo si mō propositū scopon valuerint obtinere. Qui si forte ab eorū fuerit subtractus intuitu: nec indeclinabiliter ei sagacissimoꝝ obtutuū ꝑuicacia inheserint: quantū libet recto tramite cassa imperitorū deerret intētio: excidisse se tñ a contēplatione nō sentient: ⁊ cū sibi efficacissimis telorum emissionib⁹ videant̄ inniti: frustrato inertie labore fallunt̄: qꝛ illū subtilissimū destinationis limitē ꝑsequi oculis ac mēte nonnorūt: ⁊ cū inutiles in aera vacuosq; iactus effuderint: in quo peccauerint q̄ ve decepti sint dijudicare nō p̄nt: q̄ppe q̄s nulla mēsura ꝓposita arguit: quantū a directiōe discesserint: nec quo deinceps corrigere vel reuocare debeant: lineā discipline docere potest passiu⁹ obtutus. Ita igitur ⁊ nostri propositi finis quidem: s̄m apostolum: vita eterna est: ita eodem pronunciante.

Habētes quidē fructū vestrū in sanctificatione: finem vero vitā eternā. Scopos vero est puritas cordis. Quā sanctificationē nō immerito nūcupauit: sine qua ꝓfectus finis nō poterit apprehēdi. Ac si diceret alijs verbis. Habētes quidē scopon vestrū in cordis puritate: finē vero vitā eternā. De qua destinatione docens nos idē beatus apls: ipsam nomē: id est scopon significāter exprimēs ita intulit. Que posteriora sunt obliuiscēs ad ea vero que priora sunt extendens me ad destinatum persequor brauū superne vocationis dñi. Nō enidētius in greco ponitur kata skopon eoko: id est sm destinationem persequor. Tanc̄ si diceret. Hac destinatione qua illa que posteriora sunt obliuioni trāsmitto. i. anteriorīs hominis victa: ad finē brauū celestis pruenire cōtendo. Quicq̄d ergo nos ad hāc scopon. i. puritatem cordis potest dirigere: tota virtute tractandum est: quicquid autem ab hac retrahit: vt perniciosum ac noxium deuitandum. Ꝓ hac enim vniuersa toleramus ⁊ agimus. Ꝓ hac parentes ⁊ patria: dignitates: diuitie: delitie mundi huius: ⁊ voluptas vniuersa contemnitur: vt scilicet puritas cordis perpetuo valeat possideri hac itaq̄ nobis destinatiōe ꝓpositā: semper actus nostri ⁊ cogitationes ad eam obtinendam rectissime dirigent. Que si p̄ occultis nr̄is ingiter statuta nō fuerit nō solū cunctos labores nostros: varios pariter atq̄ instabiles reddens incassum eos ac fineyllo emolumento faciet effundi: sed etiam cogitationes omnes diuersas sibiq̄ contrarias suscitabit. Necesse est enim mentem quo recurrat cuiue principaliter inhereat non habentem per singulas horas atq̄ momenta ꝓ incursuum varietate mutari: atq̄ ex his que extrinsecus accidunt in illum statum continuo transformari: qui sibi primus occurrerit.

Rom. 6.

Phili. 3.

κατα σκοπον αἰωχω

¶ De his qui abrenunciantes mundo ad perfectionem sine charitate contendunt. Capitulum. vj.

b Ic nāq̄ est: q̄ nonnullos mundi huius maximas facultates ⁊ non solum multa auri atq̄ argenti talenta: verūetiā preciosi magnificentiā cōtemnentes: post hec vidimus ꝓ scalpello: ꝓ graphio: ꝓ actu: ꝓ calamo commoueri. Qui si contemplationem cordis mundi firam tenerent: nunq̄ vtiq̄ ꝓ paruis rebus admitterent quod ne ꝓ magnis ac preciosis incurrerent: nam ⁊ plerumq̄ nonnulli tanto zelo codicem seruant: vt eum ne leuiter legi quidem vel contingi ab aliquo patiantur: ⁊ inde furoris occasiones: ⁊ impatientie ac mortis incurrant: vnde monentur stipendia patientie ⁊ charitatis acquirere. Cumq̄ omnes diuitias suas p̄ christi amore disperserint: pusillum tamen cordis affectum in rebus parvis ac minimis retentātes: ⁊ ꝓ ipsis nonnunq̄ modiliter trascentes: veluti qui non habeant apostolicam charis

tatem ex omnibus infructuosi sterilesq; reddunt. Quod in spiritu beatus apostolus p̄uidēs: ⁊ si distribuero inquit in cibos pauperum omnes facultates meas: ⁊ tradidero corpus meum vt ardeam. charitatem aūt non habeaz: nihil mihi prodest. Unde liquido comprobatur perfectionem non statim nuditate nec priuatione omnium facultatum seu dignitatum abiectione comprehendi: nisi fuerit charitas illa cuius aplus membra describit in veritate possessa: que in sola cordis puritate consistit. Nam quid est aliud non emulari non inflari: non irritari: non agere perperam: non quirere. que sua sunt: nisi proprias ad modum res summa equitate contemnere: ⁊ ab auferente non quērere: non super iniquetate gaudere: non cogitare malum: ⁊ reliqua nisi cor perfectum ac mundissimum deo semper offerre ac vacuum illud a cunctis perturbationibus custodire.

charitas perfectio est chrīam

¶ De appetenda tranquillitate cordis. Capitu. vij.

Omnia igitur huius gratia gerenda appetendaq; sunt nobis: pro hac solitudo sectāda est: pro hac ieiunia: vigilias: labores: corporis nuditatem: lectionem: ceterasq; virtutes debere nos suscipere nouerimus: vt scilicet per illas ab vniuersis passionibus noxijs illesuz parare cor nostrū ⁊ conseruare possimus: ⁊ ad perfectionem charitatis istis gradibus innitendo conscendere: ⁊ non propter has obseruantias si forte honesta ac necessaria occupatione preuenti solennitatē inite consuetudinis non potuerimus implere: incidamus in tristitiam vel iram: siue indignationem ob que expugnanda illud quod pretermissum est fueramus acturi: non enim tantum est lucrum ieiunij: quantum ire dispendium: nec tantus lectione capitur fructus: q̄tum cotemptu fratris incurritur detrimētum. Ea igit̄ que sequentia sunt: id est ieiunia: vigilie: anachoresis: meditatio scripturarū: ꝓpter principalē scopō idest puritatem cordis: quod est charitas nos conuenit exercere: ⁊ non propter illa principalem hanc perturbare virtutem: qua in nobis integra illibataq; durāte nihil oberit si aliquid eorum que sequentia sunt pro necessitate fuerit pretermissum. Siquidem nec proderit vniuersa fecisse: adempta hac quam diximus principali causa cuius obtentu sunt omnia perpetranda. Ob hoc enim quis vtensilia cuiuslibet artis instituere sibimet ac preparare festinat: non vt ea possideat ociose: nec vt emolumenti illius fructum qui sperat̄ ex ipsis in nuda instrumentorum possessione constituat: sed vt eorum ministerio peritiam finemq; illius discipline cuius hec adiumenta sunt efficaciter apprehendat. Igitur ieiunia: vigilie: meditatio scripturarum: nuditas ac priuatio omnium facultatum: non perfectio: sed perfectionis instrumenta sunt: quia non in ipsis consistit discipline illius finis: sed ꝑ illa peruenit̄ ad finē. Incassum igitur hec exerci

xterna exerci a q̄re suscipienda

da molietur quisq; bis velut summo bono cōtentus: intentionē sui cordis huiusq; affixerit: ꝛ non ad capiendū finem ꝓpter quē hec appetēda sunt: omni conatu semet extēderit: habens q̄dem discipline illius instrumenta: finem vero in quo ois collocatus est fructus ignorat. Quicq̄d igit̄ potest istā mentis nostre puritatē tranquillitatemq; turbare: q̄uis vtile ac necessariū videatur vt noxiū deuitandū est. Hec enim norma et errorū pnagationūq; oim dispositiones poterimus euadere: ꝛ desideratū finē linea certe directionis attingere.

¶ De principali conatu erga diuinarū rerū cōtemplationē: ꝛ similitudinē Marie ꝛ marthe. Capi. viij.

Ic ergo nobis principalis debet esse conatus: hec immobilis destinatio cordis ingiter affectāda est ꝛ tenēda vt diuinis rebus ac deo mēs semper inhereat: quicquid ab hac diuersum est q̄uis magnum sim tū aut etiam infimum seu certe noxiū indicandum est. Huius mentis vel actus figura etiam in euangelio per martham ꝛ mariam pulcherrime designat. Cum enim martha sctō vtiliq; ministerio deseruiret: vt pote que ipsi domino eiusq; discipulis ministrabat ꝛ maria spiritali tantūmodo intenta doctrine iesu pedib⁹ inhereret: quos osculans bone confessionis liniebat vnguento: preseruat tamē a domino q̄ et meliorem elegerit partem: ꝛ eam que ab ea non posset auferri: nam cū laboraret martha pia sollicitudine ac dispēsatiōe distēta: solā se videns ad tātū ministeriū nō posse sufficere adiutoriū sororis a dño postulabat di. nō est tibi cure q̄ soror mea reliquit me solā ministrare. Dic ergo illi vt me adiuuet Utiq; non ad vile opus sed ad laudabile eam ministerium prouocabat. Et tamen q̄d audita dominō. Martha martha solicita es: ꝛ turbaris erga plurima. Paucis vero opus est aut etiā vno. Maria bonam partem elegit que non auferetur ab ea: Videtis ergo principale bonum in theoria sola id est in contemplatione diuina dominum posuisse. Unde ceteras virtutes licet necessarias ꝛ vtiles bonaq; promūctem⁹: sc̄ō tamen gradu censendas esse decernimus: quia vniuerse huius vnius patrantur obtentu. Dicens enim dominus solicita es: ꝛ turbaris circa plurima: paucis vero opus est: aut etiam vno summum bonum non in actuali q̄uis laudabili opere: ꝛ multis fructibus abundāti: sz in diuina contemplatione que vere simplex ꝛ vna est: collocauit: paucis opus esse pficiens ad perfectam beatitudinez i. illā theoriam que prius in pauc⁹ rum seruatur cōsideratione sanctorum a quorum contemplatione conscendens is qui adhuc in profectu positus est: ad illud quoq; quod dicitur vnum id est dei solius intuitum: ipso adiuuante perueniet scilicet etiā sanctorum actus ac ministeria mirifica super gressus solius dei iam pulchritudine sciētia q̄ pascatur. Maria ergo bonam p

tem elegit, que non auferetur ab ea. Et hoc diligentius intuendū est: nam cum dicit maria bonam partem elegit licet taceat de martha: ⁊ nequaq̄ eam vituperare videatur: illam tamen laudans hanc inferiorem pronunciat. Rursum cum dicit: q̄ nō aufertur ab ea: ostendit ꝙ ab hac sua portio possit auferri: nec eñ ministerium corporale cum homine poterit iugiter permanere Illius vero studium nullo vlteriore eno docet posse finiri.

¶ Interrogatio quomodo efficientia virtutum non cum homine perseueret. Capitulum.ix.

Germanus. Ad quod nos valde permoti: quid ergo diximus labor ieiuniorum: lectionis instantia: opera misericordie: iusticie: pietatis ⁊ humilitatis auferētur a nobis: ⁊ non permanebunt cum auctoribus suis: presertim cum ipse dominus retributionem regni celorum ob hoc promittat se talibus redituruz dicens. Uenite benedicti pa. m. possi. re. vo. paratum a constitutione mundi. Esuriui enim ⁊ dedistis mihi mandu. sitiui ⁊ de. mihi bi. ⁊c. quo ergo auferentur hec que introducūt factores suos in regno celorum.

¶ Responsio ꝙ non sit earum merces sed actio cessatura. Capitulum.x.

Moyses: nec ego dixi mercedē boni opis auferendam: dicente eodez domino qui potum dederit vni ex minimis istis calicem aque frigide tātū in nomine discipuli amē dico vobis non perdet mercedem suam: sed actionem dico quā fieri vel necessitas corporalis vel impugnatio carnis: seu mundi huius inequalitas exigit auferendam. Nam lectionis instātia vel ieiuniorum afflictio ad emundationem cordis ⁊ castigationem carnis que si elata fuerit escarum nimietate: seu mētis incuria: cōfestim luxurie atq̄ libidinis aculeis puritatem cordis infestat: in presenti tantummodo vtiliter exercentur: donec caro concupiscit aduersus spiritum: que nonnunq̄ ab his qui labore nimio seu egritudine corporis, seniove defessi sunt etiaz in presenti videmus, auferri nec ab homine posse iugiter exerceri: quantomagis ergo hec in futuro cessabunt: cum corruptibile hoc induerit incorruptionem: corpusq̄ istud quod nūc animale est surrexerit spiritale: ⁊ ceperit caro non esse iā talis: vt aduersus spiritum concupiscat: de quibus etiam beatus apostolus manifeste pronunciat corporalis inquiens exercitatio ad modicum vtilis est: pietas autem que sine dubio charitas intelligitur ad omnia vtilis est promissionem habens vite que nūc est ⁊ future. Que ergo dicitur ad modicum esse vtilis: manifeste ꝓnunciatur nec ꝑ omne tempus exerceri posse nec summam perfectionis per se solam laboranti conferre. Modicum quippe ad vtrumq̄ referri potest id est vel ad breuitatem temporis: ꝙ sci

licet homini tam in presenti q̄m in futuro exercitatio corporalis
coeterna esse nō possit vel certe ad parvitatem vtilitatis: q̄ de car
nali exercitatione conquirit: eo q̄ afflictio corporalis initia q̄dā
perfectus: non ipsam perfectionem charitatis pariat: q̄ promissionē
habet vite presentis ꝛ future. Et idcirco eam exercitationem
operū predictorum necessariā esse testemnor: qz sine ipsa ad cha
ritatis fastigia nō possit ascendi. Hec et que dicitis opera picta
tis ac misericordie necessaria sunt in hoc tempore: où adhuc in
equalis diversitas dominat: quoz ne dic q̄dē expeterek opatio:
nisi inopū: indigentiū: infirmoz q̄ pars maxima redūderet: q̄
iniquitate boium facta est: eorum scilicet qui ea q̄ oibus a cō
muni creatore cōcessa sunt in suos vsꝰ occupatavsus: nec vsꝰ vi
da aliis tenuerunt. Donec ergo in hoc mundo inequalitas ista
crassatur: erit hec actio necessaria ꝛ vtilis exercentibus eam re
stituens quidem bono affectui ꝛ pie voluntati retributionē he
reditatis eterne: ipsa vero in futuro seculo paritate regnante
cessabit: cum iam non fuerit inequalitas propter quaz debeant
hec exerceri: sed cūcti ab hac multiplici id est actuali operatio
ne ad charitatem dei ꝛ diuinarum rerum contemplationem p
petua corditis puritate transibunt cui se bi quib⁹ cura est vel scie
tie vel mentis emundationi insistere: iam in hoc seculo con
stituti elegerunt omni conatu ac viribus mancipare illi scilicet
semetipsos officio adhuc in carne corruptionis positi deputā
tes in quo erunt corruptione depositā permansuri: peruenien
tes ad illam promissionem dei salvatoris: qua dicitur. Beati
mundo corde quoniam ipsi deum videbunt.

De charitatis perpetuitate.

Capitulum.xj.

Et quid miramini: si illa officia superius comprehen
e sa transibunt: cum sanctus apostolus etiam sublimio
ra spiritussancti charismata transitura describat solam
vero charitatem designet sine fine mansuram: sine inquiens pro
phetie evacuabūtur: sine lingue cessabunt: sine scientia destrue
tur. Et post hec infert: charitas autem nunq̄ excidet. Omnia
nanq̄ dona pro vsu ac necessitate tribuuntur ad tempus con
summata dispensatione mox procul dubio transitura: charis
tas vero nullo intercipietur tempore: non solum enim in pre
senti mundo vtiliter operatur in nobis: sed etiam in futuro sar
cina corporee necessitatis abiecta: efficacior multo atq̄ ex
cellentior permanebit: nullo vnq̄ corrumpenda defectu sed per
incorruptionem perpetuam flagrantius deo atq̄ intentius ad
herentura.

Interrogatio de perseverantia spiritalis theorie.

Capitulum.xij.

Germanus. Quis ergo potest fragili carne circundatus ita esse huic theorie semper affixus: vt nunq̄ cogitet de fratris aduentu: de visitatione infirmi vel opere manuuz: vel certe de humanitate que debeat vel peregrinis vel aduenientibus exhiberi. Postremo quis non interpellatur corporis ipsius prouisione vel cura: aut quemadmodum mens vel in quo illi inuisibili ⁊ incomprehensibili deo valeat coherere cupimus edoceri.

¶ Responsio de directione cordis in deuz ⁊ de regno dei: ⁊ diaboli. Capitulum .xiij.

Moyses. Inherere quidem deo iugiter contemplatione eius quemadmodum dicitis inseparabiliter copulari. impossibile est homini ista carnis fragilitate circundato. Verū oportet nos scire vbi mētis nostre intentionem debeamus habere defixā: ⁊ ad quā destinationē semper anime nr̄e reuocemus intuitū: quam cū potuerit obtinere mens gaudeat: ⁊ aqua distracta in se doleat atq̄ suspiret: totiēsq̄ se a summo bono sentiat recessisse: quotiēs se ab illo intuitu deprehenderit separatā fornicationē iudicans vel momentaneum a christi contemplatione discessum a quo cum deuiauerit paululū noster obtutus: rursus ad eū cordis oculos retorquētes: velut rectissima linea mentis aciem reuocemus. Toto nanq̄ in anime consistit recessu. Unde expulso diabolo: ac nequaq̄ in ea iam regnantibus vicijs: consequenter regnū dei fundatur in nobis dicere euāgelista. Regnū dei non veniet cū obseruatione: neq̄ dicent. Ecce hic aut ecce illic est. Amen amen dico vobis: q̄ regnum dei intra vos est. Intra nos vero nihil aliud esse potest q̄ scientia aut ignoratio veritatis: ⁊ vel viciorū amicicia vel virtutū: per que aut diabolo aut xp̄o regnū paramus in corde. Cuius etiā regni qualitatē describit apostolus. d. nō. n. regnū dei est esca ⁊ potus sed iusticia ⁊ pax ⁊ gaudiū in ip̄ū sancto. Itaq̄ si regnū dei intra nos est: ⁊ ipsum regnū dei iustitia ⁊ pax ⁊ gaudiū est ergo qui in istis commorat̄ sine dubio in regno dei est. Et ecōtrario illi qui in iniustitia ⁊ discordia ⁊ tristitia mortē operāte versant̄: in regno diaboli: ⁊ in inferno ac morte sunt cōstituti. His enim indicijs vel dei vel diaboli regnum discernitur vel sanctorum. Et reuera si sublimi mentis intuitu consideremus statum illū in quo degunt celestes superneq̄ virtutes q̄ vere in regno dei sunt quid aliud esse credendū est q̄ perpetua iugisq̄ leticia. Quid. n. tam propriū vere beatitudini tāq̄ potest esse conueniens q̄ trāquillitas iugis ⁊ gaudiū sempiternū. Et vt hoc ip̄m quod dicimus ita esse nō mea coniectura: sed ipsius dn̄i auctoritate certius instruaris: audi eū qualitatem ⁊ statū mundi illius apertissime describentē. Ecce inquit ego creo celos nouos: ⁊ terrā nouam ⁊ nō erūt in memoria priora neq̄ ascendent super cor: sed gaude-

bitis ⁊ exultabitis vsq̃ in sempiternũ in his que ego creo. Et rursum. Gaudiũ ⁊ leticia inueniet̃ in ea gratiaꝝ actio ⁊ vox laudis: ⁊ erit mensis ex mense ⁊ sabbatum ex sabbato. Et iterum Gaudiũ ⁊ leticiam obtinebunt: fugiet dolor ⁊ genitus. Et si adhuc clarius de illa cõuersatione ⁊ ciuitate sanctorũ vultis agnoscere attendite que ad ipsam hierusalem voce domini dirigãtur Et ponam inquit visitationem tuam pacem: ⁊ prepositos tuos iustitiam: non audietur vltra iniquitas in terra tua: vastitas ⁊ cõtritio in terminis tuis: ⁊ occupabit salus muros tuos ⁊ portas tuas laudatio: non erit tibi amplius sol ad lucendum per diem nec splendor lune illuminabit te: sed erit tibi dominus in lucem sempiternam: ⁊ deus tuus in gloriam tuam: non occidet vltra sol tuus ⁊ luna tua non minuetur: sed erit tibi dominus in lucem sermpiternam: ⁊ complebuntur dies luctus tui. Et idcirco beatus apostolus non generaliter neq̃ simpliciter omne gaudium regnum dei esse pronunciauit: sed signanter ac specialiter illud solũ quod in spiritusancto est. Nouit enim aliud quoq̃ vituperabile gaudiũ: de quo dicitur. Mundus iste gaudebit: ⁊ ve vobis qui ridetis quia plorabitis. Regnum sane celorum tripliciter accipiendum est. Aut ꝙ regnaturi sunt celi id est sancti malis subditis. ꝟm illud. Esto tu super quinq̃ ciuitates: ⁊ tu super decem. Illud quoq̃ quod dicitur ad discipulos sedebitis super sedes. xij. iudicantes. xij. tribus israel. Vel certe ꝙ sancti in celis sint cuꝫ domino regnaturi: aut certe ꝙ ipsi celi incipiant a christo regnare cuꝫ scilicet omnibus ei subiectis ceperit esse omnia in omnibus deus.

De anime perpetuitate. Capitulũ. xiiij.

Quamobrem in hoc corpore constitutus iã nouerit vnusquisq̃ illius se religioni vel ministerio deputãdũ cuius in hac vita semetipsum participẽ cultoremq̃ prebuerit: illiusq̃ se etiam in illo perenni seculo consortem futurum esse non ambigat: cui nunc ministrũ se sociumq̃ maluerit exhibere: ꝟm sententiam domini ita dicentis. Si quis mihi ministrat me sequatur: ⁊ vbi sum ego: illic ⁊ minister meus erit. Nã ⁊ quẽ admodũ diaboli regnũ per conniuentiã suscipit̃ viciorum: ita regnum dei per exercitationem virtutuꝫ: puritate cordis ac spiritali scientia possidetur. Ubi autem regnum dei est: ibi proculdubio ⁊ vita commoratur eterna: ⁊ vbi regnum diaboli est: ibi mors atq̃ infernus esse cognoscitur: in quo qui fuerit: nec laudare dominum potest ꝟm prophete sententiam dicẽtis: nõ mortui laudabunt te: neq̃ omnes qui descendũt in infernũ: sine dubio peccati: sed nos qui viuimus non vicijs scilicet nec mundo huic sed deo benedicimus dominum ex hoc nunc ⁊ vsq̃ in seculum: nõ. n. est in morte qui memor est dei: in inferno aũt peccati quis confitebit̃ domino. i. nemo. Nullus. n. etiã si milies semet-

ipsum vel christianū esse profiteak vel monachū: cū peccat confi
tetur domino. Nullus admittēs ea que dominus execrat remi
niscit eius: nec fernū se profiteē illius cuius precepta cōtuma
ci temeritate cōtemnit. In qua morte illā viduam que est in deli
cijs beatus apostolus esse pnunciat: vidua inquiēs que in deli
cijs est viuēs mortua est. Sūt ergo multi qui viuētes in hoc cor
pore mortui sunt: t in inferno iacētes deū laudare nō possunt.
Et ecōtrario sunt qui cū mortui sint corpore: deū spiritu benedi
cunt atq; collaudāt fm illud. Benedicite spūs t anime iustorū
dominum: t omnis spiritus laudet dñm. Et in Apocalypsi ani
me occisorum nō solum laudare deū: sed etiā interpellare dicun
tur. In evangelio quoq; euidentius dominus ad saduceos: non
legistis inquit qđ dictū est a deo dicente vobis. Ego sum deus
abrahām: t deus ysaac: t deus iacob: nō est deus mortuorū sed
viuentiū. Omnes enim ei viuūt. De quibus t apostolus. Pro
pter qđ inquit non confundit deus vocari deus eorū. Parauit
enim illis ciuitatē: nā ꝙ nec octose sint post separationē huius
corporis: anime neq; nihil sentiāt etiā euāgelij parabola q̄ de il
lo paupere lazaro t diuite purpurato pferetur ostendit: quo
rum vnus beatissimām sedem in sinu abrahe requiem promere
tur: alius intolerabili ardore eterni ignis exuritur. Si autem t
illud quod dicitur ad latronē: hodie eris mecū in paradiso: vo
luerimus intendere: quid aliud manifeste designat q̄ perdura
re in animabus non solū pristinos intellectus: sed etiā vicissitu
dine eas cōgrua pro meritorū actuūq; suorum perfui qualitate.
Hoc enim illi nequaq̄ deus promisisset si eius animam noscet
post separationē carnis: vel primandā sensu vel in nihilū resol
uendā: nō enim caro eius in paradisum sed anima erat ingres
sura cum christo. Caueda sane immo toto horrore est detestan
da pranissima hereticorum illa distinctio: qui dum non credunt
christum potuisse eodem die quo in inferna descendit: etiam in
paradiso reperiri ita distinguunt. amen dico tibi hodie: t intere
posita distinctione inferunt mecum eris in paradiso: vt scilicet
hec promissio non statim post transitum vite eius impleta sed
post resurrectionis aduentum sit implenda: non intelligentes
illud quod ante resurrectionis sue diem protulit ad iudeos qui
cum vt semetipsos credebant angustijs humanis t carnali in
firmitate concludi. Nemo ascendit in celum nisi qui descendit
de celo: filius hominis qui est in celo. Quibus manifeste pro
batur animas defunctorum non solum suis sensibus nō prina
ri: sed ne istis quidem affectibus idfest spe atq; tristitia: gaudio
ac metu carere: t ex eis que sibi in illo generali examine reserna
tur quiddam eas iam incipere pregustare: nec fm opinionem
quorundam infidelium in nihilum eas resolui post huius com
morationis excessum: sed vinacius subsistere deq; laudibus in
gentius inherere. Et revera vt sequestratis paulisper testimo/

nijs scripturarū de ipsius anime natura ꝟm mediocritatē sensus nostri paucis aliqua disputem. Nonne vltra omnis ineptie non dicam fatuitatem sed insaniam est vel leuiter suspicari illā preciosiorē hominis portionē: in qua etiā imago dei ꝟm beatum apl'm ac similitudo consistit: deposita hac qua recondit in presenti sarcina corporali insensibilē fieri q̄ omnē rationē in se continēs etiam mutam atq; insensibilē materiā carnis participatione sui facit esse sensibilē: cum vtiq; consequens sit: ⁊ hoc rationis ipsius ordo contineat: vt exuta mēs ista carnali qua nūc hebetatur pinguedine: intellectuales virtutes suas in melius reparet ⁊ puriores eas ac subtiliores recipiat potius q̄ amittat Intantum autem hoc quod dicimus beatus apostolus verum esse cognoscit: vt etiam optet ab hac carne discedere: vt separatione eius enixius valeat domino copulari dicens: desiderium habeo dissolui: ⁊ cum christo esse multomagis: quoniam dum sumus in corpore peregrinamur a domino: ⁊ idcirco audemus ⁊ bonam voluntatem habemus magis peregrinari a corpore ⁊ presentes esse ad dominum: propter quod etiā contendimus siue absentes siue presentes placere illi: commorationem scilicet anime: q̄ in hac carne est peregrinationē a domino atq; absentiā a christo esse pronuncians. Et euidentius iterum super hoc ipso viuacissimo animarum statu idem apostolus. Sz accessistis inquit ad syon montem ⁊ ciuitatē dei viuentis hierusalē celestem: ⁊ ad multorum miliū angelorum frequentiam ⁊ ecclesiā primitiuorū: qui conscripti sunt in celis: ⁊ spūs iustorū ꝑfectoꝝ. De quibus spiritibus in alio loco: deinde patres inquit carnis nostre habuimus eruditores ⁊ reuerebamur: eos nō multomagis subijciemur patri spirituum ⁊ viuemus.

¶ De contemplando deum. Capitulum. xv.

Contemplatio vero dei multifarie concipitur. Nā deus non sola incomprehensibilis illius substantie sue admiratione cognoscitur: quod tamen adhuc in spe promissionis absconditum est: sed etiam creaturarum suarum magnitudine vel equitatis sue consideratione vel quotidiane dispensationis auxilio peruidetur: quando scilicet que cum sanctis suis per singulas generationes egerit mente purissima perlustramus: cum potentiam ipsius qua vniuersa gubernat moderat ac regit: cum immēsitatē scientie eius ⁊ oculum quē secreta cordium latere non possunt tremēti corde miramur: cum arenam maris: vndarum numerum dimensum ei cognitumq; pauidi cogitamus: cū pluuiarum guttas cum seculorum horas ac dies cū preteritat futurave vniuersa obstupescimus scientie eius assistere: cum ineffabilem clementiam eius consideramus, qua innumera flagitia que singulis momentis sub ipsius committuntur aspectu indefessa longanimitate sustentat: cum intue-

mur vocationem: qua nos nullis precedentibus meritis gratia sue miserationis asciuit: cum deniq; occasiones salutis tribuit adoptandis: cū quodam admirationis intuemur excessu: q ita nos nasci precepit: vt ab ipsis cunabul' gratia nobis legisq; sue noticia infunderetur: q ipse aduersarū vincens in nobis pro solo bone voluntatis assensu eterna beatitudine ac perpetuis nos premijs munerat: cum postremo dispensatione sue incarnationis pro nostra salute suscepit ac mirabilia mysteriorum suorum in cunctis gentibus dilatauit. Sunt autem alie quoq; huiusmodi contemplationes innumere: que pro qualitate vite ac puritate cordis nostris sensibus oriuntur: quib⁹ deus vel videt mūdis obtutibus vel tenetur. Quas profecto nullus perpetuo retentabit in quo adhuc aliquid carnalium viuit affectuum: quia non poteris aīt dominus videre faciem meam. Nō enim videbit me homo t viuet scilicet mundo huic affectibusq; terrenis deditus.

Interrogatio de cogitationum mobilitate. Capitulum.xvj.

g Ermanus. Quid ergo est qō etiā nolētibus immo vero etiā nescientibus nobis ita suppflue cogitationes subtiliter ac latenter irrepunt vt nō solum eas expellere: verū etiam intelligere ac deprehendere difficultatis non modice sit. Potest ergo mens aliquādo ab istis vacua reperiri: t nunq; huiusmodi illusionibus incursari.

Responsio quid possit mens super cogitationum statu quidve non possit. Capitulum.xvij.

m Oyses. Mentem quidem non interpellari cogitationibus impossibile est: suscipere vero eas siue respuere omni studenti possibile est. Quemadmodum igitur ortus earum non omodis pendet a nobis: ita reprobatio vel electio consistit in nobis: nec tamen ex eo q dixim⁹ impossibile esse mentem cogitationibus non adiri: totum vel incursui vel illis spiritibus tribuendum est: qui eas nobis nitūtur ingerere: alioquin nec liberum in homine maneret arbitriū: nec in nobis staret nostre correctionis industria. Sed est inq; nostrum magna ex parte vt cogitationum qualitas emendetur: t vel sancte ac spirituales oriantur in nobis: vel terrene carnalesq; decrescant. Ideo nanq; frequens lectio t; ingis adhibetur meditatio scripturarum vt exinde nobis spiritalis memorie prebeatur occasio. Idcirco decantatio crebra psalmorum: vt assidus nobis exinde subministretur compūctio. Idcirco vigiliarum ac ieiuniorum orationumq; assiduitas adhibetur: vt attenuata mens nō terrena sapere: sed celestia possit ac sublimia cōtēplari. Quib⁹ rursum negligēcia irrepēte cessantibus: necesse est vt mēs vicio

rum squalore concreta in carnalē partem corruat atq; declinet.

¶ Comparatio aquaris mole ⁊ anime. Cap̄.xviij.

Quod exerciciū cordis non incongrue molarum similitudini comparatur: quas meatus aquarum preceps impetu rotante prouoluit. Que nullatenus quidē cessare possunt ab opere disposito aquarum impulsib⁹ circunacte: in eius vero qui preest situm est potestate vtrum nam triticū malit an ordeū loleumve comminui. Illud nāq; est proculdubio commolendum quod ingestum ab illo fuerit: cui operis illius cura cōmissa est. Ita igitur etiam mens per vite presentis incursus vndiq; ingruētibus temptationum torrentibus: qui spiritalibus inflati nequicijs: indesinenter eā circūfluūt atq; circūstrepunt vacua quidē cogitationū estibus esse non poterit: quales vero vel admittere vel parare sibi debeat: studij ac diligentie sue prouidebit industria. Si enim vt diximus ad sanctarum scripturarum meditationem iugiter recurramus: ac memoriam nostrā ad recordationem spiritualium rerū ⁊ desiderium perfectionis spēq; future beatitudinis erigamus necesse est vt orte cogitationes exinde spiritales in his que meditati sumus mentē faciāt immorari. Sinvero desidia seu negligētia supati vicijs ⁊ ociosis confabulationibus occupemur seu curis mundanis ⁊ superfluis sollicitudinibus implicemur consequenter exinde velut quedam zizaniorum species generata: operationem quoq; nostro cordi noxiam ministrabit: ⁊ ꝑm sententiā domini saluatoris vbi fuerit thesaurus operum seu intentionis nostre: ibi ⁊ cor nostrum necessario permanebit.

¶ De tribus cogitationum nostrarum principijs. Capitulum.xix.

Illud sane pre omnibus nosce debemus tria cogitationum nostrarum esse principia. i. ex deo: ex diabolo: ⁊ ex nobis. Ex deo quidem sunt cum spiritussancti illustratione nos visitare dignatur: erigens nos ad sublimiorem profectum: ⁊ in quibus vel minus acquisiuimus: vel desidiose agētes superati sumus: saluberrima compunctione castigat: vel cū reserat nobis celestia sacramenta ⁊ propositum nostrū ad meliores actus voluntatemq; conuertit: vt ibi cum rex assuerus castigatus a domino libros annales instigat̄ inquirere: quibus mardochei beneficia recordatus: summi eū gradu honoris exaltat ac protinus crudelissimam super nece gentis iudee sentētiam reuocat. Uel cum propheta commemorat. Audiam quid loquatur in me dn̄s deus. Alius quoq; ⁊ dixit inquit angelus qui loquebatur in me. Uel cum filius dei ventur̄ se vna cū pr̄e ⁊ mansionē apud nos facturū esse promittit. Et non estis vos inquit qui loquimini: sed spiritus patris vestri qui loquitur in

vobis ⁊ vas electionis. An experimentum inquit eius queritis qui in me loquitur christus. Ex diabolo vero cogitationum nascitur series: cum subuertere non tam viciorum obleciatione: ꝙ etiā occultis conatur insidijs subtilissima calliditate mala pro bonis fraudulenter ostentans: ⁊ transfigurans se nobis in angelum lucis. Ut cum euangelista dicit. Et cena facta cum diabolus iam misisset in cor iude simonis scarioth vt traderet dominum. Et iterum post bucellam inquit introiuit in illum sathanas. Petrus quoq; ad ananiam: quare ait tempiauit sathanas cor tuum mētiri te spūisancto. Et illud quod multo ante ꝑ ecclesiasten predictum legimus. Si spiritus potestatem habētis ascenderit super te: locum tuū ne dimittas. Illud quoq; qđ dicitur ad deum contra achab in quarto regum lib. ex persona spiritus immundi: egrediar ⁊ ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum eius. Ex nobis autem oriuntur cum naturaliter ea q̄ gerimus vel gessimus: vel audiuimus recordamur. De quibus beatus dauid. Cogitaui inquit dies antiquos ⁊ annos eternos in mente habui ⁊ meditatus sum nocte cum corde meo: ⁊ exercitabar ⁊ scopebam spiritum meum. Et iterum. Dominus scit cogitationes hominum quoniam vane sunt: ⁊ cogitationes iustorum iudicia. In euāgelio quoq; dñs ad phariseos quid cogitatis mala in cordibus vestris.

¶ De discernendis cogitationibus ad similitudinē probabilis trapezite.

Capitulum. xx.

b Hanc igitur oportet tripertitā rationē nos iugiter obseruare: ⁊ vniuersas cogitationes que emergunt in corde nostro sagaci discretione discutere origines earum ⁊ causas auctoresq; primitus indagantes: vti quales nos eis prebere debeamus ex illorum merito qui eas suggerunt considerare possimus vt efficiamur ꝟm preceptum domini probabiles trapezite. Quorum summa peritia est ac disciplina probare quod nam sit aurum purissimuz. ⁊ vt vulgo dicitur obrizum. quodve sit minus purgatione ignis excoctuz: ereo quoq; viliq; denario si preciosum nummisma sub colore seu indumento auri fulgentis imitet: prudentissima discretione non falli: ⁊ non solū nummismata tyrannoꝝ vultum exprimentia sapiēter agnoscere: sed etiam illa que sunt veri quidem regis imagine: sed nō legitime figurata: peritia sagaciore discernere: deinde ne quid illis a legitimo pondere diminutum sit censura trutine diligenter inquirere. Que omnia nos quoq; debere spiritaliter obseruare sub figura ⁊ exemplo nominis huius euangelicus sermo hoc exemplo proposito docet: primum vt quid cordibus nostris irrepserit vel si quid nobis dogma fuerit intromissum: vtrum nam sit diuino illo ⁊ celesti spiritussancti igne purgatum. an ad iudai

cam superstitionem pertinens: seu de secularis philosophie tu
more descendens vt sit ad integrum spiritalis ignis examina-
tione decoctum: sed in superficie tantum preferat pietatem di-
ligētissime perscrutemur. Quod ita poterimus implere si illud
apostolicum fecerimus. Nolite omni spiritui credere: sed pro-
bate spiritus si ex deo sint. Quo genere credendi sunt illi quoq;
decepti qui post professionem monachi nitore sermonis: ⁊
quibusdam sunt philosophorum dogmatibus incitati. que
prima fronte pijs quibusdam sensibus ac religioni consonis
audientes velut auri fulgore fallentia quos semel superficie ille
xerant: velut nummismatib⁹ ereis falsisq; deceptos: perpetuo
nudos ac miseros reddiderunt: vel ad seculi eos strepitum re-
uocantes: vel ad hereticos errores ac presumptiones tumidas
pertrahentes. Quod etiam achan in libro iesu naue legimus fu
isse perpessum: qui de castris allophylorum regulam auream cō Josue. vij.
cupiscēs: atq; furatus: anathemate illoꝝ ꝑcuti atq; eterna mor
te meruit ac maledictione damnari. Secundo sollicite nos ex-
plorare conueniet: ne auro purissimo scripturarum praua inter
pretatio coaptata: metalli preciositate nos fallat. In quo etiaꝫ
dño saluatori callidissimus diabolus velut homini simplici tē
ptauit imponere: dū ea que generalr sunt super omniū iustorū
personis exposita: maliuola interpretatione corrūpēs: specialr
huic q̄ angeloꝝ custodia nō egebat: conat aptare dicens. Quia Ps. xc.
angelis suis mādauit de te vt custodiāt te in oībus vijs tuis: in
manib⁹ portabūt te ne vnq̄ offendas ad lapidē pedē tuū. Pre-
ciosa. s. eloq̄a scripturaꝝ callida assumptione ꝯuertēs: ⁊ ad ꝯtra
riū noxiūq; sensum detorquēs: vt imaginē tyrānici vult⁹ sub co
lore nobis auri fallentis importet: siue cū paracaraximis nos
conat illudere: q̄ddā. s. pietatis op⁹ admonēs affectādū: qd nō
de legitima senioꝝ ꝓcedēs moneta: sub p̄textu virtutū ducit ad
vitia: vel immoderatis, incōpetētibusq; ieiunijs seu vigilijs ni-
mijs: vel oronib⁹ importunis: vel incōgrua lectione decipiēs:
ad noxiū ꝑtrahit finē: vel cū intercessiones ac visitationes pias
ꝑsuadet impēdere: q̄b⁹ nos ab spiritalib⁹ monasterij claustris:
⁊ secreto amice q̄etis excutiat: sollicitudines ēt curasq; suscipe-
re religiosarū ac destitutaꝝ suggerit feminaꝝ: vt hmōi laq̄is mo
nachū inextricabilr vinciat ac ꝑniciosaꝝ sollicitudinū occupa-
tione distēdat: vel certe cū desiderare sanctū clericat⁹ officiū sub
pretextu edificationis multoꝝ ⁊ amore lucri spiritalis instigat
per qd nos ab hūilitate ꝓpositi huius ac districtione diuellat.
Que oīa cum sint nr̄e saluti professioniq; cōtraria: tñ. velamine
quodam misericordie ac religionis obtecta: facile imperitos in
cautosq; decipiunt. Imitātur eñ nummismata veri regis: quia
videntur ad presens plena pietatis: sed nō sunt a legitimis mo
netarijs: id est: probatis ⁊ catholicis patribus figurata: nec de
cardinali ac de publica collationis eoꝝ prodeunt officina: sed

furtim fraude demonū fabricata: nō sine detrimēto impitis qui busq; ⁊ ignorantibus ingerunt. Que q̄uis vtilia seu necessaria videant ad presens: tū si soliditatibus ꝓfessionis nostre incipiant post hoc esse cōtraria: ⁊ totū quodammodo corpus nostri labefactare propositi: tanq̄ necessariū quidē: sed scandalizans membrū: ⁊ qd̄ dextre manus vel pedis agere videat officiū: ꝓijci a nobis atq; abscidi salubre est. Satius enim est absq; vni⁹ ꝑcepti mēbro: id est opatione vel fructu: in ceteris sanū firmūq; durare: ⁊ tanq̄ debilē introire in regnū dei: q̄ cū soliditate mandati incidere in aliqd̄ scandalū: qd̄ ꝑniciosa cōsuetudine separans nos a districtionis regula: atq; arrepti ꝓpositi disciplina inducat in tale dispendiū: qd̄ nequaq̄ futura detrimēta cōpensans: oēs ꝑteritos fructus totūq; opationis nostre corpus gehenne faciat ignibus cōcremari. De generibus istiusmodi illusionum etiam in Prouerbijs eleganter exprimitur. Sunt vie

Prouer. 16. que vident recte esse viro: nouissima enim earū veniens in profundum inferni. Et iterū. Malignus nocet cū se cōmiscuerit iusto: id est diabolus decipit cū fuerit colore sanctitatis obtectus Odit autem sonum tulele: id est discretionis vim: que de seniorum verbis ac monitione procedit.

De illusione abbatis Joannis. Capitulum. xxj.

In quo etiā abbatē nuper Joannē: qui lyco commorat cognouimus fuisse illusum. Nā cū hausto corpore atq; defecto: ꝑceptionē cibi biduano ieiunio distulisset: accedēti ei ad refectionē die postero veniēs diabol⁹ in figura ethiopis tetri pueri: atq; ad eius genua ꝓuolutus: indulge inquit mihi: quia ego tibi hunc laborem indixi. Itaq; ille vir tantus ⁊ discretionis ratione ꝑfectus: sub colore cōtinentie incongruenter exercitate intellexit se ob hoc calliditate diaboli circūuentū taliq; distentum ieiunio: vt lassitudinē nō necessariā: immo etiā spiritui nocituram: fatigato corpori supponeret paracaraximo scz illusus nūmismate dum in illo veri regis imaginē veneratus parū discutit nō illud esse legitime figuratū. Ultima vero obseruatio huius ꝓbabilis trapezite quā de inquisione ponderis esse prediximus: taliter a nobis implebit: si quid agendū cogitatio nostra suggerit: omni scrupulo retractantes atq; in nostri pectoris trutina collocantes: equilibratione iustissima perpendam⁹: an plenū sit honestate cōmuni: an timore dei sit graue: si integrū sensu: si hūana ostentatione: aut aliqua nouitatis insolentieq; presumptione nō leue: si meriti eius pondus inanis cenodoxie non imminuerit vel arriserit gloria. Et sic ea protinus ad publica appendentes examina: id est ad ꝓphetarū ⁊ apostolorum actus ac testimonia conferentes: illorūq; exemplis cōparātes: ⁊ quodammodo contraria ea lance pensantes: vel tanq̄ integra atq; perfecta illisq; collibrantia suscipiamus: vel tanq̄ imper-

fecta atq; damnosa: nec illorum ponderi cōsonantia omni cautione vitemus.

De quadripertita discretionis ratione. Cap. xxij.

Erit ergo hoc quadripertito quo diximus mō necessaria nobis ista discretio: id est vt primū materia nos auri veri seu fucati fallentisq; non lateat: secundo vt has easdē cogitationes que mētiunt opera pietatis: tāq̄ adulterina nūmismata ⁊ paracaraxima reprobemus: vtpote que falsam imaginem regis non legitime signata contineant: vel illā que in auro preciosissimo scripturarū vitioso ⁊ heretico sensu: nō veri regis sed tyranni preferunt vultū similiter discernētes refutare possimus sine illa quorū pondus ac precium herugo vanitatis arrodēs exagio seniorū cōgruere non finit: vt nūmismata leuia atq; damnosa minusq; pensantia recusemus: ne in illud incidētes qd̄ obseruare tota virtute p̄cepto dñi cōmonemur: cūctis laborū nostrorū stipendijs meritisq; defraudemur. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra: vbi herugo ⁊ tinea demolit: ⁊ vbi fures effodiunt ⁊ furant. Quicquid em̄ contēplatione humane glorie fecerimus: in terra nos thesaurizare s̄m dñi sententiā nouerimus: ⁊ cōsequēter illud velut humi recondimus atq; in terrā defossum: vel diuersis demonijs depopulandū: vel edaci cenodoxie herugine cōsumendū: seu sup̄bie tineis deuorandū vt ad nullā recōdentis vtilitatē lucrūve p̄ficiat. Omnes igitur cordis nostri recessus iugiter p̄scrutādi sunt: ⁊ ascēdentiū in eos vestigia indagatione sagacissima retractanda: ne q̄ forte intellectualis ibidem bestia: vel leo vel draco p̄trāsiens p̄niciosa vestigia latēter impresserit: quibus accessus etiam ceteris in abdita pectoris nostri p̄ cogitationū negligentiā prebeat. Et ita p̄ singulas horas atq; momēta terram cordis nostri euāgelico aratro: hoc est iugi dñice crucis recordatione sulcātes vel noxiarū ex nobis ferarū cubilia: vel virulentorū serpentiū examinare latibula atq; extrudere poterimus. Matth. 6.

De sermone doctoris scd̄m audientium meritum. Capitulum. xxiij.

Ad hec obstupefactos nos intuēs senex: ⁊ ad verba narrationis sue inexplebili ardore succensos: p̄ admiratione desiderij nostri paulisper sermone suspenso: rursus addidit. Quoniā nos o filij ad disputationē tā longā vestra sedulitas p̄uocauit: ⁊ ignis quidā collationi nostre feruētiores sensus p̄ vestro desiderio subministrat: vt ex hoc etiā ipso manifeste cōtempler in veritate vos p̄fectionis sitire doctrinā: volo vobis adhuc sup̄ discretionis eximietate vel gratia q̄ inter cunctas virtutes arcē ac primatū tenet: pauca differere excellentiāq; eius ⁊ vtilitatē nō solū quotidianis exemplis: sed etiā anti-

quis patrū consultationibus ac sententijs approbare. Frequenter nāq; memini nōnullis huiusmodi sermonē cū gemitu lachrymisq; poscentibus: me quoq; aliquid eis doctrine cōferre cupiētē nullatenꝰ potuisse: ⁊ ita in me nō solū sensus: verūetiā ipsum eloquiū defecisse: vt nō inuenirē quēadmodū eos: vel cū leui cōsolatione dimitterē. Quibꝰ indicijs euidēter agnoscit̄ dñi gratiā ꝑ merito ac desiderio audientiū disputantibus aspirare sermonē. Quē qr breuissimū istud qđ supest: noctis spaciū nō occurrit explere: indulgētes illud potius q̄eti corporee: cui necesse est totū ꝑsolui: si id qđ modicū est fuerit denegatū: plenū narrationis ordinē ītegro futuri diei seu noctis examini reseruemꝰ. Decet nāq; discretiōis optimos cōsultores in hoc primū patefacere sue mētis industriā: ⁊ vtrū sint: vel queāt eiꝰ capaces esse hoc indicio ac patiētia cōprobari: vt de illa que moderatiōis generatrix est: virtute tractantes: nequaq̄ vitiū qđ ipsi contrarium est nimietatis incurrant: vim rōnis ac nature eiꝰ quā verbis excolunt: effectu atq; ope violātes. In hoc ergo nobis discretiōis bonū de qua quātū dñs dederit adhuc indagare disponimꝰ: primitus prosit: vt nos de ipsius excellētia ⁊ moderatione: q̄ ꝑma eidem virtus inesse cognoscit̄ differentes: disputationis quoq; vel temporis modum non permittat excedere. His itaq; beatꝰ moyses collationi nostre dans finem: adhuc nos auidos: ac de suo ore pendētes degustare somnū paulisper hortatus est: hisdē ipsis quibus insidebamus psiathijs admonēs incumbere: embrimijs pariter capiti nostro ceruicaliū vice suppositisq; grossioribus papyris: in longos gracilesq; fasciculos coactis: sex quipediali interuallo molliter nexa: nūc quidē humillimū sedile ad scabelli vicē: fratribus in synaxi cōsedentibus ꝑstant: nūc vero subiecta ceruicibꝰ dormiētiū ꝑbent capiti nō nimie durū: sed tractabile aptūq; fulcimētū. Ad q̄s monachoꝝ vsus hec idcirco: vel maxime oportuna habent̄ ⁊ cōgrua: ꝙ nō solū sint aliquatenꝰ mollia: paruoq; ⁊ ope reparent̄ ⁊ ꝑcio: vtpote passim papyro emergēte: ꝑ nili fluminis ripas: quā cuiq; volēti in vsuz assumere nemo ꝓhibeat desecare: sed etiā qđ ad remouēdū ea seu cū necesse fuerit admouēdū habilis materia est: fungide leuisq; nature. Atq; ita precepto senis tandē sumus ad degustationem somni onerosa cōpositi quiete: tā digeste collatiōis inflammati gaudio q̄ repromisse disputationis expectatione suspensi.

¶ Explicit Collatio prima Abbatis Moysi de monachi destinatione vel fine.

¶ Incipit annotatio capitulorum secunde collationis eiusdem senis.

Ca. j. Proemiale abbatis Moysi de discretionis gratia.
ij Quid discretio sola conferat monacho ⁊ disputatio super hoc abbatis Antonij.

iij De errore saulis ⁊ achab: quo per discretiōis imperitiā sunt decepti.
iiij Que de bono discretionis in scripturis sanctis referant̄
v De morte heronis senis.
vj De ruina duorū fratrū ob discretionis imperitiam.
vij De alterius illusione quam per imperitiaz discretionis incurrit.
viij De lapsu ⁊ deceptione monachi mesopotameni.
ix Interrogatio de acquirenda vera discretione.
x Responsio quēadmodū possideat̄ vera discretio.
xj Uerba abbatis serapionis: ⁊ de marcore patefactarum cogitationū: ⁊ de periculo proprie cōfidentie.
xij Confessio verecundie ob quam cōfunderemur cogitationes nostras senioribus reuelare.
xiij Responsio de cōfusione calcāda ⁊ periculo non condolentis.
xiiij De vocatione samuelis.
xv De vocatione Pauli apostoli.
xvj De appetenda discretione.
xvij De immoderatis ieiunijs ⁊ vigilijs.
xviij Interrogatio de cōtinentia vel refectionis mensura.
xix De optimo cibi quotidiani modo.
xx Obiectio de facilitate continentie que duobus paximacijs sustinetur.
xxj Responsio de virtute ⁊ mensura ex parte continentie.
xxij Qui nā generalis cōtinentie ac refectionis modus sit.
xxiij Quemadmodum abundantie humorum genitalium castigentur.
xxiiij De labore equalis refectionis ⁊ de fratris beniamin edacitate.
xxv Interrogatio quō vna semp eadēq; mensura seruetur.
xxvj Responsio de nō excedendo refectionis modo.

¶ Explicit annotatio capitulorum.

¶ Incipit secunda collatio abbatis moysi de discretione.

¶ Proemiale. Capitulum.j.

DEgustato itaq; matutino sopore cuz ortū lucis tādē nobis clarusse gaudentes: repromissam narrationem reposcere cepissemus: beatus moyses ita exorsus est. Cum videā vos tanti desiderij ardore flammatos: vt ne ipsuz quidem paruissimum quietis momentū qd̄ spiritali collatiōe subtrahēs: refectiōi carnis maluerā deputare: ad requiē credam vestri corpis ꝓfecisse: mihi quoq; hunc vestrū con

sideranti feruorē sollicitudo maior inuehit. Necesse est eñ etiā me in ꝑsoluēdo debito tāto maiorē deuotionis curā gerere: quā to vos attentius video illud expetere: ꝑm illā sniam. Si sederis cenare ad mensam potentis: sapiēter intellige que apponū tur tibi: ⁊ immitte manū tuā sciēs: qꝛ talia te oportet ꝑparare Quāobrē de bono discretionis eiusq; virtute dicturi: in quā sermo nocturne collationis ingressus: finē nr̄e disputationi dedit cupio vobis eius excellentiā patrū primo cōsignare sentētijs vt cū patuerit: q̄d de illa senserint vel ꝓnūciauerint maiores nostri: tū ꝓlatis tā antiquis multorū q̄ recētib⁹ ruinis ⁊ casibus q̄ ꝓ eo q̄ min⁹ eā fuerāt assecuti: ꝑnicioso deiecti sunt lapsu: inquātū possumus vtilitates ei⁹ ⁊ cōmoda retractem⁹: q̄b⁹ discussis quēadmodū excolere eā atq; expetere debeam⁹: cōsiderātes meriti ei⁹ ⁊ gratie pōdus: efficaci⁹ instruamur. Est eñ nō mediocris quedā virt⁹: nec q̄ humana passim valeat industria cōꝑhēdi nisi diuino fuerit munere gr̄aq; collata. Siq̄dē inter nobilissima spiritussctī dona: hāc quoq; ita legim⁹ ab apl̄o numerari. Alij dat̄ ꝑ spiritū sermo sapie. Alij ꝑmo sciētie ꝑz eūdē spiritū. Alij fides in eodē spiritu. Alij gr̄a sanitatū in vno spiritu. Et post pauca. Alij discretio spiritū. Deinde cōpleto omni catalogo spiritaliū charismatū infert: Oīa āt hec operat̄ vn⁹ atq; idē spirit⁹: diuidēs singulis ꝓutvult. Uidetis ḡ nō terrenū: nec ꝑuū eē discretionis mun⁹ sz diuine gr̄e largitatē: quā nisi monach⁹ oī intētione fuerit assecut⁹: ⁊ ascēdētiū in sese spirituū discretionē certa rōe possederit necesse est eū velut in nocte ceca ceterisq; tenebris oberrāte: nō solū in ꝑniciosis foueis ꝑruptisq; cōcidere: sz ēt in planis ac directis itinerib⁹ frequēter offendere

1. Cor. 12.

¶ Quid discretio sola conferat monacho: ⁊ disputatio sup hoc abbatis Antonij. Capitulum. ij.

Memini igit̄ quōdā in annis adhuc puericie cōstitut⁹ in ꝑtib⁹ thebaidos vbi beat⁹ Antonius morabat̄: seniores ad eū ꝑfectionis inquirēde ⁊ collationis hui⁹ gratia cōuenisse. Cūq; a vesꝑtinis horis vsq; ad lucē fuisset ꝓtracta collatio: questionē hāc maximū noctis spaciū cōsumpsit. Nam diutissime q̄rebat̄ q̄ nā virt⁹ vel obseruātia mōachū possit a diaboli laqueis ac deceptionib⁹ custodire semꝑ illesum vel certe recto tramite firmoq; gressu ad ꝑfectionis culmē ꝑducere. Cunq; ꝓ captu mētis sue vnusquisq; sentētiā suā ꝓferret in mediū: ⁊ alij q̄dē in hoc ieiunioꝝ vigiliarūq; studio collocarēt: q̄ his videlicet extenuata mēs: ac puritatē cordis ⁊ corporis assecuta: deo facilius vniretur. Alij in nuditate ⁊ contemptu vniuersarū rerū quib⁹ mēs si penit⁹ exueret̄: tanq̄ nullis deinceps retinētibus laqueis ad eū expeditior ꝑueniret. Alij anacoresin necessariā: id est remotionē ⁊ eremi secreta cēserēt: in qua cōmanens quis familiari⁹ interpellare deū: eiq; possit peculiari⁹ inhere-

re. Nõnulliq; in primis sectãda charitatis: id est humanitatis officia diffinirẽt: q̃ pio erga fratres ⁊ ꝑegrinos studio susceptionis impẽdit: ꝙ his dũtaxat officijs regna celoꝝ daturũ se dñs in euãgelio: velut specialius repromittat dicẽs. Uenite bñdicti patris mei: possidete paratũ vobis regnũ a cõstitutione mũdi. Esuriui eñ ⁊ dedistis mihi manducare. Sitiui ⁊ dedistis mihi bibere ⁊c. Cũq; in hunc mundũ diuersis virtutib⁹ aditũ certiorem ad deũ parari posse decernerẽt: essetq; noctis maximũ tempus hac inq̃sitiõe cõsumptũ: intulit demũ beat⁹ Antoni⁹ Oia q̃ dẽ hec q̃ dixistis necessaria ⁊ vtilia sitiẽtib⁹ deũ atq; ad deũ cupiẽtib⁹ ꝑuenire: sz his ꝑncipalẽ tribuere gr̃am nequaq̃ nos innumeri multorũ casus ⁊ exꝑimẽta ꝑmittũt. Nã quosdã sepenumero acerrime ieiunijs seu vigilijs incubãtes: ac mirifice in solitudine secedẽtes: priuationẽ quoq; oim facultatũ ita sectãtes vt ex ipsis ne vnius quidẽ diei victũ sibimet vnũq; denariũ sup̃ esse paterent. Hũanitatis etiã studia tota deuotione cõplentes ita vidim⁹ repente deceptos vt arreptũ op⁹ non potuerint congruo exitu terminare: summũq; feruorẽ ⁊ cõuersationẽ laudabilem detestabili fine clauserint. Quãobrem q̃d principaliter ducat ad deũ manifeste poterim⁹ agnoscere: si ruine ac deceptionis illoꝝ causa diligẽti⁹ a nobis fuerit indagata. Illis nãq; cũ exuberarẽt ꝑdictarũ opa virtutũ: discretio sola deficiens vsq; ad finem ea durare nõ finit. Nec eñ alia lapsus eoꝝ causa deprehẽdit: nisi q̃d minus a senioribus instituti: nequaq̃ potuerũt rationem discretionis huius adipisci: q̃ ꝑtermittẽs vtrãq; nimietatem: via regia quemq̃ docet semꝑ incedere: ⁊ nec dextera virtutũ ꝑmittit extolli: id est feruoris excessu cõtinẽtie iuste modũ transcendere: nec oblectatũ remissione: deffectere ad vitia sinistra concedit: hoc est sub ꝑtextu gubernãdi corporis contrario spiritus tepore lentescere. Hec namq; est discretio q̃ oculus ⁊ lucerna corꝑis in euãgelio nũcupat ꝑm illã sententiã saluatoris. Lucerna corporis tui est oculus tuus ꝙ si oculus tuus simplex fuerit totũ cop⁹ tuũ lucidũ erit: si aũt oculus tuus nequã fuerit: totũ corpus tuũ tenebrosum erit: eo ꝙ ipsas cogitationes hominis vniuersas actusq; discernẽs: cuncta q̃ gerenda sunt ꝑuideat atq; ꝑlustret: q̃ si in homine nequã fuerit: id est non vero iudicio ⁊ scia cõmunita: seu quolibet errore ac ꝑsumptione decepta: totũ corpus nostrũ faciet tenebrosum: hoc est: omnẽ aciem mentis actusq; nostros reddet obscuros: cecitate scz vitioꝝ ⁊ ꝑturbationũ tenebris inuolutos. Si eñ inquit lumẽ q̃d in te est tenebre sunt: tenebre ipse quãte erũt. Nulli nãq; dubiũ est: errãte iudicio cordis ⁊ ignorationis nocte possesso: cogitatiões q̃z ⁊ opa nr̃a que ex discretionis deliberatione descẽdunt: maioribus peccatorum tenebris implicari.

Mat. 25.

Matth. 6.

Ibidem.

¶ De errore saulis, ⁊ achab quo per discretionis im

peritiam sunt decepti. Capitulum. iij.

d Eniq; ille q̄ prim⁹ ad regnādū populo israel iudicio dei p̄electus est: qr hunc discretionis oculū nequaq̄ habuit velut toto corpore tenebrosus effect⁹: etiam ipso regno tradito sibi meruit spoliari: dū lucerne hui⁹ tenebris atq; errore deceptus: acceptabiliora deo sacrificia sua q̄ erga p̄ceptū samuelis obedientiā credidit iudicāda: que eū ex illa magis pte offensionē incurrere fecit: ex qua repropiciandā sibi diuinā sperauerat maiestatē. Hui⁹ inq̄ discretionis ignoratio achab regē israel post illius sublimissimi triūphi victoriā q̄ ei fuerat dei fauore cōcessus credere p̄suasit meliorē esse misericordiā suam: q̄ executionem seuerissimi p̄cepti: ⁊ quēadmodum sibi videbatur crudelis imperij. Qua cōsideratione molitus dū mauult cruentam victoriā clemētia tempare: ob indiscretam misericordiam velut toto corpe reddit⁹ tenebrosus: irreuocabili morte dānat.

¶ Que de bono discretionis in scripturis sanctis referantur. Capitulum. iiij.

Ephe. 4. b Ec est discretio que nō solum lucerna corporis sz etiam sol ab apostolo nuncupat: ꝑm illud. Sol nō occidat super iracundiā vestrā. Hec vite nostre gubernatio dicitur ꝑm illud. Quibus nō est gubernatio cadūt vt folia. Hec consilium rectissime nominat: sine quo nihil agere omnino scripture auctoritate permittimur: ita vt ne ipsum quidē spiritale vinū id est gaudiū qd̄ letificat cor hominis: sine ipsius sinamur moderatione percipere: ꝑm illud. Cum consilio omnia fac: cum cōsilio vinū bibe. Et iterū. Sicut ciuitas muris diruta ⁊ non circūdata: sic est vir q̄ nō cū cōsilio aliq̄d agit. Cui⁹ p̄uatio q̄ perniciosa sit monacho: testimonij hui⁹ exēplū ac figura declarat: dirute eū ac sine muris cōparās ciuitati. In hac sapia ī hac intellectus sensusq; consistit: sine quibus nec interior nostra edificari domus: nec spiritales poterunt diuitie cōgregari: ꝑm illud. Cū sapiētia edificat domus: ⁊ cū intellectu iterū erigit: cum sensu implent cellaria omnib⁹ diuitijs preciosis ⁊ bonis. Hec inq̄ est solidus cibus qui nisi a p̄fectis tm̄ ac robustis assumi non poterit: ꝑm illud. Perfectorū aūt est solid⁹ cibus eorū q̄ pro cōsuetudine exercitatos habēt sensus ad discretionē boni ac mali. Que intantū vtilis nobis ac necessaria cōprobat: vt etiā verbo dei eiusq; virtutibus coaptetur: ꝑm illud. Uiuus est em̄ dei sermo ⁊ efficax ⁊ penetrabilior omni gladio ancipiti ⁊ p̄tingēs vsq; ad diuisionem anime ac spiritus: cōpagū quoq; ⁊ medullarum ⁊ discretor cogitationū ⁊ intentionū cordis. Quibus manifestissime declarat: nullā sine discretionis gratia perfecte posse: vel perfici vel stare virtutem. Et ita tam beati Antonij q̄ vniuersorum sententia diffinitū est: discretionem esse que fixo gradu intrepidum monachū p̄ducat ad deum: predictasq; virtutes

Eccli. 32.

Pro. 24.

Ephe. 5.

Hebre. 4.

iugiter conseruet illesas: cũ qua ad cõsummationis excelsa fastigia minore possit fatigatione conscendi: ⁊ sine qua multi etiã ꝓpensius laborãtes: ꝑfectionis nequiuerint culmen attingere Oim nãq; virtutũ generatrix custos: moderatrixq; discretio ẽ.

¶ De morte heronis senis. Capitulum. v.

Et vt hanc eandẽ diffinitionẽ antiquitus a sancto Antonio ⁊ ceteris patribus promulgatã: recens quoq; sicut promisimus cõfirmet exemplũ: recolite id qđ nuꝑ gestũ oculorũ vestrorum vidistis obtutibus: senẽ videlicet heronem ante paucos admodum dies illusione diabolica a summis ad ima deiectum: quẽ quinquaginta annis in hac eremo cõmoratũ singulari districtione rigorem continẽtie tenuisse cognoscimus ⁊ solitudinis secreta vltra omnes hic cõmorantes miro feurore sectatum. Hic igit̃ quo pacto qua ratione post tantos labores ab insidiatore delusus: grauissimo corruens lapsu cunctos in hac eremo cõstitutos luctuoso dolore ꝑcussit. Nõne quia minus discretionis virtute possessa: suis diffinitionibus regiq̃ cõsilijs vel collationibus fratrũ atq; institutis maiorum maluit obedire. Siquidem tanto rigore immutabilẽ ieiunij cõtinentiã semꝑ exercuit: ⁊ solitudinis celleq; ita iugiter secreta sectat⁹ est vt ab eo participationẽ ineundi cum fraternitate ꝯuiuij: nec veneratio quidẽ diei paschalis aliquando potuerit obtinere. In qua fratribus cunctis pro anniuersaria solẽnitate in ecclesia retentis: solus nõ potuit aggregari: ne quãtulũcunq; perceptione leguminis parui a suo videret̃ ꝓposito relaxasse. Qua presumptione deceptus: angelum sathane velut angelum lucis cũ summa veneratione suscipiens: eiusq; preceptis prono obediens famulatu: semetipsum in puteũ (cuius ꝓfunditatem oculorum non attingit intuitus) ꝑcipitem dedit: de angeli videlicet sui sponsione nõ dubitãs: qui eum ꝓ merito virtutũ: ac laborũ suorum nequaq̃ posse firmauerat vlli iam discrimini subiacere Cuius rei fidem vt experimento sue sospitatis euidentissime cõprobaret: supradicto se puteo nocte intempesta illusus iniecit: magnum scilicet virtutis sue meritum probaturus: cũ inde exisset illesus. De quo ingenti fratrũ labore cum pene iã exanguis fuisset extractus: vitã die tertia finiturus: qđ his deterius est: ita in deceptionis sue obstinatione ꝑmansit: vt ei ne experimẽto quidẽ mortis sue potuerit persuaderi: ꝙ fuisset demonum calliditate delusus. Quãobrẽ pro meritis laborum tantorũ: ⁊ annorum numerositate qua in eremo perdurauit: hoc miseratiõe ⁊ hũanitate summa: ab his qui ei⁹ cõpatiebãtur exitio: vix a ꝑsbytero abbate Pafũtio potuit obtineri: vt nõ inter biotha natos reputat⁹: ẽt memoria ⁊ oblatiõe pausãtiũ indicaret̃ idign⁹.

¶ De ruina duorum fratrum ob discretionis imperitiam. Capitulum. vj.

Quid dicã de illis duobus fratrib⁹ qui habitãtes vltra
q illã eremum thebaidos: vbi quondam fuerat beatus
Antonius cõmorat⁹: minus canta discretione permo
ti: euntes per extentã solicitudinis vastitatẽ: nullã escã penit⁹ su
mere decreuerũt: nisi quã per semetipm dño illis pstitisset. Cũq;
errãtes eos per deserta t deficientes iã fame cõperissent a lon
ge mazices quidã: q̃ gens cunctis pene nationibus feris imma
nior atq; crudelior est: nõ effi eos ad effusionẽ sanguinis: vt nõ
nullas gentes desideriũ prede: sed sola ferocitas mẽtis instigat
eisq; cõtra naturã feritatis sue cũ panib⁹ occurrissent: vnus ex
eis subueniẽte discretione velut a dño sibi porrectos: cum gau
dio t gratiarũ actione suscepit: reputans escã sibi diuinit⁹ mini
strari: nec sine deo factũ vt bi qui semper dominũ cruore gaude
rent: deficiẽtibus iam ac tabescentib⁹ vite substantiã largirent
alius vero recusans cibum velut ab homine sibi oblatũ inedie
defectione cõsumptus est. Quor licet initia ex reprehensibili p
suasione descenderint: vnus tñ subueniente discretione id qõ te
mere incauteq; cõceperat emẽdasse agnoscit: alius aũt in stul
ta psumptione pdurans ac penitus discretionis ignarus: mor
tẽ quã dominus auertere voluit: sibi ps conscivit: nequaq; cre
dẽs diuino instinctu factum q̃ immitis populus pprie ferita
tis oblitus: panes eis pro gladijs obtulisset.

De alterius illusione quam per imperitiam discre tionis incurrit. Capitulum .vij.

Quid etiã de illo cõmemorem cuius nominis (q̃r adhuc
q superest) nouimus facere mentionẽ. Qui dũ longo tpe
demonẽ in angeli suscepit claritate: reuelationibus ei⁹
innumeris sepe deceptus credidit internunciũ esse iusticie. Nã
exceptis bis etiã per omnes noctes in cella eius lumen absq;
vllius lucerne prebebat officio. Ad extremũ inbet ab ipso: vt
deo filiũ suum qui cũ eodem pariter cõmanebat: deuot⁹ offerret
vt hoc sc̃z sacrificio abrae patriarche meritis in nullo inueniret
inferior. Cuius instantiã est credulitate seductus: vt hoc pfestim
parricidiũ opere pfeciss̃et: nisi eum videns puer cultrũ extra cõ
suetudinem acuendo preparare: t vincula quibus eũ velut obla
turus ad immolandum cõstringere disponebat inquirere: p̃ia
gio sceleris futuri perterritus: e cella cõcitus aufugisset.

De lapsu t deceptione monachi mesopotamẽsi. Capitulum.vij.

Longum est deceptionẽ illius q̃ monachi mesopotame
l ni percurrere: qui in illa puincia perpancis imitabilẽ
exhibens cõtinentiã: quã per annos multos singulari
ter in cella retrusus exegerat: ita est ad extremũ diabolicis rene
lationibus somnijsq; delusus: vt postquã tos labores atq; vir

tutes quibus omnes monachos ibidem residētes excesserat: ad iudaismum ⁊ concisionē carnis lapsu miserabili fuerit deuolutus: eo ꝙ illi solita visione qua volens eum ad credulitatē future deceptionis illicere: verissima queq; multo tempore diabolus velut veritatis nūcius reuelarat: ostenderat demū christianū populū vna cū principibus religionis ac fidei nr̄e apostolis scz atq; martyribus tenebrosum ac tetrū omniq; macie tabidū atq; deformē: ⁊ econtra iudeoꝝ populū vna cū moyse patriarchis atq; ꝓphetis summa tripudiantē leticia: ⁊ splendidissimo lumine choruscantē: ac ꝓinde suadens si mallet meriti ac beatitudinis illorū particeps fieri: circuncisionē q̄ꝫ suscipere festinaret. E quib⁹ ꝓfecto tam lugubriter nemo fuisset illusus: si rationem discretionis huius assequi laborasset. Quāobrem in quātis perniciosum sit discretionis gratiā nō habere: multorū casus ⁊ experimenta declarant.

¶ Interrogatio de acquirēda vera discretiōe. Ca. ix.

Germanus. Ex nouellis exēplis ⁊ testimonijs antiquorū satis abunde perpatuit discretionem fontē quodam modo atq; radicē cunctarū esse virtutuz. Quomō ergo acquiri debeat: cupimus nobis exponi: aut quēadmodū vtrū vera ⁊ ex deo: an falsa ⁊ diabolica sit: possit agnosci: vt ꝟz illā euāgelicā quā superiore tractatu disseruisti ꝑabolam q̄ iubemur fieri ꝓbabiles trapezite: nūmismati impressaz veri regis imaginē peruidentes: deprehendere valeamus: ꝙ nō desit in moneta legitima figuratū: atq; illud sicut vulgari vsus verbo hesterna collatione dixisti: tāq̄ꝫ paracaraximū reprobemus: illa instructi peritia quā satis copiose ⁊ integre ꝓsecutus habere spiritalē atq; euāgelicū trapezitā debere signasti. Quid eñ proderit virtutis eius ⁊ gratie merita cognouisse: si quēadmodū debeamus expetere eam vel acquirere nesciamus.

¶ Responsio quemadmodum possideatur vera discretio. Capitulum. x.

Moyses. Vera inquit discretio nō nisi vera hūilitate acquiritur. Cuius humilitatis non ficte hec erit prima ꝓbatio: si vniuersa nō solum que agenda sunt: sed etiam que cogitant̄: seniorū reseruent̄ examini: vt nihil quis suo iudicio credens: illorū per omnia diffinitionib⁹ acquiescat: quid bonū vel malū debeat iudicare eorum traditione cognoscat. Que institutio nō solū per verā discretionis viam iuuenem recto tramite docebit incedere: verumetiā cunctis fraudibus ⁊ insidijs inimici seruabit illesum. Nullatenus eñ decipi poterit quisq; nō suo iudicio: sed qui maiorū viuit exēplo: nec valebit ignorationi eius callidus hostis illudere: qui vniuersas cogitationes in corde nascētes: perniciosa verecundia nescit obtegere sed eas maturo examine seniorum: vel reprobat vel admittit. Ilico nā-

q̄ vt patefacta fuerit cogitatio maligna marcescit: ⁊ anteq̄ discretionis iudiciū ꝓferatur: serpēs deterrimus velut e tenebroso ac subterraneo specu: virtute cōfessionis ꝓtractus ad lucez ⁊ traduct⁹ quodāmodo ac dehonestatus abscedit. Tādiu eñ suggestionis eius noxie dominant̄ in nobis: q̄diu celant̄ in corde Et vt virtutē sententie huius efficacius colligatis: referam vobis abbatis serapionis factū: quod ille iunioribus solebat instructionis gratia frequenter inferre.

¶ Uerba Abbatis serapiōis ⁊ de marcore patefactaꝝ cogitationū: ⁊ de ꝑiculo ꝓprie cōfidentie. Cap̄.xj.

Cum adhuc essez puerulus inquit: ⁊ cū abbate theone cōmanerē: hec mihi fuerat inimici impugnatiōe consuetudo feralis ingesta: vt postq̄ refecissem hora nona cū sene: vnū paximaciū quotidie in sinu meo latēter abscōderē: qd̄ sero illo ignorante occulte edebam. Qd̄ furtū licz cōniuentia cogitationis ⁊ inoliti semel desiderij incōtinentia sine cessatiōe committerē: expleta tamē cōcupiscētia fraudulēta: ad memetipsum reuertens: super admisso furti crimine grauius cruciabar: q̄ super esu eius fuerā iocūdatus. Cūq̄ illud molestissimū opus velut ab exactoribus pharaonis indictū mihi vice laterū singulis dieb⁹ explere: nō sine dolore cordis mei cōpellerer: nec tñ eruere me possem ab hac eorū seuissima tyrannide: ⁊ clādestinū furtum seni manifestare cōfunderer. Cōtigit dei nutu de hoc me captiuitatis iugo volētis eripere: vt quidā fratres cellā senis obtentu edificatiōis expeterēt. Cūq̄ refectiōe transacta: collatio spiritalis cepisset agitari: respondēsq̄ senex ꝓpositis interrogationib⁹ eorū cum de gastrimargie vitio ⁊ occultarū cogitationū dominatione dissereret: earumq̄ naturā ⁊ atrocissimā vim quā haberent donec celarent̄: exponeret: cōpunctus ego collationis huius virtute ⁊ cōscientie mee reatu perterritus: velut qui crederē ob hoc ea fuisse prolata q̄ seni fuerint secreta mei pectoris patefacta: in occultos primū genitus excitatus: deinde cordis mei cōpunctione crescente: in apertos singult⁹ lachrymasq̄ prorumpēs: paximaciū qd̄ cōsuetudine vitiosa clancule parauerā comedendū: de sinu furti mei conscio ac susceptore ꝓduxi: ip̄mq̄ in mediū proferens: quēadmodū quotidie inuolans ipsuz latenter ederē: penitentiā coram eo in terrā submissus cum venie postulatiōe confessus sum: ⁊ vbertim profusis lachrymis absolutionem dirissime captiuitatis huius intercessionibus eorum atq̄ orationibus imploraui. Tūc senex: Cōfide ait o puer: absoluit te a captiuitate: etiā me tacente confessio tua. Uictorem nanq̄ aduersariū tuum hodie triumphasti: validius eū tua cōfessione elidens q̄ ipse fueras ab eo tua taciturnitate deiectus: quem nequaq̄ vel tua vel alterius responsione confutans: in te nunc vsq̄ permiseras dominari: ꝑm illam salomonis sententiā

Quia nō fit contradictio ab his qui faciunt malum cito: ideo re
pletum est cor filiorū hominū in ipsis vt faciant mala. Et idcir-
co iam te post hanc publicationē suaz nequissimus spiritus iste
nullatenus inquietabit vlterius: nec in te latibulū sibi teterri-
mus serpēs deinceps vsurpabit: de tenebris tui cordis cōfessio
ne salutari ꝓtractus ad lucem. Necdū senex hec verba comple-
uerat: ⁊ ecce lampas accensa de meo sinu ꝓcedens: tanto cellaz
repleuit odore sulphureo vt vehemētia fetoris ipsius vix in ea
residere possemus. Resumensq; senex admonitionē: ecce inquit
dominus tibi veritatē sermonū meorum experimento probauit
vt passionis incentorē de corde tuo cōfessione salubri fugatum
oculorū fide perciperes: patefactūq; hostē nequaq̄ locum in te
vlterius habiturū: aperta eius expulsiōe cognosceres. Itaq; ꝟz
sententiam senis: ita est inquit in me cōfessionis huius virtute
dominatio diabolice illius tyrannidis extincta atq; in perpe-
tuū cōsopita: vt nunq̄ mihi ne memoriā quidē cōcupiscentie hu
ius vlterius temptauerit inimicus ingerere: nec me post hec ali
quādo pulsatum furtiui illius desiderij instigatiōe persenserim
Quem sensum in Ecclesiaste quoq; pulcherrime legimus figu- Eccls. 10.
ratū. Si momorderit inquit serpens nō in sibilo: nō est abun-
dantia incantatori: taciti serpentis morsum perniciosuz eē desi
gnans: id est si per confessionē siue cōsensum suggestio seu cogi-
tatio diabolica incantatori cuiq̄ spiritali scz viro qui carmini-
bus scripturarum mederi protinus vulneri ⁊ extrahere de corde
viri consueuit noxia venena serpentis patefacta nō fuerint: suc
currere periclitanti periturove non poterit. Hoc igit modo ad
scientiā discretionis vere peruenire facillime poterimus: vt se-
niorum vestigia subsequētes neq; agere quicq̄ noui: neq; discer
nere nostro iudicio presumamus: sed quēadmodū nos vel tra-
ditio illorū vel vite ꝓbitas informarit: in omnibus gradiamur
Qua institutione firmatus non modo ad perfectā discretionis
rationē quisq; perueniet: verūetiā munitus a cunctis insidijs
inimici ⁊ tutissimus permanebit. Nullo nanq; alio vitio tam
precipitem diabolus monachū pertrahit ac perducit ad mortē:
q̄ cū eum neglectis consilijs seniorū in suo iudicio persuaserit:
ac diffinitiōe doctrinave cōfidere. Etenim cū omnes artes ac di
scipline humano ingenio reperte: ⁊ q̄ nihil amplius q̄ vite hu-
ius temporarie cōmodis prosunt: licz manu palpari queant: ⁊
oculis peruideri: recte tamē a quoq̄ sine instituentis doctrina
nequeant cōprehendi: q̄ ineptū est credere hanc solam nō egere
doctore: que ⁊ inuisibilis ⁊ occulta est: ⁊ que non solum oculis
sed ne animo quidē nisi corde purissimo perspici poterit: cuius
error non temporale damnū nec quod facile reparet: sed anime
perditionem parit mortemq; perpetuam. Habet essi nō aduer-
sus visibiles sz inuisibiles atq; immites hostes diurnū noctur
nūq; conflictū: nec cōtra vnū seu duos: sed cōtra innumerabiles

caternas spiritale certamen: cuius casus tanto perniciosior ēt ctis: quanto t infestior inimicus: t congressus occultior. Et ō semper seniorū summa diligētia sunt sectanda vestigia: atq; ad eos cuncta que in nostris cordibus oriuntur: sublato confusionis velamine deferenda.

¶ Confessio verecundie ob quā cōfunderemur cogitationes nostras senioribus reuelare. Capitulum.xij.

Ermanus. Occasionem nobis pniciose verecundie qua
g cogitationes malas studeam⁹ obtegere: ac salutari eas patefacere cōfessione vereamur: illa precipue erit causa qua nonnimus quendam in syrie partibus vt credebatur preciosum seniorū cuidam fratri cogitationes suas simplici confessione prodenti: postmodum quadā indignatione cōmotū easdē graniter exprobrasse. Ūā fit vt oīa eas in nobis pmittamus: ac senioribus erubescimus publicare: curationū remedia consequi nequeamus.

¶ Responsio de confusione calcanda: t periculo non condolentis. Capitulum.xij.

Oyses. Sicut non sunt omnes iuuenes pari mō vel fer
m nentes spiritu vel disciplinis ac moribus optimis instituti: ita ne senes quidē cuncti vno modo vel perfecti possunt vel probatissimi reperiri. Diuitie enī senū nō sunt canicie capitis: sed industria iuuentutis ac preteritorū laborū stipendijs metiende. Que enim nō congregasti inquit in iuuētute: quo modo inuenies in senectute tua? Senectꝰ enim venerabilis est nō diuturna neq; numero annorū cōputata. Cani enim sunt sensus hominis: t senectus honorabilis vita imaculata. Et idcirco nō omniū seniorū quoꝝ capita canicies tegit: quoscq; vite longenitas sola cōmendat: nobis sunt imitanda vestigia vel sectāda seu traditiones ac monita suscipiēda: sed eorū quos laudabiliter vitā suā ac probatissime comperimus in iuuētute signasse: nec presumptionibus propriis sed maiorū traditionibus institutos. Sunt enim nonnulli quoꝝ etiaz qō est lugubrius maior pars sine dubio reperitur: qui in tepore suo quē ab adolescentia sua cōceperunt atq; ignauia senescentes: auctoritatē sibi nō maturitate morū: sed annorū numerositate conquirunt. De quibus exprobratio illa ossii proprie satis dirigit p prophetā. Et comederunt alieni robur eius t ipse nescierit: sed t cani effusi sunt in eo: t ipse ignorauit. hos inq̄ in exēplū iuniorib⁹: nō eorū vite probitas nec vlla propositi huius laudabilis atq; imitanda districtio: sz annositas sola pronerit. Quoꝝ canicie callidissimus inimicus: ad deceptionē iuniorū in preludicata auctoritate proponēs: etiā illos qui ad viā perfectionis: vel suis vel aliorum portuerunt monitis incitari: subuertere ac decipere exēplis eorū

Ecc. xxv. Sap. iiij.

Osee. vij.

fraudulenta subtilitate festinat: vel in teporē scilicet noxiū: vel in letalem desperationē eoꝝ doctrinis institutisq; perducens. Cuius rei volens proferre vobis exēplū: auctoris nomine pretermisso: ne nos quoq; illius q̄ patefacta sibi fratris vicia publicauit: simile aliquid admittamus: rē tm̄ gestā que instructionem necessariā vobis cōferat. paucis exponā. Cum igitur ad senem quēdam nobis optime cognitū: quidā non ignauissimorū iuuenū profectus sui ⁊ curationis gratia perrexisset: ⁊ carnalibus incentiuis ac fornicationis spiritu semetipsum inquietari simpliciter prodidisset: cōsolationē credēs laboribus suis oratione senis: ⁊ remedia cōceptis vulneribꝰ reperturū: ille amatissimis eū verbis excipiēs: ita suis econtrario correptionibus asperauit: miserabilē pronūcians ⁊ indignū: nec monachi nomine ac religione censendū: qui potuerit huiusmodi vitio ⁊ cōcupiscentia titilari: ita suis econtrario correptionibus vulnerauit vt eū summa desperatione deiectum mestūq; admoduꝫ ac letali tristitia penitus obruptū: e sua dimitteret cella. Cunq; ei in tali merore depresso: nec iam de remedio passionis sed de expletione cōcepte concupiscentie: profunda cogitatione tractāti abbas appollo protinus occurrisset: ⁊ vim laboris eius ⁊ oppugnationis vehementiā que in corde eius tacite voluebatur: de contēplatione vultus: ⁊ intuitus ipsius deiectione cōiectās causam tante perturbationis inquireret: atq; ille molliter se cōpellanti seni ne responsum quidē vllū posset referre: magis ac magis eū sentiēs senex nō inaniter causam tante tristicie silentio velle cōtegere: quā ne vultu q̄dē dissimulare quiuisset: intentius ab eo causas occulti doloris cepit inquirere. Quibꝰ ille cōstrictus pergere se ad vicū cōfiteť: vt qꝛ ꝑm sententiā illius senis monachus esse non posset: nec refrenare stimulos carnis ⁊ impugnationis remedia consequi preualeret: vxorē duceret: ac relicto monasterio reuertereť ad seculū. Quē senex appollo blāda cōsolatione demulcēs: seseq; asserēs ijsdē quotidie incentiuorum stimulis atq; estibꝰ agitari: ⁊ idcirco nō debere eū prorsus in desperationē ꝯcidere: nec mirari sup̄ impugnationis ardore: qui nō tā laboris studio q̄ꝫ misericordia domini ⁊ gratia vinceret: vnius tm̄ diei sup̄ dilatione ruine disposite: ab eodem poposcit inducias: ⁊ vt reuertereť ad suā cellulā deprecať: ad monasteriū predicti senis ilico tota festinatione p̄rexit. Cūq; eidē proximasset: expāsis manibus orationē cū lachrymis fundēs. Cōuerte ait domine qui occultaꝝ viriū ⁊ infirmitatis humane solus arbiter pius ac secretus es medicus impugnationē illius iuuenis in senē istū vt cōdescendere infirmitatibus laborantiū ⁊ cōpati fragilitati iunioꝝ vel in senectute doceať. Cūq; ille hāc precē cū gemitu cōclusisset: cernit ethiopē tetrū cōtra illius cellulā stātē: atq; aduersus eū ignita iacula dirigentē. Quibus cum fuisset ille protinus sauciatus: progressus e cella: ⁊ huc illucq;

velut amens ⁊ ebrius cursitaret atq; egrediēs ⁊ ingrediēs iam continere se in ea nō posset: eadē via cōcitus pergere cepit: qua mestus iuuenis ille discesserat. Quē abbas appollo velut amentem factū ac quibusdā furijs agitari cōspiciēs: intellexit ignitū diaboli telū qd̄ viderat ab illo directū in eius corde fuisse defixum: illāq; in eo cōfusionē mentis ac ꝑturbationē sensuū in tolerādis estibus operari: accedēsq; ad eū: quo inquit properas: aut q̄ nā te cause senilis illius atq; inolite grauitatis oblitū ita pueriliter inquietant ac mobiliter cursitare compellunt. Cūq; ille pro conscientie sue reatu ac turpi exagitatione cōfusus: crederet ardorē sui pectoris deprehensum: ac retectis seni sui cordis arcanis: nullā responsionē percōctanti se reddere prorsus auderet: reuertere inquit ad cellā: tandēq; te intellige vel ignoratum hacten⁹ a diabolo vel despectū: nec in eoꝝ numero reputatum: quibus ille quotidie confligere ⁊ colluctari profectib⁹ eoꝝ ac studijs instigatur: qui vnum eius in te directum iaculū post tantā annoꝝ seriem quā in hac professione triuisti: non dicā respuere: sed ne differre quidē vel vno die ac tolerare quiuisti: quo te sauciari dominus idcirco permissit: vt saltē in senecta disceres cōpati infirmitatibus alienis: ⁊ fragilitati cōdescendere iuniorum: tuis exēplis atq; experientia docereris: qui suscipiēs iuuenē infestatione diabolica laborātē: non modo nulla consolatione fouisti: sed etiam perniciosa desperatione deiectum inimici manibus tradidisti: quantū in te est: ab eodem lugubriter deuorandum: quē sine dubio nequaq̄ attemptasset tā vehemēti conflictu: quo te nūc vsq; est appetere dedignatus: nisi forte ꝓfectui eius inuidens inimicus: illam virtutez quā animis eius inesse cernebat anticipare ac ꝑuertere suis ignitis iaculis festinasset: proculdubio iudicans fortiorem cui tanta vehementia confligere operepreciū iudicauit. Disce itaq; tuis exēplis laborantibus cōdolere: ⁊ ꝑiclitātes nequaq̄ ꝑniciosa desperatione deterrere: nec durissimis sermonib⁹ asperare: sz potius leui blādaq; consolatione refouere: ⁊ ꝟm preceptū sapientissimi Salo-
ꝓuer.xxiiij. monis: eruere eos q̄ ducunt̄ ad mortē: ⁊ redimere eos q̄ interficiunt̄: nostriq; saluatoris exēplo arundinē quassatā nō cōterere ⁊ linū fumigās nō extinguere: illāq; a domino gratiā postulare: vt ipe quoq; fiducialiter valeas opere ac veritate dicere. Do-
Esa.l. minus dedit mihi linguā eruditā vt sciā sustētare eū qui lapsus est verbo. Nullus eñ posset insidias inimici sufferre: seu carnales estus naturali quodāmō igne flagrantes vel extinguere vel reprimere: nisi gratia dei: vel iuuaret fragilitatē nostrā vel protegeret vel sua misericordia communiret. Et idcirco salutaris huius dispēsationis ratione finita: qua vel illū iuuenem perniciosis estib⁹ dominus liberare: vel de impugnationis vehemētia ⁊ compatiendi affectu te voluit erudire: cōmunibus eū precibus imploremus: quo flagellū istud quod vtilitatis gratia do

minus inferre dignatus est hactenus iubeat tēperari: ipse enī Job. v.
dolorem facit ⁊ rursum medet: percutit ⁊ manus eius sanant:
ipse humiliat ⁊ exaltat: ipse occidit ⁊ vivificat: deducit ad in-
fernū ⁊ reducit: ⁊ ignita diaboli iacula q̄ (me arbitro) tibi ꝑmi-
sit instigi redūdāte diuino spiritus sui rore restinguat. Quā tē-
ptationē licet eadē celeritate qua inferri eā dominus passus est
ad vnā senis orationē sua pietate rursus abstulerit: hoc tñ evi-
denter experimēto docuit: non modo non exprobrari patefacta
cuiusq; vitia debere: sed ne dissimulare quidē laborantis dolorē
seu leuiter preterire. Et idcirco nequaq̄ nos vni⁹ senis sine pau
coꝝ vel imperitia vel leuitas ab illa salutari quaꝫ prediximus
via: ⁊ traditione maioꝝ deterreat ⁊ excludat: quoruꝫ canicie ad
deceptionē iunioꝝ callidissimus abutit inimicus: sed absq; vl-
lo cōfusionis operimento oīa debent senioribus reuelari: atq;
ab eis vel remedia nostris vulneribus vel exempla conuersatio
nis ac vite fiducialiter sumi: in quibus parem opē ⁊ similem ex
periemur effectum: si nihil penitus affectare nostro iudicio ac
presumptione temptemus.

¶ De vocatione Samuelis. Capitulum. xiiij.

Deniq; intantū placita deo hec sentētia comprobat: vt
etiā scripturis sanctis hanc eandē institutionē non ocio
se repiamus insertā: ita vt puerū samuelē, iudicio domi
ni preelectū: sua nollet ꝑ semetipsuꝫ diuini colloquij disciplina i. Re. iij.
dominus erudire: sed recurrere semel ⁊ iterum pateretur ad se-
nem: eūq; quē ad suum vocabat alloquium: etiā illius qui offen
derat deū: dummodo senioris doctrina vellet institui: ⁊ quem
sua vocatione dignissimum iudicaret: senioris mallet institu-
tione formari: vt scꝫ ⁊ illius qui ad diuinū ministeriū vocabat:
probaretur humilitas: ⁊ iunioribus forma subiectionis huius
proponeretur exemplo.

¶ De vocatione Pauli apostoli. Cap̄. xv.

Paulum quoq; per semetipsum vocans ⁊ alloquens xp̄s
cum posset ei perfectionis viā reserare confestim: nequa
q̄ facit: sed dirigit illū ad ananiā: ⁊ ab eo iubet viam ve
ritatis agnoscere: dicens. Surge ⁊ ingredere ciuitatē: ⁊ ibi tibi Actuū. ix.
dicetur quid te oporteat facere. Mittit itaq; ⁊ hūc ad seniorē:
eumq; illius potius doctrina q̄ sua censet institui: ne scilicet qd̄
recte gestū fuisset in paulo: posteris malū presumptionis prebe
ret exēplum: dum vnusquisq; sibimet ꝑsuaderet: simili modo se
quoq; debere dei soli⁹ magisterio atq; doctrina potius q̄ senio
rū institutione formari. Quā p̄sumptionē omnimodis detestā
dam ēt ipse apl̄us non solū litteris sꝫ etiā opere atq; exēplo do
cet: ob hoc solūmō se asserens hierosolymā conscendisse: vt euā-
geliū quod comitante gratia spiritussancti cū ptāte signoꝝ ⁊ pro
digioꝝ gentibus p̄dicabat: cū suis coapl̄is ⁊ antecessorib⁹ pri-

Gal.2. uata quodāmodo ac domestica examinatione cōferret. Et cōtul inquiens cū illis euangeliū quod predico inter gentes: ne forte inuacuū currerē aut cucurrissem. Quis ergo tam presumptor ⁊ cecus sit qui se audeat suo iudicio ac discretioni cōmittere: cum vas electionis indiguisse coapostolorū suoꝝ se collatione testet̄ Unde manifestissime comprobat̄: ne a domino quidē viam perfectionis quēpiam ꝓmereri: qui habēs vnde valeat erudiri: docrinā seniorū: vel instituta contēpserit: paruipendēs illud eloquiū qd̄ oportet diligentissime custodiri. Interroga patrē tuum ⁊ annunciabit tibi: seniores tuos ⁊ dicent tibi.

Deut.32.

¶ De appetenda discretione. Capitulum.xvj.

Omni igitur conatu debet discretionis bonū virtute humilitatis acquiri: que nos illesos ab vtraq; potest nimietate seruare. Uetus namq; sententia est: akrotete si sotetes: id est nimietates equales sunt. Ad vnū em̄ finē nimietas ieiunij ⁊ voracitas ꝑuenit: eodēq; dispendio vigiliarū immoderata continuatio monachum: quo somni grauissimi torpor inuoluit. Nā per excessum cōtinentie debilitatū, quemq; ad illum statum reuocari necesse est: in quo negligens quisq; per incuriam detinetur: ita vt frequenter quos per gastrimargiam decipi non potuisse conspeximus: per immoderationem ieiuniorum viderimus fuisse deceptos: atq; ad eandem quam vicerant passionem: infirmi[illegible] occasione fuisse collapsos. Uigilie quoq; ⁊ ꝑnoctationes irrationabiles deiecerūt: quos somnus suꝑare non potuit. Quapropter s̄m apostolum: per arma iusticie que a dextris sunt ⁊ a sinistris: recto moderamine transeundū est: ⁊ ita inter vtrasq; nimietates discretione moderante gradiendū est: vt nec traditum continentie tramitē acquiescamus excedere: nec rursum remissione noxia in gule ventrisq; desideria concidamus.

ἀχρότη
ταισί
σοτη
ταίσ

¶ De immoderatis ieiunijs ⁊ vigilijs. Capi.xvij.

Etenim memini me frequenter ita appetitum cibi penitus respuisse: vt duob⁹ diebus ac tribus refectione dilata: ne memoria quidem vllius edulij meā interpellauerit mentē: ⁊ rursus ab oculis meis ita somnū diaboli impugnatione subtractū: vt plures noctes ac dies paululū q̄d somni meis oculis a domino precarer infundi: grauiusq; me periclitatum sōni cibiq; fastidio: q̄ soporis ⁊ gastrimargie colluctatione ꝑsensi. Itaq; sicut festinandū nobis est ne appetitu corporee voluptatis in dissolutionē noxiam delabamur: ⁊ ante prestitutum tempus vel cibo nos indulgere vel modū eius sinamus excedere: ita est esce somniq; refectio hora legitima etiā si horreat: ingerenda. Utrūq; em̄ bellū aduersarij factione consurgit: ⁊ perniciosius cōtinētia immoderata: q̄ saturitas remissa supplantat. Ab hac nāq; ad mensurā districtionis intercedente cōpun-

ctione salub: i conscendi potest: ab illa non potest.

¶ Interrogatio de continentia vel refectionis mensura. Capitulum.xvij.

Ermanus: Quis igitur est continentie modus: quem g equo moderamine retinentes: inter vtrāq; nimietatē illesi transire possimus.

¶ De optimo cibi quotidiani modo. Capitulū.xix.

Dyses. Sup hac re inter maiores nostros frequenter m nouimus habitū fuisse sermonē atq; magnopere tractatū. Nā discutientes cōtinentias diuersoꝝ: q̄vel solis leguminib⁹ vel oleribus tm̄ vel pomis vitā ingiter exigebāt: proposuere cūctis illis refectionē ficci panis: cuius equissimū modū in duobus parimachis statuerūt: quos paruulos panes vix libre vnius pondus habere: certissimum est.

¶ Obiectio de facilitate continentie que duobus parimachis sustinetur. Capitulum.xx.

Ermanus. Nō nos gratāter amplexi respōdimus: hūc g modū nos minime pro continentia reputare: q̄ppe qui integrum eum nequaq̄ possemus: insumere.

¶ Responsio de virtute t mensura ex parte continentie. Capitulum.xxj.

Dyses. Si vultis experiri vim statuti huius: moduz m istum ingiter retinete: adiectionē nullā die dominico vel sabbato indulgētes: neq; interdū quoddam coctionis pulmentū sub aliqua aduenientiū fratrum occasione sumentes: quibus refecta caro: non solum minore quantitate diebus residuis poterit sustentari: verūetiam totā refectionē sine labore differre: illorum scilicet ciborum quos extrinsecus sumpserit adiectione suffulta. Nō nullo modo facere nec refectionē panis differre in diem posterum prenalebit: quisq; fuerit semper predicte mensure quātitate contentus. Etenim memini seniores nostros (qō nos quoq; retineo frequenter fuisse perpessos) cum tanto labore ac difficultate banc parsimoniā sustentasse: tanta q; vi atq; inedia predictā custodisse mēsurā vt inuiti quodāmodo: nec sine gemitu atq; tristicia būc finē sibi refectiōis ponerēt.

¶ Qui nam generalis continentie ac refectionis modus sit. Capitulum.xxij.

Eneralis tñ hic cōtinētie mod⁹ ē: vt ꝑ capacitatē virīs g vel corporis vel etatis: tm̄ sibimet cibi vnusq; cōcedat: q̄tū sustētatio carnis nō q̄rūdesiderū saturitatis exposcit. In vtrāq; enim parte sustinedā maximū detrimentū ēsq; incōmodatē tenēs: nunc y entrē ieiunioꝝ asperitate cōstringit:

nunc escarii nimietate distendit. Ut eñ mens sibi iinantate lassata ꝑdit orationū vigorē: dum carnis lassitudine nimia pregrauata: cōdormitare cōpellitur: ita rursum nimietate voracitatis oppressa: emittere suas preces ad deum paras leuesq; non poterit. Sed nec castimonie quidē ipsius puritatē indirupta valebit iugitate seruare: dū ei etiā diebus illis, quibus carnem acriore videt̄ continentia, castigare: preterita cibi materia q̄uis ad p̄sens defecto sit corpore ignē carnalis cōcupiscētie submīstrat.

¶ Quēadmodum abundantie humorū genitaliū castigentur. Capitulum.xxiij.

Nam quod semel ꝑ escarum abundantiā concretū fuerit in medullis: necesse est egeri: atq; ab ipsa nature lege propelli: que exuberantiā cuiuslibet humoris sup̄flui: velut noxiā sibi atq; ꝯtrariā in semetipsa residere nō patit̄. Ideoq; rationabilis semꝑ ⁊ equalis impendenda est castigatio: vt si naturali hac necessitate cōmorantes in carne omnimodis carere nō possumus: saltē rarius nos ⁊ nō amplius q̄ trina vice respersos isto deliquio: totius anni cursus inueniat. Qđ tñ sine vllo pruritu quietus egerat sopor: nō fallax imago index occulte voluptatis eliciat. Quāobrem hec est tēperata quā diximus cōtinētie equalitas atq; mēsurata q̄ patrū quoq; iudicio cōprobatur: vt quotidianā panis refectionē quotidiana comitet̄ esuries in vno eodēq; statu animā pariter, corpusq; cōseruans: nec ieiunij fatigatione cōcidere: nec grauari mentē saturitate ꝑmittens Tanta nāq; frugalitate finitur vt interdū se post vesperam: nec sentiat aut meminerit refecisse.

¶ De labore equalis refectionis: ⁊ de fratris beniamin edacitate. Capitulum.xxiiij.

Et intantū hoc nō sine labore perficit̄: vt malint hi qui ꝑfectionē discretionis ignorāt: etiam biduo protelare ieiunia: idq; qđ hodie sumpturi fuerant in crastinum reseruare: dūmodo ad refectionē ꝑuenientes: desiderata satietate potiant̄. Qđ nuꝑ beniamin ciuē vestrū ꝑtinaciter tenuisse cognoscitis: qui ne quotidiani paximacia duo percipiens: equali castigatione cōtinuatam parcitatē iugiter retētaret: maluit biduana ieiunia semꝑ continuare: dūmodo ad refectionē veniēs duplicata mēsura repleret ventris ingluuiez. Nā id quod biduo fuerat percepturus differens: vno die absolutionē ieiunij post biduum pariter insumebat: vt quattuor paximacia comedens: desiderata saturitate gauderet: ⁊ expletionem ventris sub biduano ieiunio quodammodo compararet. Qui obstinatione ⁊ pertinacia mentis sue diffinitionibus potius ꝓprijs q̄ senioꝝ traditionibus acquiescens: quali fine suum propositum termina-

ret: ꝓculdubio meministis. Si q̄dē relicta eremo rursus ad inanē philosophiā modi huius ac vanitatē seculi deuolutus: predictā sententiā seniorū sui casus signet exemplo: ruinaq̄ sua cunctos doceat: neminē suis moribus deditum: vel ꝓprio iudicio confidentē: perfectionis culmen aliquādo posse cōscendere: sed nec diaboli quidē perniciosas illusiones euadere.

¶ Interrogatio quō vna semper eadēq̄ mensura seruetur. Capitulum.xxv.

Germanus. Quomodo igitur a nobis hic modus indirupte valebit custodiri. Nā nonnūq̄ hora nona soluta iam statione ieiunij supuenientibus fratribus necesse est eoꝝ obtentu: aut adijci aliq̄d ad statutā solitāq̄ mensurā aut certe hūanitatē quā iubemur omnib⁹ exhibere penit⁹ abdicari.

¶ Responsio de non excedendo refectionis modo. Capitulum.xxvj.

Moyses. Utraq̄ vno modo ac sollicitudine pari cōuenit obseruari. Nā ⁊ mensurā cibi causa cōtinentie ac puritatis cū omni scrupulo custodire debemus: ⁊ hūanitatē atq̄ adhortationē aduenientibus fratrib⁹ charitatis obtentu similiter exhibere: quia satis absurdum est vt fratri immo christo mēsam offerēs nō cū eo cibū pariter sumas: aut ab ei⁹ refectione te facias alienū. Itaq̄ in neutra parte rep̄hensibiles inueniemur: si hec a nobis cōsuetudo teneat̄: vt hora nona de duobus paximacijs q̄ nobis canonica mēsura iure debent̄: vno paximacio p̄libato aliū huius expectationis gratia in vesperā reseruemus: quē si supuenerit quispiā fratrū cū ipso pariter insumam⁹: nihil cōsuetudini solite amplius adiūgētes: ⁊ hac dispēsatiōe nequaq̄ fratris nos cōtristabit aduentus q̄ nobis debet esse gratulabilis. Siq̄dē ita hūanitatis exhibemus obsequia: vt nihil a rigore cōtinētie relaxemus. Si vero nullus aduenerit: hūc queq̄ velut de canonico mō debitū nobis libere p̄sumemus: q̄ parcitate nec stomach⁹ vespere poterit aggrauari: q̄ppe hora nona vno paximatio iā premisso: qd̄ plerūq̄ his q̄ districtiorē abstinētiā se tenere credentes: totā refectionem ad vesperam differunt: euenire consueuit. Nā recens esce ꝑceptio tam in vespertinis q̄ in nocturnis oratiōibus: tenuē leuēq̄ sensum nō sinit inueniri. Ideoq̄ cōmodū satis ⁊ vtile hora nona refectōis tēpus indultū est: in q̄ reficiēs monach⁹ nō solū in nocturnis vigilijs leuis ac vacuus: verūetiā in ipsis vesp̄tinis solēnitatib⁹ digesto iā cibo inuenit̄ aptissimus. Talibus nos beatus moyses verbis erudiens: hoc nobis p̄cipuū gemina institutiōe cōtulit: vt nō solū discretiōis virtutē ⁊ gratiā: sed ipsius quoq̄ abrenūciatiōis rationē quā penitus ignorātes feruore immodo spiritus nostri ac zelo dei arripuisse videbamur incipientes agno-

scere: deinceps intelligerem⁹ quantū a puritate cordis ⁊ directionis linea fuissem⁹ in id ipis euacuati: absq; vlla dūtaxat destinatione vel fine tendētes. Et q̄d ꝑncipaliter tenere nos oporterer: quidve cauere similiter ecōtrario deberemus omnimodis ignorantes illamq; ꝑ omnib⁹ definitionē senis verissimā comprobauim⁹: nullū artis seu discipline peritiā posse sine destinationis rōne subsistere: nec sine cōtēplatione certi finis attingi.

¶ Explicit collatio secunda Abbatis Moysi de discretione.

¶ Incipit annotatio capitulorum collationis Abbatis Pafnutij de tribus abrenunciationibus.

La.j. De conuersatione ac vita abbatis pafnutij.
ij De sermone eiusdē senis ac respōsione nostra.
iij Propositio abbatis pafnutij de tribus vocationum generibus: ⁊ de tribus renunciationibus.
iiij Expositio trium vocationum.
v Quod ⁊ defidioso vocatio prima non profit: ⁊ strenuo postrema non obsit.
vj Expositio trium renunciationum.
vij Quemadmodum singularum renunciationum sit apprehendēda perfectio.
viij De proprijs diuitijs in quibus constat anime pulchritudo vel feditas.
ix De tripertito genere diuitiarum.
x Non posse quemq̄ primo tantum renunciationis gradu esse perfectum.
xj Interrogatio de libero arbitrio hominis: ⁊ gratia dei.
xij Respōsio de dispensatione diuine gratie manente arbitrij libertate.
xiij Quod directio vie nostre ex deo sit.
xiiij Quod scientia legis magisterio ⁊ illuminatione domini conferatur.
xv Quod intellectus quo mandata dei possimus agnoscere ⁊ bone voluntatis effectus a domino condonentur.
xvj Quod ipsa fides a domino concedatur.
xvij Quod moderatio ⁊ tolerātia temptationum nobis a domino tribuantur.
xviij Quod perpetuitas timoris domini nobis a domino conferatur.
xix Quod initium voluntatis bone ⁊ cōsummatio eius a domino sit.
xx Quod nihil in hoc mundo sine deo geratur.
xxj Obiectio super liberi arbitrij potestate.
xxij Responsio q̄ liberum arbitrium nostrum adiutorio domini semper indiget.

¶ Explicit annotatio capitulorum.

¶ Incipit collatio Pafnutij de tribus abrenunciationibus.

¶ De conuersatione ac vita Abbatis Pafnutij.

Capitulum.j.



In illo choro sanctoꝝ qui velut astra purissima in nocte mundi istius refulgebant vidimꝰ sanctũ Pafnutium vice luminaris magni claritate sciẽtie corruscantẽ. Hic nãq; presbyter cõgregatiõis nostre: id est illius que in eremo scythie morabatur: fuit: in qua ita vsq; ad extremam durauit etatem: vt nunq̃ e cella quaꝫ iunior ceperat habitare: queq; ab ecclesia milibus quinq; distabat: saltem ad viciniora migrauerit: ne fessus annis tanti itineris spacio: die sabbati vel dominico venturus ad ecclesiã vexaretur: sed nec vacuus quidẽ reuerti exinde contẽtus: vas aque quã per totã erat hebdomadã sumpturus ceruicibus suis onerans reportabat ad cellam. Cunq; nonagenariam excessisset etatem: nunq̃ passus est eam iuniorũ sibi labore deferri. Hic itaq; ab adolescentia sua: schole cenobij tanto ardore se tradidit: vt in ea paruo tempore commoratus: tam subiectionis bono q̃ vniuersarum virtutũ scientia pariter ditaret. Humilitatis namq; ⁊ obedientie disciplina omnes suas mortificãs voluntates: ⁊ ꝑ hanc extinctis vniuersis vitijs: cũctisq; virtutibꝰ cõsummatis: quas monasteriorum instituta vel antiquissimorũ patrũ doctrina fundauit: sublimioris ꝓfectus ardore succensus: eremi festinauit secreta penetrare: vt domino cui inter fratrũ turbas positus sitiebat inseparabiliter inherere: nullo deinceps ab eius contemplatione humano cõsortio vel imagine se retrahente facilius vniretur. Ubi rursum tanto feruore etiã ipsorum anachoretarum virtutes superans: desiderio ⁊ intentione iugis ac diuine illius theorie: cunctorum deuitabat aspectꝰ: vastiora ⁊ inaccessibilia solitudinis penetrans loca multoq; in eis tempore delitescens vt ab ipsis quoq; anacoretis difficulter ac rarissime deꝑhensus: angelorũ quotidiano consortio delectari ac ꝑfrui crederetur atq; ei merito virtutis huius ab ipsis inditũ fuerit bubali cognomentum.

¶ De sermone eiusdem senis ac responsione nostra.

Capitulum.ij.

Huius igit̃ magisterio institui cupientes: cogitationum etiam stimulis agitati: ad cellã eius iã die aduesperascente ꝑuenimus. Qui habito aliquantisper silentio cuꝫ propositum nostrum predicare cepisset: quod scilicet patriã relinquentes: tot ꝓuincijs pro amore dñi ꝑlustratis: egestateꝫ ac vastitatẽ eremi tolerare: ⁊ imitari rigorẽ cõuersationis illorum

tantope niteremur: quē vix ipsi qui in eadē necessitate atq; inopia nati educatiq; sunt sustinerēt. Respōdim⁹ nos ob id ad ei⁹ doctrinā ac magisteriū tetēdisse: vt imbui aliquatenus doctrina tanti viri possim⁹: quā innumeris documētis inesse eidē senseramus: nō vt illi⁹ que tñ in nobis nō essent laudibus grauaremur: aut in elatione animi: qua in nostris quoq; cellulis nō nunq̄ suggestione titillabamur inimici: ipsius quoq; sermonibus inflaremur. Quāobrē illa nobis potius p̄cabamur infundi: quib⁹ cōpungi vel humiliari: non quib⁹ nobismetipsis blādiri; extolliq; possimus.

¶ Propositio abbatis Pafnutij de tribus vocationū generibus: ⁊ de trib⁹ abrenūciationibus. Cap̄. iij.

Pafnutius. Tres inq̄t vocationuz sunt ordines: tres q̄z renūciationes monacho in quocunq; vocationis ordine cōstituto necessarias nouerimus. Et primam quidez causā que tres esse vocationū ordines diximus: oportet nos diligenter inquirere vt cū agnouerimus nos ad dei cultū primo gradu vocationis ascitos: ꝑm eius sublimitatē cōuersationis q̄z nostre congruentiā tempem⁹. Nihil enim proderit sublimiter inchoasse: si similem principijs non exhibuerimus ⁊ finem. Quod si etiā vltimo ordine nos a conuersatione seculi extractos fuisse cognoscimus: quāto minus ꝓbabili ad religionem principio videmur inniti: tāto acrius nosmetipsos ad meliorē finem spiritali feruore incitare curemus. Secundā quoq; causam trine abrenūciationis omnimodis nosse nos cōuenit: quia nullomodo ꝑfectionē poterim⁹ attingere: si ea vel ignorauerim⁹ vel scientes non cōtenderimus opere consummare.

¶ Expositio trium vocationum. Capitulum. iiij.

Vt igitur tres hi vocationū modi: speciali distinctione pandant. Primus ex deo est: secund⁹ per hominē: tertius ex necessitate. Ex deo quidē est quotiens inspiratio quedā immissa in cor nostrū: nōnunq̄ etiā dormientes nos ad desideriū eterne vite ac salutis exuscitat: deumq; sequi ⁊ eius inherere p̄ceptis: cōpunctione saluberrima cohortat: vt in scripturis sanctis: abraā voce dominica: de genitali solo ⁊ totius cognationis sue affectibus: patrisq; domo legimus euocatum: dicente domino. Exi de terra tua: ⁊ de cognatiōe tua: ⁊ de domo patris tui. Quo etiā mō beatū Antoniū accitū esse cognouimus: qui occasionē sue cōuersionis a sola diuinitate ꝑcepit. Ingressus nāq; ecclīam: ibiq; audiēs in euāgelio dñm p̄dicantem Qui nō odit patrē ⁊ mr̄em ⁊ filios ⁊ vxorē ⁊ agros. insup⁹ ⁊ aīaz suā: nō pōt me⁹ eē discipulus. Et. Si vis ꝑfect⁹ eē: vade ⁊ vende que habes ⁊ da pauperib⁹: ⁊ habebis thesaurū in celo: ⁊ veni sequere me. Preceptum hoc dñi velut specialiter ad se dire-

Gen. 12.

Luce. 14.
Matth. 19.

um cum summa cordis cōpunctione suscepit. Confestimq; renuncians cūctis: secutus est xp̄m nulla exhortatione neq; doctrina hoīm ꝓuocat⁹. Secūdus vocationis mod⁹ est quē fieri ꝑ hominē diximus: cū vel exemplis quorundam sanctorum vel monitis instigati ad desideriū salutis accēdimur. Quo nos q̄z gratia dn̄i retinemus ascitos: qui p̄dicti viri monitis ac virtutibus incitati: huic nos studio ꝓfessionisq; tradidimus: quo ordine etiā in scripturis sāctis ꝑ moysen filios israel de afflictione egypti legimus liberatos. Tertius ꝟo vocationis modus est qui ex necessitate descēdit: cum nos diuitijs mundi hui⁹ vel voluptatibus obligati: ingruentibus repente tēptationib⁹ que vel mortis pericula cōminant̄: vel amissione bonorū ac ꝓscriptione percutiunt vel charorū morte cōpungunt: ad dn̄m quem sequi in rerum ꝓsperitate contempsimus: saltem inuiti ꝓperare cōpellimur. Cuius vocationis necessitatē in scripturis quoq; sepissime reperim⁹: cū filios israel ob merita peccatorū suoꝝ legimus a domino traditos hostibus suis: ob quoꝝ dn̄ationem crudelitatemq; seuissimā rursus cōuersos ad dn̄m ꝓclamasse: ⁊ misit eis inquit dn̄s saluatorē aoth filū gera: filiū gemini: qui vtraq; manu vtebat̄ ꝑ dextera. Et rursum. Clamauerunt inquit ad dn̄m q̄ suscitauit eis saluatorē: ⁊ liberauit eos othoniel filiū chenem fratrē chaleph iuniorē. Et de talibus in psalmo dicit̄. Cū occideret eos tunc querebāt eū ⁊ reuertebant̄: ⁊ diluculo veniebant ad deū: ⁊ recordati sunt: qꝛ deus adiutor eoꝝ est: ⁊ de⁹ excelsus redēptor eoꝝ est. Rursumq;. Et clamauerūt ad dominū cū tribularentur: ⁊ de necessitatibus eorū liberauit eos.

Judic. 3. Ibidem. ps. 77. ps. 106.

¶ Quod ⁊ desidioso vocatio prima non prosit: ⁊ strenuo postrema non obsit. Capitulum. v.

Ex his itaq; tribus modis licet priores duo melioribꝰ inniti p̄ncipijs videant̄: nōnunq̄ tn̄ inuenimus etiam de tertio gradu qui infimus videt̄ ac tepidus: perfectos viros ac spiritu feruentissimos extitisse: illisq; cōsimiles q̄ optimo principio aggressi domini famulatū reliquam quoq; vitam laudabili feruore spiritus exegerunt. Et iterum de illo supiori gradu plurimos tabefactos: ad vituperabilē finē sepissime recidisse: ac ꝑinde sicut illis nihil obfuit ꝙ nō suo viderent̄ abstrio sz necessitatis cōpulsione ꝯuersi: quippe quib⁹ hācipsam occasionē qua cōpungerent̄. dn̄i benignitas ꝓcurauit: ita etiā istis oīno nihil ꝓfuit sublimiora cōuersionis habuisse p̄ncipia: qꝛ nō studuerūt reliquā vitā fine ꝯgruo terminare. Nec eñ abbati moysi qui habitauit in loco isti⁹ eremi cui calam⁹ nūcupatio est: q̄cq̄ defuit ad ꝑfecte btitudinis meritū: ꝙ metu mortis que ei ꝓpter homicidij crimen intentabat̄ impulsus ad monasteriū decucurrit: quā ita necessitate cōuersionis arripuit: vt eam in volūtatē prompta animi virtute cōuertēs ad ꝑfectionis fastigia sum

ma peruenerit: sicut etiam econtrario plurimis quos nominatim memorare nō debeo nihil profuit domini seruitutē meliore arripuisse p̄ncipio: qui deinceps cordis ignauia ac duricia subsequente: qua seniorū traditionibus acquiescere noluerūt: in teporem noxium: ac in ꝓfundum mortis baratrū cōciderūt. Quārem in apostolorū quoq; vocatione videmus euidenter expressaz. Quid eñ ꝓfuit inde apostolatus sublimissimū gradū eodē ordine quo petrus ceteriq; apostoli asciti sunt volūtarie suscepisse: q̄ vocationis sue p̄clara principia cupiditatis ac philargyrie: pestifero fine cōsummans: vsq; ad traditionē dñi crudelissimus parricidia ꝓrupit. Aut quid obfuit paulo ꝙ repente cecatus ad viā salutis velut inuitus videt̄ attract⁹: qui postea dñm tota animi deuotiōe sectat⁹: initiū necessitatis volūtate cōsummās: gloriosam tantis virtutibus vitā immutabili fine cōclusit. Totū ergo in fine cōsistit: in quo pōt quis ⁊ optime cōuersionis initijs dedicatus inferior per negligentiam reperiri: ⁊ necessitate attractus ad nomen monachi profitendum: effici per timorem dei diligentiamq; perfectus.

¶ Expositio triū abrenunciationū. Capitulum. vj.

Nunc de abrenūciationib⁹ disserendū est: quas tres esse ⁊ patrū traditio ⁊ scripturaꝝ sanctarū demonstrat auctoritas: quasq; vnūquenq; nostrū omni studio oportet implere. Prima est qua corporaliter vniuersas diuitias mūdi facultatesq; contēnimus. Scd̄a qua mores ac vitia affectusq; pristinos animi carnisq; respuimus. Tertia qua mentē nostrā de p̄sentibus vniuersis ac visibilibus euocātes: futura tantūmodo cōtēplamur: ⁊ ea que sunt inuisibilia cōcupiscimus. Que tria vt simul perficiant̄: ad abraā legimus a dño fuisse p̄cepta: cū dicit ad eū. Exi de terra tua: ⁊ de cognatiōe tua: ⁊ de domo p̄ris tui. Primū dixit: de terra tua: id est de facultatibus mūdi hui⁹ opibusq; terrenis. Scd̄o: de cognatione tua: id est de cōuersatiōe ⁊ morib⁹ vitijsq; prioribus: q̄ nobis a nr̄a natiuitate coherētia velut affinitate quadā ⁊ cōsanguinitate vident̄ eē cognata Tertio de domo patris tui: id est omni memoria mūdi huius q̄ oculorū occurrit obtutib⁹. De duobus eñ patribus: id est siue de illo quē deserere: siue de eo quē debemus expetere: ita per dauid ex ꝑsona dei canit̄. Audi filia ⁊ vide ⁊ inclina aurē tuā: ⁊ obliuiscere populū tuū ⁊ domū patris tui. Nā qui dicit: audi filia: pater vtiq; est: ⁊ illū cui⁹ domū vel populū monet obliuiōi dari: patrē nihilominus sue filie fuisse testat̄. Qd̄ ita fit cū mortificati cū christo ab elemētis huius mūdi cōtemplamur: ſm apostolū. Iā nō ea que vident̄: sed q̄ nō vident̄. Que eñ vident̄ temporalia sunt: que aūt nō vident̄ eterna. Et exeūtes corde de hac tēporali ac visibili domo ī illā domū in qua iugiter erim⁹ ꝑmāsuri: nr̄os oculos mentēq; dirigamus. Qd̄ tūc implebim⁹: cū in carne am-

Gen. 12.

Ps. 44.

2. Cor. 4.

bulātes: nō ꝑz carnē militare dño ceperimus: illā beati apl̄i sen
tentiā opere ac virtute nos q̄ clamātes. Noster aūt municipa-
tus in celis est. His tribus abrenūciationibus ꝓprie tres libri
salomonis aptant̄. Nā Prouerbia p̄me abrenūciationi conue-
niunt: quibus mores emēdant̄ incipiētiū: aut terrena vitia rese
cant̄. Scd̄e abrenūciatiōi. Eccl̄iastes: vbi vniuersa q̄ agunt̄ sub
sole: vanitas ꝓnunciant̄. Tertie Cāticū canticoꝝ: in quo mens
visibilia cuncta transcendens verbo iam dei ⁊ celestium rerum
contemplationi coniungitur.

¶ Quemadmodū singularum renūciationū sit appre hendenda perfectio. Capitulum. vij.

Quapropter nō multū ꝓderit primā nos abrenūciationē
ardore fidei suscepisse: si secundā nō eodē feruore ac stu
dio festinauerimꝰ implere. Et ita cū etiā hanc fuerimus
indepti: ad illā q̄ tertiā ꝑuenire poterimus: qua de domo prio-
ris nostri parētis egressi: quē ab exordio natiuitatis nostre ꝑm
veterē hominē ac pristinā cōuersationē: qñ eramus natura filij Eph. 2.
ire sicut ⁊ ceteri: patrē nobis fuisse meminimus: omnē mētis in
tuitū ad celestia deffectemus: De quo ēt patre ad hierusalē que
verū patrē deū cōtēpserat: d̄r. Pater tuꝰ amorreus: ⁊ mater tua Ezech. 16.
cethea. Et in euangelio. Vos ex patre diabolo estis: ⁊ desideria Johā. 8.
patris vestri vultis facere. Quē cum dimiserimus de visibilibꝰ
ad inuisibilia transmigrātes: cum apostolo dicere poterimus:
Scimus autē quoniā si terrestris domus nostra huius habita 2. Coꝝ. 5.
tionis dissoluat̄: ꝙ habitationē habeamus a deo: domū nō ma
nufactam eternā in celis. Et illud qd̄ pauloante commemorani
mus. Nostra autē conuersatio in celis est. Unde ⁊ saluatorē ex- Phil. 3.
pectamus dominū iesum christū: qui reformabit corpus humi
litatis nostre conforme corpori claritatis sue. Et illud beati da
uid. Quia incola ego sum in terra ⁊ peregrinus: sicut omnes pa Ps. 118.
tres mei: vt ꝑm domini vocē tales efficiamur quales illi de qui
bus hec dominus ad patrē in euāgelio loquebat̄. De mundo hoc Johā. 17.
nō sunt: sicut ⁊ ego non sum de hoc mundo. Et rursum ad ipsos
apostolos. Si de hoc mundo essetis: mūdus quod suum est vti Eiusdē. 15.
q̄ diligeret: sed quia de hoc mundo nō estis. sed ego elegi vos de
hoc mundo: propterea odit vos mūdus. Huius ergo renūciatio
nis tertie verā perfectionē tūc merebimur obtinere: quādo mēs
nostra nullo carnee pinguedinis bebetata contagio: sed peritis
simis elimationibꝰ expolita: ab omni affectu ⁊ qualitate terrena
per indesinentē diuinoꝝ meditationē: spiritalesq̄ theorias: ad
illa que inuisibilia sunt eousq̄ transierit: vt circundatā se fragi-
litate carnis ac situ corporis: supernis ⁊ incorporeis intenta
non sentiat: atq̄ in huiusmodi rapiatur excessus: vt nō solū nul
las voces auditu corporali recipiat: nec in tuendis preterenn-
tium hominū imaginibus occupet̄: sed ne astantes quidem ar-

horũ moles: ⁊ ingẽtes materias subiectas oculis carnis aspi-
ciat. Cui⁹ rei fidẽ atq; virtutẽ nemo nisi is capiet solus q̃ hec q̃
dicunt experientia magistra pceperit: cuius videlicet ita domi
nus oculos cordis de vniuersis presentibus auocarit: vt ea nõ
tanquã transitura: sed iam quasi non existentia reputans: ⁊ ve-
lut inanem fumũ in nihilũ resoluta: conspiciat: ambulansq; vt
enoch ⁊ ipse cũ deo: ac de humana conuersatiõe, moribusq; trãs
latus: nullatenus possit a quoq̃ in vanitate pñtiũ reperiri. Qd
in illo etiã corporaliter factũ: lectio geneseos ita commemorat:
Gen. 5. Ambulauitq; enoch cum deo ⁊ non inueniebat: quia transtulit
eũ deus. Apostolus quoq; ita cõmemorat: Fide enoch transla-
Hebre. 11. tus est vt non videret mortẽ: ⁊ non inueniebat: quia transtulit
Joh. 11. illũ deus. De qua morte dñs in euãgelio. Qui viuit inquit ⁊ cre
dit in me: non morietur in eternũ. Quapropter festinare debe-
mus si perfectionẽ veram desideramus attingere: vt quẽadmo-
dum corpore parẽtes: patriã: diuitias mundi: voluntatesq; de-
speximus: ita etiam corde hec offia relinquẽtes: nulla rursus
ad ea que dimisimus concupiscẽtia reuertamur: ne sicut de illis
scriptura cõmemorat: qui educti per moysen cum minime redis
se corpore videant: corde tamen reuersi dicuntur in egyptũ: re-
licto scilicet deo: qui eos eduxerat cũ tanta virtute signorũ: ido
la egypti que contẽpserãt venerãtes: sicut scriptura cõmemorat
Et reuersi sunt cordibus suis in egyptũ: dicentes ad aaron. Fac
nobis deos qui precedant nos: cũ illis etiã pariter condemne-
Exo. 52. mur: qui in eremo commorantes: post escam manne celestis de
siderauerunt vitiorum fetidos ac sordide vilitatis cibos: nosq;
cũ eis similiter pclamare videamur: Bene nobis erat in egypto
Exo. 16. vbi sedebamus super ollas carniũ ⁊ comedebamus cepas ⁊ al
Nume. 11. lia: ⁊ cucumeres ⁊ pepones. Que figura licet in illo pcesserit po
pulo: tamẽ nunc quoq; eã quotidie in nostro ordine ac professio
ne videmus impleri. Omnis eñ quicunq; post renunciationẽ
mundi huius ad antiqua reuertitur studia: ⁊ ad pristina deside-
ria reuocat: hec eadem cũ illis opere ac virtute proclamat: di-
cens. Bene mihi erat in egypto. Quorũ vereor ne tanta inueniẽ
da sit multitudo: quantas tunc sub moyse preuaricantium tur-
bas legimus extitisse. Nã cum sexcenta milia armatorũ de egy
pto dinumerentur egressa: ex his nõ sunt amplius q̃ duo tñ ter
rã repromissionis ingressi. Unde festinandũ nobis est: vt a pau
cis ac rarissimis sumamus exempla virtutũ: qr ꝑm illã quã dixi
mus figurã: in euãgelio quoq; multi vocati: pauci autẽ dicunt
electi. Nihil ergo nobis proderit abrenunciatio corporalis: et
localis ex egypto trãsmigratio: si renunciationẽ cordis que sub-
limior ⁊ vtilior est non valuerimus similiter obtinere. De illa
enim qua diximus abrenũciatione corporali: ita pronũciauit
1. Cor. 13. Apostolus. Si distribuero omnes facultates meas in cibos
pauperũ: ⁊ tradidero corpus meũ vt ardeã: charitatẽ autẽ non

habuero: nihil mihi prodest. Quod beatus Apl'us nunq̄ dixisset: nisi fieri hoc posse spiritu p̄uidisset: vt aliqui facultatib⁹ vniuersis in pauperū alimenta dispersis: ad perfectionem euangelicam ⁊ charitatis arduū culmen peruenire nō possint: quia scilicet pristina vitia morumq̄ incōtinentiā vel superbiam: vel impatientiā dominantē in suis cordibus retinentes: nequaq̄ se ab illis expurgare curauerint: ⁊ ob id ad charitatem dei que nūq̄ cadit: minime valeant peruenire: quiq̄ inferiores effecti: hoc secundo renunciationis gradu: multo minus illum tertiū qui pro culdubio est sublimior: apprehendunt. Diligentius tamē etiaz hoc mente perpendite q̄ non simpliciter dixerit: si distribuero facultates meas: videretur enim de illo forte dixisse qui nec dū euangelicū implens mandatū: sibi ex eis sicut nonnulli tepidorum faciunt: aliquid reseruasset: sed si distribuero inquit omnes facultates meas in cibos pauperū: id est etiam si perfecte abrenunciauero diuitijs istis terrenis. Huic q̄ renunciationi aliud maius adiunxit: ⁊ tradidero corpus meum vt ardeam: charitatem vero non habuero nihil sum. Ac si alijs verbis dixisset. Si distribuero in cibos pauperū omnes facultates meas ꝑm euāgelicū illud mandatū quo dicit. Si vis perfectus esse vade vende omnia que habes ⁊ da pauperibus: ⁊ habebis thesaurum in celo. ⁊ veni sequere me: ita scilicet abrenuncians vt ex his nihil penitus mihi reseruem: ⁊ huic erogationi martyriū quod quotidie sustineo: exustionem mee carnis adiunxero: ita vt corpus meū tradam pro christo: ⁊ tamē vel impatiens vel iracūdus: vel inuidus: vel superbus sim: vel aliorū inflammer iniurijs: vel querā que mea sunt: vel ea que mala sunt cogitē vel vniuersa q̄ mihi possunt inferri: nō patienter libenterq̄ sustineā: nihil mihi ꝓderit exterioris hom̄is abrenūciatio atq̄ cōbustio: interiore adhuc vitijs pristinis inuoluto: eo q̄ simplicē substantiā mundi hui⁹ prime ꝯuersionis feruore ꝯtemnēs: que nec bone eē nec mala: sz media diffinit: vitiosi cordis noxias facultates similr abijcere nō curarim. nec attingi dñicam charitatē que patiēs q̄benigna est: q̄ nō emulat: nō inflammat: nō irritat: non agit perperā: nō querit q̄ sua sunt: nō cogitat malū: q̄ omnia suffert: omnia sustinet: postremo q̄ sectatorē suū nūq̄ cadere finit supplātatiōe pcti

Ibidem.

Matth. 19.

Ibidem.

¶ De proprijs diuitijs in quibus constat anime pulchritudo vel feditas. Capitulum. viij.

Estinare igit debemus omni instātia vt interior q̄ noster hō vitiorū suoꝝ diuitias quas in anteriore cōuersatione contraxit: vniuersas abijciat atq̄ dispergat: q̄ corpori atq̄ anime iugiter coherētes proprie nostre sunt: ac nisi adhuc in h̄ corpe cōstitutis nobis abiecte fuerint ⁊ abscise: ēt post excessuz nos nō definēt cōitari. Ut essi virtutes (vel ip̄a charitas q̄ eaꝝ fons ē) in h̄ seculo cōq̄site: post finē q̄ hui⁹ vite pulchrū ac

splendidū amatorē suū reddūt: ita vitia obfuscatam quodāmo
do mentē coloribus tetris: ad illā perennē cōmorationē infectā
q̄ trāsmittunt. Pulchritudo enim vel feditas aīe: virtutuz seu
vitioꝝ gignitur qualitate. Ex quib⁹ quidā attractus color: aut
splendidā eā deo reddit ac pulchrā: ita vt a propheta mereatur
Ps̄.xliiij. audire. Et concupiscet rex decorē tuū. Aut certe atrā fetidā atq̄
deformē: ita vt ip̄m fetorē proprie fetiditatis ip̄a cōfiteat̄ ⁊ di-
Ps̄.xxxvij. cat. Computruerūt ⁊ corrupte sunt cicatrices mee a facie insipi
Hiere.viij. entie mee. Ipse quoq̄ dn̄s ad eam. Quare inquit non est obdu
cta cicatrix filie populi mei? Et idcirco he sunt ꝓprie nostre di-
uitie: q̄ cū aīa iugiter cōmorantur: quas nobis nullus regū: nul-
lus hostiū nec cōferre poterit nec auferre. He sunt proprie diui
tie nr̄e q̄s ne ipsa quidem mors valebit ab aīo separare quibus
vel renunciantes ad perfectionez possumus peruenire illigati:
vel implicati eterna morte percelli.

¶ De tripertito genere diuitiaꝝ. Cap̄.ix.

Tripertito enim mō in scripturis sanctis intelligunt̄ di
uitie id est: male: bone medie. Male quidē sunt: de q̄b⁹
Ps̄.xxxiij. dicitur. Diuites eguerunt ⁊ esurierūt. Et ve vobis diui-
Luce.vj. tes: q̄ recepistis consolationē vestrā. Quas etiā diuitias pec-
catoꝝ abiecisse summa ꝑfectio est. Ad quaꝝ distinctionem sunt
pauperes illi qui in euāgelio: dn̄i voce laudant̄. Beati pauꝑes
math.v. spū: quoniā ip̄oꝝ est regnū celoꝝ. Et in Ps̄. Iste pauꝑ clamauit
Ps̄.xxxiij. ⁊ dn̄s exaudiuit eū. Et iterum. Pauper ⁊ inops laudabit nomē
Ps̄.lxxiij. tuū. Sūt ēt bone quas acquisisse magne virtutis ac meriti est:
Ps̄.iij. quas vir iustus possidēs collaudat̄: dicēte dauid. Generatio re
puer.xiij. ctoꝝ benedicet̄. Gloria ⁊ diuitie in domo ei⁹: ⁊ iusticia eius ma
net in seculū seculi: Et iteꝝ. Redemptio aīe viri proprie diuitie
Apoc.iij. eius. De quibus diuitijs spiritalibus in Apocalypsi dicit̄: illi
qui eas nō habēs vituperabiliter pauꝑ ⁊ nudus est. Incipiā te
inquit euomere ex ore meo: q̄ dicis ꝙ diues sum ⁊ locuples: ⁊
nullius egeo: ⁊ nescis q̄ tu es miser ⁊ miserabilis: ⁊ pauꝑ ⁊ ce-
cus ⁊ nudus: suadeo tibi a me emere auꝝ ignitū probatū vt lo-
cuples fias: ⁊ vestimētis albis induaris: ⁊ nō appareat confu
sio nuditatis tue. Sunt q̄ medie: id est q̄ pn̄t vl̄ bone eē vel ma
le. Ad vtrāq̄ eñ ꝑtē ꝓ arbitrio vel qualitate vtentiū trāsferun-
j.Timo.vj tur. De quibus beatus apl̄us. Diuitibus ait mūdi huius preci
pue non sublime sapere: nec sperare in incerto diuitiarum: sed
in deo q̄ prestat nobis abunde omnia ad fruēdū: bn̄ facere: fa
cile tribuere: cōicare: thesaurizare sibi fundamētū bonū in futu
rū vt apprehēdant verā vitā. Quas iteꝝ diues ille in euāgelio
retinens ac nequaq̄ indigentibus subministrans: de cuius mi-
Luce.xvj. cis saturari pauper lazarus ante fores eius exposit⁹ cupiebat
intolerandis gehenne ignibus: ⁊ eterno deputatur ardori.

¶ Non posse quenquam primo tantū renunciationis gradu esse perfectum. Capitulum.x.

b As igitur visibiles mundi diuitias relinquentes: nō nostras sed alienas abijcim⁹ facultates: q̄uis eas gloziemur vel nro labore q̄sitas: vel parentū ad nos hereditate transmissas. Nihil enim vt dixi nostrū est: nisi hoc tm̄ qō cor de possessiuz: atq; aie nre coherens: a nemine pōt prius auferri De quibus visibilibus diuitijs ad eos qui illas tanq̄ proprias retentantes cōtare indigētib⁹ nolūt: increpās loquit̄ xp̄s. Si in alienis fideles nō fuistis: qō vestrū est qs dabit vobis: Euidenter igit̄ has diuitias alienas esse nō solū quotidiana expientia docet: verūetiā sentētia dñi ipsa appellatione qua eas significauit: expressit. De vltimis vero diuitijs loquit̄ petrus ad dñm. Ecce nos reliquimus oia: t secuti sumus te: quid ergo erit nobis? Qui vtiq; nihil amplius q̄ vilissima cōscissaq; retia dimisisse noscuntur. Que oia nisi in hac abrenūciatione vitioz q̄ vere magna t summa est fuerint intellecta: nec p̄ciosum aliq̄d inuenim⁹ apl̄os reliquisse: nec dñm habuisse: propter qō illis tāta beatitudinis gloriā largiret: vt ad eode mererent audire. In regeneratione cū sederit filius hois in sede maiestatis sue: sedebitis t vos super sedes duodeci: iudicātes duodecim trib⁹ israel. Si igit̄ hi qui specie terrenas istas ac visibiles abdicāt facultates: certis ex cāis ad illā aplicā charitatē puenire nō p̄t: nec illū sublimiorē paucozūq; admodā renūciationis gradū tertiū attingere queūt: qd illi de semetipsis iudicare debeāt: q nec p̄mā q̄dē q̄ facilis est specte arripientes: atq; antiq̄s pecuniaz suaz rū sordes cū infidelitate pristina retētātes: nudo tm̄ sibimet animā monachoz vocabulo gloriādū. Ergo prima qua dicim⁹ abrenūciatio rez alienaz est. iōq; p se solā: spectionē renūciantī cōferre nō sufficit: nisi puenerit ad secundā: q̄ vere abrenūciatio rez nostraz est. qua adepti expulsione oīum vitioz: tertie q̄ ab renunciationis fastigia cōscendem⁹: p qua nō solū oia q̄ in hoc mūdo gerunt̄: vel priculatim ab hominib⁹ possidentē: veruetiā ipam cūctoz elemētoz plenitudinē: q̄ putat̄ esse magnifica tāq̄ vanitati subiectā: t mox trāsituraz trāscedētes: atq; ac mēte despicimus: intuētes oītaz at ꝑm Apostolū: nō ea q̄ vident̄: sed q̄ nō vident̄: q̄ essi vident̄ temporalia sunt: q̄ aūt nō vident̄ eterna: vt ita demū illud supremū mereamur audire: qō dicit ad abraam. Et veni in terrā quā tibi mōstraue ro. Per qō euidenter oñditur: q̄ nisi quis tres superiores illas abrenūciationes impleuerit: ad quartū hoc puenire nō possit: qō remūerationis ac premij vice taliter renunciantī tribuit̄: id est: vt terram repromissionis meretur intrare: nequaq̄ sibi iam vitioz spinas ac tribulos germinantē: que post expulsionē passionū cūctarū: puritate cordis in hoc corpore possidetur: quam non virtus vel industria labo

Luce.xvi.

matth. xix.

matth. xix.

ij. Cor. iiij.

Gen. xij.

rantis monstrabit ei: sed ipse dominus ostensurum se esse promittit: t Veni inquiens in terrā quā tibi monstrauero. Per qō manifeste probat t initiū nostre salutis dīi vocatione fieri dicentis. Egi de terra tua: t cōsummatione pfectionis ac puritatis ab eodē similiter tribui: cū dicit. Et veni in terrā quam tibi monstrauero: id est: nō quaz tu ex temetipso nosse: vel industria tua poteris reperire: sed quā ego tibi, non solū ignozāti: sed etiā non inquirenti monstrauero. Et quo manifeste colligit ꝙ quemadmodū inspiratione domini prouocati ad viā salutis accurrimus: ita etiam magisterio ipsius t illuminatione deducti: ad perfectionem summe beatitudinis pernenimus.

Ibidem.

¶ Interrogatio de libero arbitrio hominis: t gratia dei. Capitulum.xj.

Germanus. In quo ergo liberū consistit arbitriū: nostrecz ꝙ laudabiles sumus reputaz industrie: si deꝰ in nobis omnia que ad nostram perfectionem tendunt: t incipit t consummat.

g

¶ Responsio de dispensatione diuine gratie manēte arbitrij libertate. Capitulum.xij.

Abbas. Hoc vos recte moniisset si in omni opere vel disciplina principiū tantū esse ac finis t nō etiā quedaz medietas interesset. Itacz sicut occasiones salutis diuersis modis deū cognoscimꝰ opari: ita nr̄m est occasionibus a diuinitate concessis: vel citius vel remissius famulari. Nā sicut dei fuit vocātis oblatio. Egi de terra tua: ita abrae fuit exequtis obedientia: t quēadmodū illud qō dicitur. Et veni in terrā: vt faciat obtemperantis est opus. ita illud quod additur. Quā tibi monstrauero: iubentis dei vel promittentis est gratia. Certos tū nos esse conuenit ꝙ omnē virtutē indefessis conatibus exercentes nequaqz diligentia vel studio nostro perfectionem possimus attingere: nec sufficiat humana sedulitas laboz merito ad tam sublimia beatitudinis premia pnenire: nisi ea domino nobis cooperante: t coz nostrum ad id quod expedit dirigente suerimus indepti: ideocz debemus cū dauid ozantes momēta singulis dicere. Perfice gressus meos in semitis tuis: vt non moueanꝰ vestigia mea. Et. Stratuit supra petrā pedes meos: t direxit gressus meos: vt nostrum arbitriū qō proclinius vel ignoratione boni: vel oblectatione passionū ferē ad vitia: ille inuisibilis rector mētis humane ad virtutū potius studia contozqne re dignemur. Quod vno versiculo per prophetā manifestissime legimus decantari. Impulsus versatus sum vt caderē: in quo liberi arbitrij infirmitas designat: t dominus suscepit me: rursum adiutozium domini inuictū eidez semper ostenditur quo ne penitus libero collabamur arbitrio: cuz titubasse nos viderit:

Ps. xvj.
Ps. xxxix.
Ps. cxvij.

porrectione quodammodo manuū suarū sustentat atq; confirmat. Et iterū. Si dicebā motus est pes meus: lubrica scz arbitrij facultate: misericordia tua domine adiuuabat me: iterū mobilitati sue dei cōiungit auxiliū: q̄ ne moueret pes fidei sue: nō industrie proprie fuisse: sz misericordie dñi cōfitet. Et iterū. Secūdū multitudinem dolorū meorū in corde meo: qui libero vtiq; mihi nascebant arbitrio: consolationes tue letificauerūt aīam meā: per tuā scilicet inspirationem venientes in cor meū: ⁊ reserantes cōtēplationē futurorū bonorū: q̄ pro tuo nomine laborantibus p̄parasti: nō solū abstulerūt omnē anxietatē cordis mei: verūetiā summā leticiā cōtulerunt. Et rursum. Nisi qr dominus adiuuit me: paulominus habitauerat in inferno anima mea: libero vtiq; arbitrio: per quod se in inferno habitaturū fuisse testatur: nisi dñi fuisset adiutorio ac protectione saluatus. A domino eñ non a libero arbitrio gressus hominis dirigentur. Et cū ceciderit iustus: libero dūtaxat arbitrio: nō collidet. Quare qr dominus supponit manū suam. Hoc est appertissime dicere. Nullus iustorū sibi sufficit ad obtinendā iusticiam: nisi per momenta singula titubanti eidem ⁊ corruenti fulcimenta manus sue supposuerit diuina clementia: ne prostratus intereat penitus cum fuerit liberi arbitrij infirmitate collapsus.

Ps. xciij.
Ibidem.
Ibidem.
Ps. xxxvi.

¶ Quod dilectio vie nostre ex deo sit. Capitulum. xiij.

Nec sane vnq̄ viri sancti directionē vie qua gradiebant ad profectū virtutū cōsummationēq; tēdētes: industria se propria obtinuisse testati sunt: sed eā potius a dño cōsequi precabant dicētes. Dirige me in veritate tua. Et. Dirige in conspectu tuo viā meā. Alius autē nō solū fide: sed etiā experimēto: ⁊ quodāmō in ipsa rerū natura: hocipsum se deprehēdisse proclamat. Cognoui dñe qr non est in hoīe via eius: nec viri est vt ambulet ⁊ dirigat gressus suos. Et ipse dominus ad israelē. Et dirigam eum ego inquit vt abietem virentem: ex me fructus tuus inuentus est.

Ps. xxiiij.
Ps. v.
Osee. xiiij.

¶ Quod sciētia legis magisterio ⁊ illuminatione domini conferatur. Capitulum. xiiij.

Legis quoq; ipsius scientiam nō lectionis industria: sed magisterio ⁊ illuminatione dei quotidie desiderant adipisci: dicentes ad eum. Vias tuas domine demonstra mihi: ⁊ semitas tuas edoce me. Et. Reuela oculos meos: ⁊ cōsiderabo mirabilia de lege tua. Et: Doce me facere voluntatem tuam: quia deus meus es tu. Et iterum. Qui docet hominem scientiam.

Ps. xxiiij.
Ps. cxviij.
Ps. cxlij.
Ps. xciij.

¶ Qd intellectus quo mandata dei possimus agno

scere ⁊ bone voluntatis effectus a domino condonetur.

Capitulum.xv.

Psum etiã intellectũ btũs dauid quo mãdata dei poisit agnoscere: que vtiq; in libro legis nouerat esse perscripta: a dño postulat ꝓmereri: dicẽs. Seruus tuus ego sum: da mihi intellectũ vt discã mãdata tua. Utiq; ⁊ intellectũ semel sibi ꝑ naturã prestitũ possidebat: noticiam quoq; mãdatoꝝ dei que descripta tenebant in lege: vtiq; habebat in promptu: ⁊ tñ vt hanc plenius apprehendat dominũ deprecat: sciens ne quaq̃ sibimet sufficere posse id qđ ꝑ naturã cõditionis insertum est: nisi quotidiana dñi illuminatione ad intelligendã spiritualiter legẽ ac mãdata eius apertius agnoscẽda: sensus ipsius ab eodẽ fuerit illustratus. Ipso etiã vase electionis: hoc qđi dicim⁹ clarius predicãte. De⁹ est eñ q̃ operat in nobis: ⁊ velle ⁊ perficere ꝑ bona voluntate. Quid potuit apertius dici: q̃ vt ⁊ bonã voluntatẽ nostrã ⁊ opis cõsummationẽ a domino in nobis ꝓnunciaret ⁊ impleri. Et iterũ: Quia vobis donatũ est ꝑ christo non solum vt in eum credatis: sed vt etiam pro illo patiamini. Hic quoq; ⁊ initiũ cõuersionis ac fidei nostre ⁊ passionũ tolerãtiã donari nobis a dño declarauit. Qđ intelligẽs dauid quoq; similiter orat sibi hoc ipsum domini miseratione cõcedi: dicẽs. Cõfirma hoc deus quod opatus es in nobis: ostẽdens nõ sufficere sibi salutis principia dono dei gratiaq; collata: nisi fuerint eadẽ miseratione ipsius ⁊ quotidiana opitulatione ꝑfecta. Non eñ liberum arbitriũ: sed dominus soluit compeditos. Non nostra virtus: sed dominus erigit eligos. Non lectionis industria sed dominus illuminat cecos. Qđ grece dicit kyrios sophoi typhloso id est dominus sapientes facit cecos. Nõ nostra cautio sed dominus custodit aduenas. Nõ nostra fortitudo: sed dominus alleuat siue suffulcit omnes qui corruunt. Hec aũt dicimus nõ vt studium nostrũ vel laborẽ atq; industriam quasi inaniter ⁊ supfluo impẽdenda vacuemus: sed vt nouerimus nos sine auxilio dei: nec adniti posse: nec efficaces nostros esse conatus ad capessendum tam immane premiũ puritatis: nisi nobis adiutorio domini ac misericordia fuerit contributum. Equus enim paratur in diem belli: a domino est adiutoriũ: quia nõ est in fortitudine sua potẽs vir. Oportet igitur nos semper cũ beato dauid canere. Fortitudo mea ⁊ laudatio mea: nõ liberũ arbitrium sed dominus: ⁊ factus est mihi in salutẽ. Qđ doctor quoq; gentium non ignorans: idoneum se factũ ministerio noui testamenti. non suo merito nec sudore: sed dei miseratione proclamat. Non q̃ simus inquit idonei cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis: sed sufficientia nostra ex deo est quod minus latine sed expressius dici potest: idoneitas nostra ex deo est. Deniq; sequitur Qui ⁊ idoneos nos fecit ministros noui testamenti.

Ps.118.

Phil.2.

Eiusdẽ.1.

χὐρίοσ σοφοὶ τυφλόεσ

Prouer.21.

Ps.117.

2.Cor.3.

¶ Quod ipsa fides a domino cōcedatur. Capi.xvj.

In tantum autem vniuersa que ad salutem ꝑtinent apostoli sibimet a domino largita senserunt: vt ipsam quoq; fidem prestari sibi a domino postularent dicentes: Domine adde nobis fidem. Plenitudinē eius non libero arbitrio p̄sumētes: sed dei sibi credētes munere conferendā. Deniq; docet nos idem auctor salutis humane q̄ ipsa fides nostra lubrica sit ⁊ infirma: ⁊ nequaq̄ sibi sufficiens nisi fuerit auxilio domini roborata: dicens ad petrū. Simon simon: ecce sathanas expetiuit vos vt cribraret vos tāq̄ triticum: sed ego rogaui patrem meū ne deficeret fides tua. Qd̄ alius in semetipso sentiēs fiert: ⁊ quodāmodo fidem suā infidelitatis fluctibus ad perniciosi naufragij vidēs scopulos perurgeri: ad eundē dominū auxiliū fidei sue postulans dicit. Domine adiuua infidelitatē meā Intantum itaq; senserunt euangelici ⁊ apostolici viri vniuersa que bona sunt: auxilio domini cōsummari: vt ne ipsam quidem fidem suam confisi sint illesam se posse suis viribus vel arbitrij libertate seruare: vt hanc vel adiuuari in se vel donari sibi a domino postularent. Que si in petro ne deficeret domini egebat auxilio: quis erit tā presumptor ⁊ cecus: qui se erga huius custodiam quotidiano domini credat adiutorio non egere: presertim cū ipse dominus in euāgelio hoc ipsum euidenter expresserit: dicens. Sicut palmes nō potest fructū facere a semetipso nisi in vite manserit: ita ⁊ vos nisi in me māseritis. Et iterum. Quia sine me nihil potestis facere. Quā sit igitur ineptum ac sacrilegum quicq̄ de bonis actibus nostre industrie ⁊ non dei gratie vel adiuiorio deputare: māiseste ꝓbat̄ dn̄ica ꝓtestante sentētia sine sua opitulatiōe vel inspiratōe: spiritales fructꝰ exhibere neminē posse. Omne enim datū bonū: ⁊ omne donum perfectū desursum est: descēdēs a patre luminū. Zacharias quoq;. Quia si q̄d boni: ipsius est: ⁊ si q̄d optimū ab ipso. Et ideo cōstanter beatus Apostolus. Quid em̄ habes quod non accepisti. Qd̄ si accepisti: quid gloriaris quasi nō acceperis.

Luce.17. Luce.22. Marci.9. Joan.15. Ibidem. Jacobi.1. Zach.9. 1.Cor.4.

¶ Quod moderatio ⁊ tolerantia temptationū nobis a domino tribuatur. Capitulū.xvij.

Summā quoq; tolerantie: qua temptationes illicitas sustinere possimus: nō tam in nostra virtute q̄ in dei misericordia ⁊ moderatione cōsistere: beatus apostolus ita pronunciat. Temptatio vos non apprehēdat nisi humana: fidelis aūt deus q̄ nō permittit vos temptari super id qd̄ postetis: sed faciet cū tēptatione etiā exitū vt sustinere possitis. Deū quoq; aptare siue cōfirmare animos nostros ad omne opus bonū ⁊ operari in nobis ea que sibi sunt placita idem Apostolꝰ docet Deus aūt pacis qui eduxit de tenebris pastorez magnū ouium

1 Co.10. Heb.13.

in sanguine testamenti eterni iesum christū: aptet vos in omni bono: faciens in vobis qđ placeat corā se. Quod etiā thessalo-
2. Thes. 2. nicensibus vt eueniat ita precatur dicens. Ipse aūt dominus iesus christus ⁊ deus pater noster qui dilexit nos: ⁊ dedit consolationē eternā ⁊ spem bonā in gratia: exhortetur corda vestra ⁊ confirmet in omni opere ⁊ sermone bono.

¶ Qđ perpetuitas timoris domini nobis a domino conferatur. Capitulum. xviij.

Ipsum denique timorē dei quo firmiter eū tenere possim⁹ a domino nobis infundi. Hieremias propheta ex per-
Hiere. 32. sona dei manifeste testat̄ ita dicens. Et dabo eis cor vnū ⁊ viam vnā: vt timeant me vniuersis diebus: ⁊ bene sit eis ⁊ filijs eoꝝ post eos: ⁊ faciam eis pactū sempiternū: ⁊ nō desinā eis benefacere: ⁊ timorē meū dabo in corda eorū vt non recedāt
Ezech. 11. ⁊. 36. a me. Ezechiel quoque. Et dabo eis cor nouum: ⁊ spiritum nouū tribuam in visceribus eorum ⁊ auferā cor lapideū de carne eorum: ⁊ dabo eis cor carneum: vt in preceptis meis ambulent: ⁊ iudicia mea custodiant: faciantque ea: ⁊ sint mihi in populum: ⁊ ego sim eis in deum.

¶ Qđ initium voluntatis bone ⁊ consummatio eius a domino sit. Capitulum. xix.

Quibus māifestissime perdocemur ⁊ initiū voluntatis bone nobis domino inspirāte cōcedi: cū aut per se: aut ꝑ exhortationē cuiuslibet hominis: aut per necessitatē nos ad salutis attrahit viam: ⁊ perfectionē virtutum ab eodez similiter condonari: nostrū vero hoc esse: vt exhortationē auxiliūque dei vel remissius vel enixius exequamur: ⁊ ꝓ hoc nos vel remunerationē vel supplicia dignissima ꝓmereri: ꝙ eius dispensationi ac prouidētie circa nos benigne collate: vel negleximus vel studuimus nostre obediētie deuotione cōgruere. Qđ euiden-
Deute. 7. ter in deuteronomio aperteque describit̄: Cū inquit introduxerit te dominus deus tuus in terrā quam possessurus ingredieris: ⁊ deleuerit gentes multas corā te: etheum ⁊ gergeseum ⁊ amorreū chananeū ⁊ pherezeū eueum ⁊ iebuseū: septem gētes multo maioris numeri ⁊ robustiores te: tradideritque eas tibi: ꝑcuties eos vsque ad internetionē: nō inibis cū eis fedus: neque sociabis cum eis cōiugia. Qđ igit̄ introducūtur in terrā repromissionis: ꝙ delentur gētes multe corā eis: ꝙ tradunt̄ in manus eoꝝ nationes maioris numeri: ⁊ robustiores q̄ ppl̄s israel: dei esse gratiam scriptura pronūciat. Utrū aūt ꝑcutiat eas israel vsque ad internetionē: an reseruet eas ⁊ parcat. ⁊ nō ineat cū eis fedus: ⁊ vtrū nō societ cū eis coniugia. an societ: ipsoꝝ esse testat̄. Quo testimonio manifeste discernit̄: quid libero arbitrio: q̄dve dispēsationi vel quotidiano adiutorio dñi debeamus ascribere: ⁊ ꝙ diui-

ne sit gḟe prestare nobis pñtes scōs atq victoriā: nr̄m vero esse vt cōcessa dei būficia vel intentus vel segnius exequamur Quā rationē etiā illoꝝ cecoꝝ curatiōe satis euidēter videmus expressam. Q̄ō cū trāsijt ante eos iesus: diuine pnūciēt dignationis est gratia. Q̄ō vociferant ꝛ dicūt. Miserere nr̄i dñe fili dauid: fidei ipsoꝝ ꝛ credulitatis est opus. Q̄ō visum recipiūt oculoꝝ. diuine miserationis est mun⁹. Q̄ō aūt etiā p̄ceptionē cuiuslibet muneris tā gratia dei q̄ ratio liberi arbitrij psentet: lepꝛosoꝝ q̄ decē q̄ pariter curati sunt: declarat exēplū. Ex q̄ bus oū vnus p arbitrij sui bonū: gratiaꝝ restituit actionē: dñs nonē inḡrens vnūq collaudās: solicitudinē adiutorij sui etiā circa inemorēs vnūq bñficiorū suoꝝ ingem retinere se mōstrat. Hoc ipsum enī visitationis sue donū est: q̄ vel suscipit ꝛ approbat gratum: vel requirit ac reprehendit ingratos. Matb.26. Luce.17.

¶ Q̄ō nihil in hoc mūdo sine deo geratur. Cap.xx.

c Redere tñ inconcussa fide nos conuenit: nihil sine deo prius in hoc mōdo geri. Aut cū voluntate eius aut p̄missu agi vniuersa fatendū est: vt scz bec q̄ bona sunt voluntate dei pficiāt auriliocq̄ credant: q̄ aūt ꝓtraria sunt: p̄missu cū p̄ne q̄ctis ac ōnicia cordis nr̄i deserens nos diuina p̄tectio: diabolū nobis vel ignominiosas coporis passiones patitur ōnari Q̄ō etiā apostoli vocibus euidētissime ꝑdocemur dicētis. Propter q̄ tradidit illos deus in passiones ignominie. Et iterum. Qui nō credidērūt deū habere in noticia: tradidit illos deus in reprobū sensum: vt faciāt ea q̄ nō cōuenit. Ipse q̄ dñs p̄ ꝓphetā ait. Et nō audiuit populus vocē meā: ꝛ israel nō intendit mihi. Propter q̄ dimisi eos inquit p̄m adinuētiones cordis eorum ambulabunt in adinuentionibus suis. Roma.1. Ibidem. Ps.80.

¶ Obiectio super liberi arbitrij potestate. Ca.xxi.

g Ermanus. Hoc testimoniū aptissime liberū demōstrat arbitriū: quo dicitur. Si populus meus audisset me: ꝛ nō audiuit populus meus vocē meā. Cū ēt dicit. Si audisset: ostendit in potestate illius fuisse vel acquiescēdi vel nō acquiescēdi indicīū. Quomō igitur nō in nobis nr̄a salus est colocanda: cū sit in nobis: vel audiendi vel nō audiendi facultas. Ps.80.

¶ Responsio q̄ liberū arbitriū nostrū adiutorio dñi semper indigeat. Capitulum.xxii.

p Afuntius. Acute quidem consideraſtis hoc quod dicitur. Si audisset me: ꝛ non attendistis illum qui ad audientem vel non audientē loquitur: nec illud q̄ sequit Pro nihilo vtiq̄ inimicos eoꝝ būliasset: ꝛ sup tribulātes eos mi sisset manū meā. Nemo igit̄ bec q̄ ꝓtulim⁹ vt nihil geri sine dño ꝑbaremus: prana interꝑtatiōe detoꝝ quens ad defensionē liberi

arbitrij ita ꝓtemptet assumere: vt ab homine gratiam dei ꝓuisionēq; quotidianam velit auferre per hoc ꝙ dicitur. Et non audiuit populus meus vocem meā. Et iterū. Si populus meus
Ibidem. audisset me: israel si in vijs meis ambulasset ꝛc. sed respiciat ꝙ sicut liberi arbitrij facultas populi inobedientia cōprobatur ita quotidiana circa eū ꝓuisio dei clamantis quodammodo ꝛ monētis ostēditur. Cū essi dicit. Si populus meus audisset me
Esa.65. ꝓuisorem vtiq; se locutū eis euidēter ostendit: qō fieri a domino non solū per legem ꝓscriptā litteris: verūetiā quotidianis monitis solet: ꝑm illō qō ꝑ Esaiam dicitur. Tota die expandi manus meas ad populū non credētē mihi: sed contradicētē. Utrū ꝙ ergo potest hoc testimonio cōprobari qō dicit. Si populus meus audisset me: israel si in vijs meis ambulasset: ꝓ nihilo vtiq; inimicos eorum humiliassem: ꝛ super tribulātes eos misissem manū meam. Nam sicut liberum arbitrium per inobediētiam populi demonstratur: ita dispensatio dei ꝛ auxilium eius versiculi ipsius initio declaratur ac fine: cum se ꝛ ꝓuisorem locutum fuisse testat: ꝛ postea inimicos eius humiliaturū si ab eo dēfecisset auditus. Nos essi per hec que ꝓtulimus nō liberū arbitriū hominis volum⁹ submouere: sed huic adiutorio ꝛ gratiā dei per singulos dies ac momenta necessariā comprobare. His epulis nos saginatos pafnutius e sua cella nō tam alacres ꝙ cōpunctos corde ante mediū noctis emisit: hoc nobis precipuū sua collatione cōferens: vt cum abrenunciationem primam tota virtute ac disciplina: ꝑm omnia patrū instituta exequentes. per eandem solam attingenda nobis ꝑfectionis culmina blandiremur: inciperemus agnoscere: necdū nos cepisse monachoꝝ fastigia somniare: quippe qui de secunda abrenunciatione patrū quid in cenobijs eruditi: tertiā in qua omnis perfectio continetur: queq; illas inferiores duas multis modis excedit: ne audisse quidē nos antea penit⁹ nosceremus.

¶ Explicit collatio Abbatis pafnutij de tribus abrenunciationibus.

¶ Incipit annotatio capitulorum collationis Abbatis Danielis de concupiscentia carnis ꝛ spiritus.

Ca.j. De abbatis danielis conuersatione.
ij Inquisitio vnde oziae ꝛ repentina cōmutatio mentium ab ineffabili letitia in mestissimam animi dejectionem.
iij Responsio super ꝓpositā questione.
iiij Quod dispensationis ac ꝓbationis dei duplex cā sit.
v Qō studiū ꝛ idustria nra nihil sine adiutorio dei ꝑualeat
vj Quod vtile nobis sit interdum a domino derelinqui.
vij De vtilitate eius pugne quā Apostolus ponit in collucta tione carnis ꝛ spiritus.
viij Interrogatio quid sit qō in capitulo apostoli post adue

santes sibi ꝓcupias carnis ⁊ spūs tertia adiiciat volūtas
ix Responsio de intellectu recte interrogantis.
x Quod vocabulū carnis nō in vna significatione ponatur
xi Quid in hoc loco caro ab apō nominet: ⁊ q̄d sit concupiscentia spiritus.
xij Que sit volūtas nr̄a q̄ inter ꝓcupiaz carnis ⁊ spūs ponit
xiij De vtilitate cūctatōis q̄ ex colluctatiōe ozit carnis ⁊ spūs
xiiij De inemendabili malicia spiritaliū nequiciarum.
xv Quid nobis ꝓfit carnis aduersus spūm concupiscētia.
xvj De incētivis carnis q̄bꝫ vt būtiaremur grauiꝫ teneremur
xvij De eunuchozum tepore.
xviij Interrogatio quid interfit inter carnalem ⁊ aīalem
xix De triplici animarum statu.
xx De male abrenunciantibus.
xxi De bis q̄ contemptis magnis occupatur in paruis.
¶ Explicit annotatio capitulozum.

¶ Incipit collatio Abbatis Danielis de concupiscētia carnis ⁊ spiritus.

¶ De abbatis danielis conuersatione. Capitulū. j.

Nter ceteros chr̄istiane philosophie viros: abbatem q̄zvidimus Danielem: equalē q̄dem in oi virtutuz genere: bis q̄ in eremo scybie cōmenebāt: sz peculariꝫ gr̄a būilitatis oznatum Qui merito puritatis ac mānsuetudinis sue a btō pafnutio solitudinis einsdem p̄sbytero: ⁊ q̄dē cū multis iunioz eēt etate: in diaconij pelectꝫ est gradu. Intantū essi eidē beatꝫ pafnutiꝫ ñ mutibus ipsius adgaudebat: vt quem vite meritis sibi ⁊ gr̄a parem nouerat: coequare sibi etiā sacerdotij ozdine festinaret: siq̄dē nequaq̄ ferēs in inferioze eū mīnisterio diutius immozari: optātq̄ fibimet succesoze dignissimū puidere: supstes eā p̄sbyteralis gradus honoze puexit. Qui'tū p̄iozis būilitatis ꝑfuctudinē nō omittēs: nihil vnq̄ sibi illo p̄sente de sublimioris ozdinis collatione donauit: sed sp abbate pafnutio spiritales hostias offerente: hicvelut diaconus in p̄oris ministerij pmansit officio. In quo tū beatū pafnutiū cū talis vir eēt actantus vt in multis etiam p̄scientie gr̄atiā possideret: hec spes substitutionis et electio valde fefellit. Nam non multo post tempore būc quē sibi parauerat succesoze: decessoze p̄misit ad denm.

¶ Inquisitio vñ oziat̄ repentina cōmutatio mentiū ab ineffabili leticia in mestissimā aī deiectionē. Ca. ij.

Ic igitur beatꝫ daniel inquirentibus nobis cur interdū
b residentes in cellula tanta alacritate cozdis: cū ineffabili quodā gaudio ⁊ exuberātia sacratissimozū sensuum

redundemus: vt eā nō dicā sermone ꝑcurrere: sed ne ipse quidē sensus occurat: oratio q̄ꝫ pinguis emittat̄ ac promptaꝛ mens plena spiritalibus fructibus p̄ces suas efficaces ac leues etiaꝫ ꝑ sopore supplicās ad deū sentiat penetrare: ac rursum nullis existentib⁹ causis tāta subito anxietate repleamur ꝛ irrationabili quodā merore: vt non solū nosmetipsos huiusmodi sensib⁹ arescere sentiam⁹: verūetiā horreat cella: sordeat lectio: ip̄a quoq̄ instabilis ac nutabunda quodāmō ebria ꝛ grauis emittatur oro: ita vt ingemiscētib⁹ ꝛ conātib⁹ nobis: ad directionē pristinā reduci mēs nr̄a nō possit: quantoq̄ intentius fuerit reuocata: tanto vehemētius ad discursus instabiles lubrico rapiatur excessu: ꝛ ita omni spiritali fructu reddatur effeta: vt nec desiderio regni celorū: nec metu gehenne: proposito ad hoc letali quodam somno valeat suscitari: ita respondit.

¶ Responsio sup̄ ꝓposita questione. Capitulum.iij.

Tripertita nobis super hac quā dicitis sterilitate mētis tradita ratio est. Aut eñ de negligētia nostra: aut de impugnatione diaboli: aut de dispensatione domini ac ꝓbatione descendit. Et de negligētia quidē: cum nostro vitio tepore precedēte indifferēter nosmetipsos ꝛ remissius exhibemus per quā desidiā noxijs cogitationibus pasti: terrā cordis nostri spinas ꝛ tribulos facimus germinare quibus in ea pullulantibus consequenter efficimur steriles: atq̄ ab omni reddimur spiritali fructu ꝛ contemplatione deserti. De impugnatione vero diaboli: cū etiā bonis nōnūq̄ studijs deditos: callida subtilitate mentē nostrā irrepēs: vel ignorantes ab optimis intentionibus abstrahit vel inuitos.

¶ Quod dispensationis ac probationis dei duplex causa sit. Capitulum.iiij.

Dispensationis autem ac probationis domini duplex cā est. Prima vt paulisper ab ipso derelicti: ꝛ mentis nostre sentiamus infirmitatē: ꝛ nequaq̄ super p̄cedēte puritate cordis que nobis illi⁹ est visitatione donata: possim⁹ extolli: ꝓbantesq̄ nos ab eo derelictos: gemitibus nostris ꝛ industria illum leticie ac puritatis statum recuperare non posse intelligamus: ꝛ p̄teritā cordis alacritatē nō nostro studio: sed illius dignatione nobis fuisse infusam: ꝛ presentē de ipsius rursum gratia ꝛ illuminatione esse poscendā. Secunda vero probationis est causa vt perseuerantia nostra vel mentis constantia ꝛ desideriū comprobet̄: quaq̄ intentione cordis: ꝛ orationū instantia: deserentem nos visitationem sancti spiritus requiramus: manifestetur in nobis: ac pariter agnoscentes quanto labore amissum istud spiritale gaudiū ꝛ puritatis leticia cōquiratur: sollicitius inuentam custodire ac tenere attentius studea-

mus. Quodammodo enim negligentius custodiri solet: quicq̄d creditur facile posse reparari.

¶ Quod studium ⁊ industria nostra nihil sine adiutorio dei preualeat. Capitulum. v.

Per que euidenter probatur gratiam dei ac misericordiā semper operari in nobis ea q̄ bona sunt. Qua deserente nihil valere studium laborantis: ⁊ quātalibet annitētis industria sine ipsius iterū adiutorio statuz pristinum recuperare pō posse: illudq̄ iugiter in nobis impleri. Non volētis neq̄ currentis sz miserentis est dei. Que gratia nonnunq̄ econtrario negligentes ac resolutos inspiratione hac qua dicitis sancta: ⁊ abundantia spiritualium cogitationū visitare non despicit: sed inspirat indignos: exuscitat dormiētes: ⁊ illuminat obsessos ignorātie cecitate clementerq̄ nos arguit atq̄ castigat: infundens se cordibus nostris vt vel sic de inertie somno cōpūctione ipsius instigati ꝯsurgere ꝓuocemur. Deniq̄ frequēter ēt odoribus vltra omnē suauitatem compositionis hūane: in his ipsis subito visitationib⁹ adimplemur: ita vt mens hac oblectatione resoluta: in quendam spiritus rapiatur excessum: seq̄ commorari obliuiscatur in carne. Ro. 9.

¶ Qd̄ vtile nobis sit interdū a dño derelinqui. Ca. vj.

In tantū vero illum quēdiximus abscessum: ⁊ vt ita loquar desertionem dei beatus dauid vtilem esse cognouit vt nequaq̄ maluerit orare ne a deo penitus in nullo relinqueret: hoc eñ sciebat incōgruū eē vel sibi vel hūane nature ad quālibet ꝑueniēti ꝑfectionē: sz temperari eā potius deprecatus sit dicens. Non me derelinquas vsq̄quaq̄. Acsi diceret alijs verbis. Scio q̄ derelinquere soleas vtiliter tuos sanctos vt ꝓbes. Aliter eñ ab aduersario temptari nō possunt: nisi a te paulisper fuerint derelicti: ⁊ ideo non rogo vt nunq̄ me derelinquas: quia nō expedit mihi vt nō vel meā infirmitatē sentiens dicā. Bonū mihi quia humiliasti me. vel exercitium nō habeam preliandi: qd̄ sine dubio habere non potero: si mihi semp ⁊ indirupte cohesserit protectio tua. Suffultū nāq̄ me tua defensione temptare diabolus non audebit: illud obijciens ⁊ exprobrans. Vel mihi vel tibi: qd̄ aduersus athletas tuos solet calumniosa voce proferre. Nunq̄d gratis iob colit deū: nōne tu vallasti eū ac domum ei⁹: vniuersamq̄ substātiā ei⁹ ꝑ circūitū: sz magis peto: ne me vsq̄quaq̄ deseras. Quod grece dicit: mechri pros agantion: id est vsq̄ ad nimietatem. Quantū enim mihi vtile est si derelinquas me paulisper ad tempus vt desiderij mei constantia comprobetur: tantum noxium est si pro meritis ac delictis meis: nimiū me deserere volueris: quia nulla virtus humana si diutius in temptatione: tuo deseratur auxilio: sua poterit constantia perdurare: ⁊ non protinus aduersarij vel potētia vel fa

Ps. 1: 8.

Ibidem.

Job. 1.

μέχρι πόσ ἀγαμτέ ιον

ctione succumbere: nisi tuipse qui es humanarū viriū conscius:
1. Cor. 10. ac luctaminū moderator: non permiseris tēptari nos super id
qđ possumus: sed feceris cum temptatione etiā exitū vt sustine-
re possimus. Tale quid ⁊ in Judicū libro sup exterminatiōe gē
tiū spiritaliū que aduersant̄ israeli: mystice legimus designatū.
Judicū. 3. He sunt gētes quas dñs dereliquit vt erudiret in eis israelem: ⁊
haberent consuetudinē cū hostibus preliādi. Et iterū post pau-
ca. Dimisitq; eos deus vt in ip̄is experiret̄ israelē: vtrū audirēt
mandata dñi que preceperat patribus eoꝝ per manū moysi: an
non. Quā vtiq; pugnā nō inuidens deus quieti israelis nec ma
le eidē consulēs sed sciens eē vtilissimā: reseruauit: vt dū gentiū
semper istarū impugnatione deprimit̄: nunquā se sentiat auxi-
lio dñi non egere: ⁊ ob id semp in eius meditatione ⁊ inuocatio
ne persistēs: nec inerti ocio dissoluat̄: nec bellandi vsum ⁊ exer-
citia virtutis amittat. Frequēter enim quos superare nō potue
runt aduersa: securitas ⁊ res prospere colliserunt.

¶ De vtilitate eius pugne quam apostolus ponit in colluctatione carnis ⁊ sp̄ñs. Capitulum. vij.

Gal. 5. b Hanc pugnam vtiliter nostris q̄ mēbris insertā: etiā in
apostolo ita legimus. Caro enim cōcupiscit aduersus
spiritū: spiritus autē aduersus carnē. Hec aūt inuicē ad
uersant̄ sibi: vt nō quecunq; vultis illa faciatis. Habes ⁊ hic pu
gnā inuisceratā quodammodo corpori nr̄o: dispēsatione dñi p̄
curatā. Quicq̄d eñ generalr̄ ⁊ sine alicuius exceptione omnib⁹
inest: quid aliud iudicari pōt nisi ipsi humane substātie post rui
nā primi hominis velut naturalr̄ attributū: ⁊ qđ vniuersis con
genitū concretūq; deprehendit̄: quomodo nō credendū sit arbi-
trio domini nō nocentis sz cōsulentis insertū. Causam vero hu
Ibidem. ius belli: id est carnis ⁊ spiritus hanc esse describit. Ut non in-
quit quecunq; vultis illa faciatis. Ergo id qđ p̄curauit deus vt
non posset a nobis impleri: id est: vt non quecunq; volumus fa
ciamus: quid aliud si impleatur credi potest esse q̄nnoxiū. Et est
quodāmodo vtilis hec pugna dispensatione dei nobis inserta:
⁊ ad meliorē nos statum prouocans atq; compellens: qua pu-
gna sublata proculdubio pax ecōtrario perniciosa succedet.

¶ Interrogatio quid sit qđ in capitulo Apostoli post aduersantes sibi concupiscentias carnis ⁊ sp̄ñs: tertia adijciatur voluntas. Capitulum. viij.

g Ermanus. Licet nobis quedā intellectus linee iā prelu
cere videant̄: tñ qr necdū possumus apostoli sententiaz
ad liquidū peruidere: volumus hec nobis apertius ex
planari. Tres eñ res hic indicari vident̄. Prima carnis aduer
sus spiritū pugna. Secūda: spiritus aduersus carnis concupi-
scentiā. Tertia volūtas nostra q̄ velut media ponit̄: de qua đr:

vt non quecunq; vultis illa faciatis. Super qua re licet vt dixi suspitiones quasdam ex his que exposita sunt intelligentie colligamus: volumus tamen quia se huius collationis occasio dedit: aliquid nobis lucidius disputari. Gal. 5.

¶ Responsio de intellectu recte interrogātis. Ca. ix.

Daniel. Discernere diuisiones ⁊ lineas questionū: portio intellectus est: ⁊ maxima pars intelligētie est scire q̄ nescis. Propter qd̄ dicitur. Insipiēti interrogāti sapiētia reputabitur: qr licet is qui interrogat: vim ꝓposite questionis ignoret: tamē quia prudenter inquirit: ⁊ qd̄ non intelligebat intellexit: hocipsum illi reputat̄ ad sapientiaz: eo q̄ quid nesciret prudenter agnouit. Scd̄m diuisionē itaq; vestram tres res ab Apostolo nominari videntur: concupiscentia carnis aduersus spiritum: ⁊ spiritus aduersus carnē: quarū aduersus se inuicez pugna: hanc videtur habere causam atq; ꝓuentū: vt ea que nolumus facere nequeamus. Quarta igit̄ superest causa quā minime vidistis vos: vt illud scz qd̄ volumus faciamus. Nunc ergo opus est nobis vt prius duarū concupiscentiarū vim: id est carnis ⁊ spiritus agnoscamus: ⁊ ita demū q̄ voluntas sit nostra: que inter vtrāq; posita est discutere valeamus: deinde quid possit voluntatis nostre nō esse: similiter discernamus. Prouer. 17.

¶ Quod vocabulum carnis non in vna significatione ponatur. Capitulum. x.

Vocabulum carnis in scripturis sanctis multifarie legimus nominari. Nam nōnunq̄ significat hominem integrum: id est: qui ex corpore cōstat ⁊ anima: vt ibi. Et verbū caro factū est. Et videbit omnis caro salutare dei nostri. Nō nūq̄ homines peccatores atq; carnales. vt ibi. Non permanebit spiritus meus in hominib⁹ istis: eo q̄ sint caro. Interdum pro ip̄is peccatis ponitur: vt ibi. Vos autem non estis in carne sed in spiritu. Et iterū. Caro ⁊ sanguis regnū dei nō possidebūt. Deniq; sequit̄. Neq; corruptio in corruptelam possidebit. Non nūq̄ pro agnatione ⁊ proprinquitate. vt ibi: Caro mea ⁊ ossa mea vos. Et Apostolus. Si quo modo in emulationē inducam carnem meā: ⁊ saluos faciā aliquos ex illis. Querendū ergo nobis est: ꝑm quā significationē ex his quattuor carnem hic debeamus accipere. Manifestū nanq; est scd̄m illud: qd̄ positū est. Et verbum caro factū est. Vel illud. Et videbit omnis caro salutare dei: penitus stare non posse: sed neq; ꝑm illud qd̄ d̄r: Non permanebit spiritus meus in hominibus istis: eo q̄ sint caro: qr nō sicut ibi abrupte de homine peccatore: ita ⁊ hic ponit̄ caro: cū dicit. Caro concupiscit aduersus spiritum: ⁊ spiritus aduer carnem. Neq; enim de rebus substantialibus loquitur: sed de actualibus que in vno eodemq; homine: vel pariter vel singillatim cum quadam temporis vicissitudine ⁊ mutatiōe luctant̄. Joh. 1. Luce. 3. Gen. 6. Rom. 8. 1. Cor. 15. Gal. 5.

¶ Quid in hoc loco caro ab Apostolo nominetur: et quid sit concupiscentia spiritus. Capitulum.xj.

Ibidem.

q Uamobrē in hoc loco carnem non hominē: id est: hominis substantiā: sed volūtatē carnis t desideria debemus pessima accipere: sicut nec spiritum quidē aliquam rem substātialem: sed animę desideria bona t spūalia significare sentimus. Quē sensum idē beatus Apostolus in superiorib⁹ eiusdē sentētie euidēter expressit: ita incipiēs. Dico antē. Spiritu ambulate t desideria carnis nō perficietis. Caro enī concupiscit aduersus spiritum: spiritus vero aduersus carnem. Hec aūt inuicem aduersantur sibi: vt nō quecunq; vultis illa faciatis. Que cū vtraq; desideria: id est carnis t spiritus in vno eodemq; sint homine, int estinū quotidie intra nos geritur bellum: dum concupiscentia carnis que precipitanter fertur ad vitia: bis que ad presentē requiem pertinent: t tēporalib⁹ delitijs gaudet. Quibus econtra concupiscentia spiritus aduersata: ita desiderat tota spiritalibus studijs inherere: vt etiā necessarios carnis vsus opter excludere: sic illis ingiter occupari festinās: vt nullā penitus fragilitati eius curam cupiat impertiri. Caro luxurijs ac libidine delectatur: spiritus ne ipsis quidem naturalibus desiderijs acquiescit. Illa concupiscit satiari somno: repleri cibo. Hic vigilijs t ieiunijs ita saginatur: vt ne ad ipsuz quidē necessariū vite vsum somnum cibumq; velit admittere. Illa cupit ebrietate copijs vniuersis: hic ne ipsius quidē angusti panis quotidianam substantiā habere contentus est. Zanacris illa nitescere et quotidianis adulantium turmis appetit constipari. Hic squaloze inaccessibilis eremi pascitur: cunctozumq; mortalium presentiam perhozrescit. Honozibus illa t laudibus dominū cōfo netur. Hic irrogatis sibi contumelijs inturijsq; letatur.

¶ Que sit voluntas nostra que inter concupiscentiaz carnis t spiritus ponitur. Capitulum.xij.

t Iter bas igitur vtrasq; concupiscentias: anime voluntas in meditullio quodam vtnperabilioze consistens: nec vitiozū flagitijs oblectatur: nec virtutuz laboribus acquiescit: sic querens a passionibus carnalibus temperari: vt nequaq; velit dolozes necessarios sustinere: sine quibus virtutes spiritus nequeunt possideri: absq; castigatione carnis castimoniā cupiēs cozpozis obtinere: sine vigiliaruz laboze cozdis acquirere puritatem: cū requie carnis spiritalibus virtutib⁹ exuberare: absq; vllius exasperatione contrarij patientie gratiā possidere: humilitatem christi sine honozis mūdi exercere factura: religionis simplicitatem cū seculi ambitione sectari: christo cuz hominum laude ac fernoze seruire: districtionem veritatis siue cuiuspiam vel tenui offensione pzoferre. Postremo sic vult fatu

ra consequi bona: vt presentia non amittat. Que voluntas nun
q̄ nos ad perfectionem veram faceret peruenire: sed in tepore
quodā teterrimo collocaret: talesq̄ faceret quales illi sunt qui
in Apocalypsi increpatione domini castigantur. Scio opera Apoc. 3.
tua: quia neq̄ calidus es neq̄ frigidus: vtinam frigidus esses
aut calidus: nunc autez quia tepidus es: incipiā te euomere de
ore meo: nisi hunc tepidissimum statū altrinsecus hec insurgētia
bella dirumperent. Nā cum famulantes huic voluntati nostre:
ad hanc remissionem voluerimus nosmetipsos paululum rela-
xare: confestim aculei carnis insurgunt: suisq̄ nos vitijs ⁊ pas
sionibus sauciantes: nequaq̄ in illa qua delectamur puritatis
qualitate stare permittunt: atq̄ ad illam quā horremus frigidā
voluptatem: plenāq̄ sentibus pertrahunt viam. Rursus si spi-
ritus feruore succensi opera carnis volentes extinguere: sine vl
lo respectu fragilitatis humane totos nosmetipsos tēptaueri-
mus ad immoderata virtutum studia cordis elatione conferre:
interpellans imbecillitas carnis ab illa reprehensibili nimieta
te spiritus reuocat ac retardat: ⁊ ita fit vt vtraq̄ concupiscētia
tali colluctatione alterna sibimet repugnante: anime voluntas
que nec totā se carnalibus desiderijs dedere: nec virtutum vult
laboribus desudare: quodammodo iusto moderamine tempere
tur: dum hec, inter vtraq̄ contentio: illā perniciosiorem exclu-
dens anime voluntatem: vt quandā equitatis librā in stathera
nostri corporis collocat: que spiritus carnisq̄ confinia iusto di
scernit examine nec a dextris mētē spūs ardore succēsam: nec a
leua carnē vitioꝝ aculeis preponderare ꝑmittit. Dū hec pugna
quotidianis diebus vtiliter exagitat̄ in nobis ad illud quartuz
qd̄ nolumus salubriter venire cōpellimur: vt puritatē cordis nō
ocio nec securitate: sed iugi sudore ⁊ contritione spiritus acqui
ramus: castitatēq̄ carnis districtis ieiunijs fame ⁊ siti ac vigi-
lantia retentemus: directionē etiā cordis: lectione: vigilijs: ora
tione continua: ⁊ solitudinis squalore capiamus: patientiā tri
bulationū exercitijs retētemus: cū blasphemijs ⁊ opprobrioꝝ
saturitate: nr̄o seruiamus auctori: veritatē cū inuidia mūdi isti⁹
⁊ inimicitijs si necesse fuerit exequamur: ⁊ tali colluctatione in
nostro corpore militante: ꝓtractis nobis ab hac ignaua securi-
tate: atq̄ ad istū quē volumus laborē ac virtutū studia ꝓuocatis
equitas optime media retineat̄: ⁊ tepidū nostre volūtatis arbi
triū: hinc spiritus feruor: illinc carnis gelidissimus rigor mode
ratissimo calore contemperet: ac neq̄ ad effrenata vitia mentez
pertrahi cōcupiscentia spiritus sinat: nec rursuz ad virtutū irra
tionabiles appetit⁹: fragilitas carnis spiritū patiat̄ extolli: ne
vel inde omnigenū pullulēt fomites vitiorū: vel hinc elatio mor
bi principalis emergens: telo nos superbie grauiore cōfodiat: sz
pugne horū equa libratio iuste succedens: sanam ⁊ moderatā in
ter vtraq̄ virtutū reseruet viam: itinere regio docēs militē chri-

sti semper incedere atq; ita fit vt cũ pro tepore huius quã diximus ignauissime volũtatis propensius mens ad desideria carnis fuerit deuoluta: spiritus concupiscẽtia refrenet nequaq̃ ea vitijs acquiescẽte teterrimis: rursumq; si immoderato feruore ꝑ excessum cordis ad impossibilia fuerit spiritus noster ⁊ inconsiderata prerept⁹: infirmitate carnis ad iustũ retrahat examen ⁊ transcendẽs volũtatis nr̃e tepidissimũ statũ: cõmodissima tẽperie planoq; tramit: cũ sudoris industria viã perfectionis incedat. Simile quid ẽt in illius turris extructione legimus a domino dispensatũ in libro geneseos: vbi linguaꝝ oborta repẽte confusio: sacrilegos ausus hoĩum nefandosq; compescuit. Permãsisset enim etiã ibi aduersus deũ: immo aduersus eos qui diuinã eius attẽptare ceperãt maiestatẽ cõsensus noxi⁹: nisi eos dispẽsatione dei repugnãs inter se diuersitas lingue ꝑ dissonãtiam vocis in meliorẽ statũ proficere cõpulisset: ⁊ quos ad excidiũ sui animauerat perniciosa cõsensio: ad salutẽ reuocasset bona vtilisq; discordia: incipientes scz humanã fragilitatẽ intercedente diuisione sentire: quam per noxiam conspirationẽ elati antea nesciebant.

Gen. xi.

¶ De vtilitate cũctationis: que ex colluctatione oritur carnis ⁊ spũs. Capitulum. xiij.

Intãtũ vero vtilis nobis ex huius pugne diuersitate cunctatio nascitur: ⁊ salutaris ex hac concertatione dilatio: vt resistẽte soliditate corporea: dũ ab eoꝝ effectu que nequiter mẽte cõcipimus retardamur: nonnunq̃ in meliorẽ statum: seu penitudine subsequẽte: seu emendatione quadã q̃ solet procrastinatione operis ⁊ recogitatione interueniẽte descendere: corrigamur. Deniq; hos quos intelligimus ad voluntatum suaꝝ desideria ꝑficiẽda: nullo carnis obstaculo retardari: demones scz ac spiritales nequicias: ⁊ quidẽ cũ sint de eminentiore angelorũ ordine deuoluti: detestabiliores esse hominibus cõtẽplamur: eo q̃ possibilitate eoꝝ desiderijs adiacente: id quod nequiter semel cõceperint: irreuocabili malo perficere nõ morentur: qꝛ sicut est animus velox ad excogitandũ: sic ad ꝑficiendũ pernix ⁊ absoluta substantia: ⁊ dũ suppeditat eis prona facilitas ea q̃ voluerint peragendi: conceptum malum nulla intercedens deliberatio salutaris emendat.

¶ De inemendabili malicia spiritalium nequiciaꝝ. Capitulum. xiiij.

Spiritalis nãq; substantia nec vlla carnis soliditate deuicta vt excusationẽ exorte in se praue non recipit. volũtatis: ita veniã malignitatis excludit: qꝛ nulla quemadmodũ nos ad peccandũ impugnatione carnis extrinsec⁹ lacessita est: sed vitio solius male voluntatis accensa: ⁊ ob hoc sine

venia peccatū: ⁊ languor sine remedio est. Sicut enim nulla sol licitante terrena materia corruit: ita ne indulgētiā quidē aut locū penitudinis obtinere potest. Quibus ex rebus euidēter colligitur: ꝙ non solū noxia nō sit hec q̄ contra se inuicē suscitat̄ in nobis carnis spiritusq̄ cōtētio: verūetiā multā ꝯferat vtilitatē

¶ Quid nobis prosit carnis aduersus spiritū concupiscentia. Capitulum.xv.

Primo ꝙ desidias ac negligentias nostras statiz arguit ⁊ vt quidā diligentissimus pedagogus a districtionis ⁊ discipline rectitudine nūq̄ nos deuiare cōcedens si paululuz q̄d securitas nr̄a mensurā cōgrue serietatis districtionisq̄ excesserit: flagellis incentiuoꝝ stimulat confestim ⁊ increpat atq̄ ad cōpetentē reuocat parcitatē. Scd̄o ꝙ ꝑ castimonie ac puritatis integritate cū dei gratia cōcedente: ita nos longo tēpore genitali pollutione viderimus immunes: vt ne ip̄a quidē simplici cōmotione carnis vlterius nos inquietādos esse credam⁹ ⁊ ꝑ hoc velut q̄ nō gestem⁹ corruptelā carnis: in secretis cōsciētie nostre fuerim⁹ elati: suo nos rursum q̄uis quieto ac simplici visitans fluxu humiliat ac retūdit: nosq̄ homines eē stimulis suis ammonet. Quodāmodo enim cum in ceteris generibus vitioꝝ ⁊ quidē grauioribus magisq̄ noxijs indifferentius soleamus incurrere: nec tā facile in eoꝝ cōpūgamur admissu: in hoc pecularius hūiliat̄ cōscientia nostra: perq̄ hanc illusionē neglectaꝝ q̄ passionū recordatione mordet̄: euidēter intelligens immundā se factā naturalibus incentiuis: q̄ cum esset immundior spiritalibus vitijs ignorabat: ⁊ recurrens protinus ad emēdationē anterioris ignauie: cōmonetur pariter ne sup̄ successibus preterite puritatis debere cōsidere: quā se ꝑspicit pusilluz quid declinantē a dn̄o perdidisse: nec posse huius purificationis donum nisi ꝑ solius dei gr̄am possidere: docētibus nos quodāmō ip̄ius rei exp̄imētis: vt si integritatem cordis perpetuo cōsequi delectamur: humilitatis studeamus virtutem iugiter obtinere.

¶ De incentiuis carnis quibus vt humiliaremur grauius tenemur. Capitulum xvj.

Huius igitur puritatis elationē ꝑniciosiorē fururā cunctis sceleribus atq̄ flagitijs: ⁊ ob hāc nihil nos emolumenti cōsecuturos ꝑ qualibet castitatis integritate: testantur ille virtutes quaꝝ superius fecimus mentionē: q̄ cū nullas huiusmodi titillationes carnis habuisse credant̄: ob solam cordis elationē perpetua ruina de sublimi celestiq̄ statione deiecte sunt. Essemus itaq̄ penitus absq̄ remedio tepidi: vtpote non habentes indicem negligentie nostre: vel in corpore nostro aut in cōsciētijs proprijs insidentē: nec studeremus ad ꝑfectionis peruenire feruorē: sed nec frugalitatis quidē districtionem

vel continentiā teneremus: nisi nos hec titillatio carnis increscens humiliaret atq; retūderet: aduersus spiritaliū q̄ vitiorum purgationem sollicitos redderet ⁊ intentos.

¶ De eunuchorum tepore. Capitulum.xvij.

d Eniq; in his q̄ spadones sunt corpore: idcirco hūc aīe teporem plerūq; inesse deprehendimus: qr velut soluti ab hac necessitate carnali: nec labore cōtinētie corporalis: nec contritione cordis se estimant indigere: ⁊ hac securitate resoluti nunq̄ perfectionē cordis: sed nec spiritaliū quidē vitiorum purgationē vel querere in veritate vel possidere festinant. Qui status a carnali qualitate descendens efficit aīalis: qui est proculdubio deterior gradus ipse est enim qui de frigido ad tepidū transiens: detestabilior domini voce signatur.

¶ Interrogatio quid intersit inter carnalē ⁊ aīalem. Capitulum.xviij.

g Ermanus. De vtilitate colluctationis q̄ inter carnem ⁊ spiritū suscitat: quantū videt nobis euidēter expressum est: ita vt eā ipsis quodāmō manibus nostris palpabilē factā esse credamus: ⁊ idcirco hāc quoq; rōnem nobis similiter cupimus aperiri: quid intersit inter carnalem ⁊ animalem virū vel quemadmodum animalis carnali possit esse deterior?

¶ De triplici animarum statu. Capitulū.xix.

d Aniel. Scdm diffinitionē scripture tres sunt animarum status. Primus carnalis. Scds animalis. Tertius spiritalis. Quos in apostolo ita legimus designari. Nam de carnali dicit. Lac vobis potū dedi non escā: necdū enim poteratis: sed nec adhuc quidē potestis: adhuc enim estis carnales. Et iterū. Ubi enim est inter vos zelus ⁊ cōtentio: nōne carnales estis? De animali q̄ aliter cōmemorat. Animalis aūt homo non percipit ea q̄ sunt spiritus dei: stulticia enim est illi. De spiritali vero. Spiritalis aūt exanimat oīa: ipse aūt a nemine iudicat. Et iterū. Uos autē qui spiritales estis instruite eos qui eiusmodi sunt in spiritu lenitatis. Itaq; festinādū est nobis vt cū renūciātes desierimus esse carnales: id est a seculariū cepimus cōuersatione seiungi: ⁊ ab illa manifesta carnis pollutione cessare: spiritalē sensum protinus apprehēdere tota virtute nitamur: ne forte blādiētes nobis q̄ videmur s̄m exteriorē hominē huic renunciasse mundo: vel carnaliū fornicationū deseruisse cōtagia: tanq̄ qui summā perfectionē p hoc apprehenderimus: remissiores deinceps erga emūdationē ceterarū passionum lentioresq; reddamur: ⁊ inter vtraq; detēti gradū spiritalis profectus asseq̄ nequeamus: existimātes ad pfectionē nobis abunde sufficere: q̄ exteriore homine videamur de conuersatione mundi huius ac voluptatibus segregari: vel q̄ immunes su-

s. Cor. iij.
Ibidem.
Eiusdem. ij.
Ibidem.
Gal. vj.

mus a corruptela ⁊ cōmixtione carnali: ⁊ ita inuenti in illo te-
pido statu: q̄ deterrimus iudicat: euomēdos nos ex ore dñi ſm
eius sententiā nouerim⁹: ita dicētis. Utinā calidus esses aut fri- Apoc. iij.
gidus: nūc autem tepidus es: ⁊ incipiā te euomere ex ore meo.
Nec immerito eos dñs quos iam visceribus receperat charita-
tis: noxios ⁊ tepefactos: cū quadā cōuulsione pectoris sui euo-
mendos esse pronūciat: qui cū salutarē quodammō ei potuissent
prebere substantiā: euelli ab eius visceribus maluerūt: tāto de-
teriores effecti illis q̄ nunq̄ ori dñi illati sunt cibis: quanto id
qd̄ nausea cōpellente proijcimus odibilius detestamur. Quic-
quid enim frigidū est: etiā ore susceptū vertitur in calorem: ⁊ sa-
lutifera suauitate percipit: qd̄ autē semel vitio teporis abiectū
est: non dicā labijs admouere: sed etiā eminus intueri sine in-
genti horrore nō possumus. Rectissime ergo pronūciat esse de-
terior: qr facilius ad salutarē cōuersationē ac perfectionis fasti-
gium carnalis quis: id est secularis vel gentilis accedit: q̄ is q̄
professus monachū: nec tñ viā ꝑfectionis arripiens ſm regulā
discipline: ab illo semel spiritali feruore segnis discessit. Ille nā-
q̄ corꝑalibus saltē vitijs hūiliatus atq̄ immūdū se sentiēs cō-
tagione carnali: ad fontē vere purificationis ac ꝑfectionis cul-
men: qñq̄ cōpunct⁹ accurrit: ⁊ horrescens illū in quo est infide-
litatis gelidissimū statū: spūs ardore succensus ad ꝑfectionē fa-
cilius cōuolabit. Nā qui semel vt diximꝰ tepido exorsus initio
monachi cepit abuti vocabulo: nec tñ hūilitate ac feruore quo
debuit: iter huius professionis arripuit: infectus semel hac mi-
serabili lue ⁊ in ea quodāmodo resolutus: nec ex se vlterius per-
fecta sapere: nec alteri⁹ poterit monitis erudiri. Dicit enim in
corde suo ſm illā sentētiā. Quia diues sum ⁊ locuples ⁊ nulli⁹
egeo. Cui illud q̄ qd̄ subsequit cōsequēter aptabit. Tu autē es Ibidem.
miser ⁊ miserabilis: ⁊ pauper ⁊ cecus ⁊ nudus: in eo faci⁹ ēt se-
culari deterior: q̄ nec miserū se nec cecū ac nudū aut emendatio-
ne dignū: vel egere monitis alicui⁹ aut institutione cognoscit: ⁊
ob hoc nec exhortationē q̄dē vllā ꝟbi salutaris admittit: nō in-
telligēs ipse monachi se nomine pregrauari ac deprimi opinio-
ne cunctoꝝ: q̄ dū credit ab oībus sanct⁹: ⁊ velut dei famulus co-
litur: necesse est vt in futuro vehemētiori iudicio peneq̄ subda-
tur. Postremo q̄d diuti⁹ immoramur in his q̄ nobis exꝑimēto
satis cōperta sunt ac ꝓbata. Frequēter em̄ vidim⁹ de frigidis at-
q̄ carnalib⁹: id est de secularib⁹ ac paganis: ad spiritale ꝑuenis-
se feruorē: de tepidis atq̄ aīalibus: omnino nō vidim⁹. Quos
etiā ꝑ ꝓphetā ita legim⁹ dñm detestari: vt spiritalib⁹ viris atq̄
doctoribus precipiat: vt ab eis monendis docēdisq̄ discedāt:
⁊ nequaq̄ velut in sterili atq̄ infructuosa terra noxijsq̄ senti-
bus occupata: semen verbi salutaris expendant: sed vt con-
temnentes eam: nouam potius excolant terram: id est erga
paganos ac seculares omnem doctrine culturam ac verbi trās-

ferant saluatis instantiã: quod ita legitur. Hec dicit dominus
hiere.4. viro iuda ⁊ habitatoribus hierusalẽ. Nouate nouale: ⁊ nolite se
rere sꝑ spinas.

De male abrenunciantibus. Capitulum.xx.

Enicꝫ qõ pudet dicere ita pleroscꝫ abrenũciasse cõspi-
d cimus: vt nihil amplius immutasse de anteriozib⁹ vi-
tijs ac moribus cõprobentur: nisi ordinẽ tantũmõ atcꝫ
habitũ seculare. Nã ⁊ acquirere pecunias gestiũt: q̃s nec añ pos
sederũt: vel certe q̃s habuerũt retinere nõ desinunt: aut qõ est in
gubrius etiã amplificare desiderãt: sub hoc ꝓtextu: vel famu-
lo⁹ semp erunde vel fratres alere se debere iustũ esse cõtendunt:
vel certe obrẽtu cõgregãdi cetus reseruant: quos velut abbates
instituere se posse ꝑsumũt. Qõ si in veritate viã ꝓfectionis ing
rerent: hoc potius tota virtute ꝑficere niterent: vt scz eruti nõ
solũ pecunijs: sed etiã affectionibus ꝓistinis ⁊ distentionibus
vniuersis: semetipsos singulares ac nudos ita sub seniozũ im-
perio collocarent: vt curã nõ mõ alioꝝ nullã sed ne sui quidẽ ge-
reret. Ecõtrario añ euenit: vt dũ fratrib⁹ ꝓeesse festinant: nũcꝫ
seniozib⁹ ipsi subijciant: ⁊ a superbia inchoãtes dũ instituere cu-
piunt: nec discere ipsi nec agere ea q̃ sunt deo agenda mereant.
Quibus necesse est vt ꝟm saluatoris sententiã: ceci duces cecoꝝ
matb.15. effecti: pariter in foueã cadant. Cuius superbie licet vnũ sit genus
duplex tamẽ eius est species. Una que serietatẽ granitatẽcꝫ ingi
ter imitat. Alia que effrenata libertate in cachinnos fatuos ri-
susꝫ dissoluit. Et illa quidẽ taciturnitate congaudet: hec vero
dedignat silentio coartari: nec confundit passim ꝓloqui: etiã
res incõgruas ⁊ ineptas: dũ erubescit vel inferior ceteris vel in
doctior iudicari. Alia ob elationem clericatus ambit officium:
altera despicit: vtpote indicans illud: aut dignitati ꝓistine aut
vite: ac natalitij suoꝝ meritis incongruũ vel indignũ. Quarum
que deterior pronunciãda sit: vnusquisqꝫ discutiat ac perpen
dat examen. Unũ sane atcꝫ idẽ inobedientie genus est: vel ꝓ-
pter operationis instantiã: vel ꝓpter ocij desiderij seniozis vio
lare mãdatũ: tamꝫ dispendiosum est ꝓ somno q̃ ꝑ vigilantia
monasterij statuta cõuellere. Tantũ denicꝫ est abbatis tranfire
p̃ceptũ vt legas: quantũ si contẽnas vt dormias: nec alius super
bie fomes est ꝓ ieiunio fratrẽ q̃ ꝓ refectione cõtemnere: ni-
si q̃ pernitiosiora ⁊ remedijs longinquiora sunt vitia q̃ sub spe
cie virtutũ ⁊ imagine spiritalũ rerũ videnẽ emergere: q̃ illa q̃
ex aperta carnali voluptate gignũtur. Hec esse velut palam ex-
positi ac manifesti languores: ⁊ arguuntur cominus ⁊ sanant:
illa vero dũ ꝓtextu virtutũ tegũtur: incurata pdurant: ⁊ de-
ceptos quoscꝫ periculosius faciunt ac desperatius egrotare.

De his qui contemptis magnis occupantur in paruis. Capitulum.xxj.

Nam illud ridiculū qualiter exprimat: ꝙ nōnullos post prime renunciationis ardorē: quo vel res familiares vel opes plurimas ac militiā seculi relinquētes: semet ipsos ad monasteria cōtulerūt: tanto cernimus studio in his q̄ penitus abscidi nō possunt: ⁊ q̄ nequeūt in hoc ordine nō haberi: q̄uis ꝑua viliaq; sint esse: deuinctos: vt horū cura pristinarū oīm facultate superet passionē. Quibus ꝓfecto nō magne proderit maiores opes ac substantias cōtempsisse: quia affectus earum ob quos ille cōtempte sunt: in res paruas atq; exiguas trāstulerunt. Nā vitiū cupiditatis ⁊ auaricie qđ erga species p̄ciosas exercere nō possunt: circa viliores materias retinentes: non abscidisse sed immutasse probāt pristinā passionē. Nā nimia deuincti diligētia erga curā psiathij: sportelle: sagelli: codicis: matte aliarumq; similiū rerū q̄uis vilissimarū: eadē tamen qua antea libidine detinentur. Que etiā tanta emulatione custodiunt atq; defendunt: vt ꝑ ipsis aduersus fratrē cōmoueri: atq; litigare qđ etiā turpius est: non pudeat. In q̄bus adhuc egritudine cupiditatis pristine laborātes: hec eadem que vsus corporis possidere monachū vel necessitas cogit: hi s̄m numerū mensurāq; cōmunem non sunt habere cōtenti: in hoc quoq; sui cordis auariciam designantes: cum vel ea quibus vti necesse est: ꝓpensius student habere q̄ ceteri: vel excedentes diligentie modū: peculiarius ea attētiusq; custodiunt: ⁊ ab alioꝝ cōtrectatione defendūt: que vniuersis fratribus debent esse cōmunia: quasi vero differentia tantūmodo metallorū ⁊ nō ipsa passio cupiditatis habeatur innoxia: ⁊ cū pro rebus quidē magnis irasci nō liceat: ꝓ vilioribus vero hocipsum fecisse sine culpa sit: ⁊ nō idcirco preciosiores abiecerimus materias: vt facilius disceremus viliora contemnere. Quid eñ differt: vtrū quis perturbationē cupiditatis erga opes amplas atq; magnificas: an erga viliores exerceat species: nisi ꝙ in eo reprehensibilior iudicandus est: ꝙ q̄ maxima spreuerit: in minimis obligetur. Ideo perfectionē cordis abrenunciatio ista non obtinet: qꝛ cū censum habeat pauperis: non abijcit diuitis voluntatem.

¶ Explicit collatio Abbatis Danielis de concupiscētia carnis ⁊ spiritus.

¶ Incipit annotatio capitulorū collatiōis Serapionis abbatis de octo principalibus vitijs.

Ca. j. De aduētu cassiani ad abbatis serapionis cellā: ⁊ inquisitione de generibus ⁊ impugnatione vitiorum.
ij Narratio abbatis serapiōis de octo ꝑncipalibus vitijs
iij De duob⁹ vitioꝝ generib⁹ ⁊ efficiētia eoꝝ quadripertita.
iiij Recapitulatio de gastrimargie ⁊ fornicationis passione ⁊ curatione earum.

v Quomō dñs noster solus absq; peccato temptatus fit
vj De ratione temptationis qua a diabolo temptatus est dominus.
vij De consummatione cenodoxie ꝛ supbie sine ministerio corporali.
viij De philargyria ꝙ extra naturaz sit: ꝛ quid interfit inter ipsam ꝛ naturalia vitia.
ix De ira atq; tristicia ꝙ inter accidentia vitia plerūq; inueniantur.
x De sex vitiorum concordia: ꝛ duorum ab eis dissidentiū cognatione.
xj De origine ꝛ qualitate vniuscuiusq; vitij.
xij In quo sit vtilis cenodoxia.
xiij De varia oppugnatione oim vitiorum.
xiiij De instituendo aduersum vitia certamine ꝑm ipsoz̄ infestationem.
xv Nibil nos posse aduersum vitia sine auxilio dei: nec debere nos in eorum extolli victoria.
xvj De significatiōe septē gentiū quarū israel accepit terras: ꝛ quare alibi septē alibi multe gentes esse dicantur.
xvij Interrogatio de comparatione septem gentium ꝛ octo vitiorum.
xviij Responsio quomō ꝑm octo vitia octo gentiū numerus impleatur.
xix Cur vna gens quidem deseri: septem vero inbenti exstingui.
xx De natura gastrimargie ad similitudinem aquile comparande.
xxj De perseuerantia gastrimargie aduersus philosophos disputata.
xxij Cur abrae predixerit deus decem gentes expugnandas a populo israel.
xxiij Quomodo vtile nobis sit virtoz terras possidere.
xxiiij Quod terre de quibus expulsi sunt populi chananeoz̄ semini sem fuerunt deputate.
xxv Testimonia diuersa super significatione octo vitiorum.
xxvj Mō dencta passione gule: impendendus sit labor aduirtutes ceteras obtinendas.
xxvij Quod non idem ordo preliorum sit qui ponitur in catalogo vitiorum.

¶ Explicit annotatio capitulorum.

¶ Incipit collatio Serapiōis de octo principalibus vitijs.

¶ De aduētu Cassiani ad abbatis Serapionis cellā ⁊ inq̄sitione de gn̄ibus et impugnatione vitioꝝ. Ca. j.

In illo cetu antiq̄ssimorū senū fuit vir nomine serapion apprime gratia discretionis ornatus: cuius collatione opere preciū reor litteris tradere. Ambientibus eñ nobis vt de impugnatione vitiorū aliqua disputaret: quibus origines eorū ⁊ cause manifestius panderentur: ita exorsus est.

¶ Narratio abbatis Serapionis de octo principalibus vitijs. Capitulū. ij.

o Cto sunt principalia vitia que humanū infestant genꝰ id est primum gastrimagia qđ sonat ventris ingluuies Secūdū fornicatio. Tertiū philargyria: id est auaricia siue amor pecunie. Quartū ira. Quintū tristicia. Sextū acidia: id est anxietas siue tedium cordis. Septimū cenodoxia: id est iactantia seu vana gloria. Octauum superbia.

¶ De duobus vitiorū generibus: et efficientia eorū quadripertita. Capitulum. iij.

b Orum igit̄ vitiorū genera sunt duo. Aut eñ naturalia sunt: vt gastrimargia: aut extra naturā: vt philargyria Efficiētia vero quadripertita est. Quedā eñ sine actione carnali cōsummari nō possunt: vt est gastrimargia ⁊ fornicatio: quedā vero etiā sine vlla corporis actione complentur: vt est superbia ⁊ cenoxia: nonnulla cōmotionis sue causas extrinsecus accipiūt: vt est philargyria ⁊ ira. Alia vero intestinis motibus excitantur: vt est acidia ⁊ tristicia.

¶ Recapitulatio de gastrimargie et fornicationis ꝓassione: et curatione earum. Capitulum. iiij.

e T vt hec eadem disputatione quantum possumus non solum breui: sed etiam scripturarum testimonijs manifestiora reddamus: gastrimargia ⁊ fornicatio cū naturaliter nobis insint: nā nonnunq̄ etiā sine vllo anime incitamēto: solius instigatiōe ac pruritu carnis oriunt̄: materia tū: vt cōsummenť egēt extrinsecꝰ: ⁊ ita in effectū corporali actiōe pueniūt. Unusquisq̄ eñ tēptat̄ ꝓpria cōcupiscentia: deinde cōcupiscentia cū fuerit cōcepta: pariet peccatū. Peccatū vero cū fuerit cōsummatū generat mortē. Nā nec primus adam per gastrimargiā decipi potuit nisi esce materiā habēs in promptu abusus ea Jaco. j.

fuisset illicite: nec secūdus sine cuiusdaz materie illicitatione tē
matth.4. ptat: cum dicitur ei. Si filius dei es dic vt lapides isti panes
fiant. Fornicatio q̄ꝫ q̄ non nisi per corpus perficiatur omnib⁹
Job.14. patet: ita de hoc spiritu dicente deo ad beatū iob. Et virtus ei⁹
in lumbis: ⁊ potestas eius sup̄ vmbilicū ventris. Ideoq̄ hec
specialiter duo que ministerio carnis explent: extra illā spirita
lem aīe curaz egent peculiarius etiā ꝯtinentia corporali. Si q̄
dem ad retūdendos hoꝝ stimulos nō sufficit mentis intentio:
vt nōnūq̄ solet aduersus irā seu tristiciā ceterasq̄ fieri passiōes
q̄uas etiā sine vlla carnis afflictione sola nouit expugnare men
tis industria nisi etiā castigatio corporalis accesserit: q̄ ieiunijs
vigilijs ⁊ operis contritione perficit: hisq̄ fuerit remotio loca
lis adiuncta: quia sicut amboruz vitio: id est anime ⁊ corporis
generātur: ita sup̄ari nisi vtriusq̄ labore non poterunt. Et licet
Gal.5. beatus Apostolus omnia vitia generaliter p̄nūciauerit esse car
nalia siquidē inimicitias ⁊ iras atq̄ hereses īter cetera carnis
opera numerauerit: nos tamen ad illoꝝ curationes atq̄ natu
ras diligētius colligendas: duplici ea diuisione distinguimus.
Nam ex his quedā dicimus esse carnalia: quedā vero spiritua
lia: ⁊ illa quidē carnalia que specialiter ad fotū ⁊ ad sensum per
tinēt carnis: quibus illa ita delectat ac pascitur: vt etiam quie
tas incitet mentes: inuitasq̄ eas nōnūq̄ pertrahat ad sue volū
Ephe.2. tatis assensum. De quibus beatus Apostolus. In quibus ait.
⁊ nos omnes aliquando cōuersati sum⁹ in desiderijs carnis no
stre: facientes voluntatem carnis ⁊ cogitationū: ⁊ eramus na
tura filij ire sicut ⁊ ceteri. Spiritalia vero dicimus q̄ instinctu
anime solius orta: non solum nihil voluptatis conferunt carni
sed etiā grauissimis eā languoribus afficientia: miserrime iocū
ditatis pastu animā tātum nutriūt egrotantē. Et idcirco hec q̄
dem simplici cordis indigent medicina: que aūt carnalia sunt
non nisi duplici quemadmodū diximus ad sanitatem curatiōe
p̄ueniūt. Unde puritatem studentibus plurimū confert vt harū
naturaliū passionū ipsas materias sibi primit⁹ subtrahant: q̄
bus pōt vel occasio vel recordatio earūdem passionū egrotan
ti adhuc aīe generari. Necesse est eñ vt morbo duplici: duplex
adhibeatur curatio. Nam corpori ne concupiscētia in effectū tē
ptet prorumpere: necessario effigies ⁊ materia illiciēs subtra
hēda est: ⁊ anime nihilominus ne eā vel cogitatione concipiat:
attētior meditatio scripturarū ⁊ solliciudo p̄uigil ac remotio so
litudinis apponēda. In ceteris autē vitijs hūana cōsortia nihil
obsunt: q̄nimmo ēt plurimū conferunt his q̄ carere eis in verita
te desiderāt: qꝛ frequentia hominū magis arguunt ⁊ dū lacessita
crebrius manifestantur: celeri medicina perueniunt ad salutē.

¶ Quomodo dominus noster solus absq̄ peccato tē
ptatus sit. Capitulum.v.

Deoq; dominus noster iesus christus cū apostoli ꝓnū-
cietur sententia temptat⁹ fuisse per omnia ꝑm similitu- Hebre. 4.
dinem nr̄am dicitur tamē absq; peccato: id est absq; hu
ius passionis contagio: nequaq̄ scilicet aculeos concupiscētie
carnalis exp̄tus: quibus nos necesse est etiam ignorantes inui
tosq; compungi: q̄ppe cui nulla inerat similitudo seminationis
vel conceptionis humane: ita rationē conceptus eius archan-
gelo nunciāte. Spiritusanctus superueniet in te: ⁊ virtus altis- Luce. 1.
simi obumbrabit tibi. Ideoq; ⁊ quod nascetur ex te sanctuz: vo
cabitur filius dei.

¶ De ratione temptationis qua a diabolo tempta-tus est dominus. Capitulum. vj.

In illis em̄ passionibus etiā ip̄e tēptari debuit: incorru-
ptam imaginē dei ac similitudinē possidēs: in quibus ⁊
adā tēptat⁹ est: cū adhuc in illa inuiolata dei imagine ꝑ
duraret: hoc est gastrimargia: cenodoxia: sup̄bia: nō in quibus
post preuaricationē mādati imagine dei ac similitudine viola-
ta: suo iam vitio deuolut⁹ inuoluit̄. Gastrimargia nāq; est qua
interdicti ligni p̄sumit eduliū: cenodoxia q̄ d̄r. Ap̄ient̄ ocli vr̄i Gen. 3.
sup̄bia q̄ d̄r. Eritis sicut dij sciētes bonū ⁊ malū. In his tribus Ibidem.
vitijs etiā dn̄m saluatorē legim⁹ fuisse tēptatū. Gastrimargia: cū math. 4.
d̄r ei a diabolo. Dic vt lapides isti panes fiant. Cenodoxia. Si Ibidem.
fili⁹ dei es: mitte te deorsum. Sup̄bia: cū ostēdēs illi oīa regna Ibidem.
mūdi ⁊ eoꝝ gloriā dicit. Hec oīa tibi dabo si cadēs adoraueris
me: vt ij sdē q̄b⁹ ille tēptationū lineis est appetit⁹: nos q̄z quēad
modū tēptatorē vincere deberem⁹ suo doceret exēplo. Ideoq; ⁊
ille adā d̄r: ⁊ iste adā. Ille prim⁹ ad ruinā ⁊ mortē. Hic prim⁹ ad
resurrectionē ⁊ vitā. Per illū oē genus hominū condemnat̄: ꝑ
istū oē gen⁹ hominū liberat̄. Ille de rudi atq; intacta fingit̄ ter
ra. Hic de maria virgine ꝓcreat̄. Hui⁹ ergo vt suscipere eū tēpta
tiones oportuit: ita excedere necessariū nō fuit. Nec em̄ q̄ gastri-
margiā vicerat: poterat fornicatione tēptari: q̄ ex illius abun-
dātia ac radice ꝓcedit: qua ne ille quidē primus adā fuisset eli-
sus: nisi ante genitricē eius passionē: decept⁹ illecebris diabo-
li recepisset. Et ob hoc fili⁹ dei nō absolute in carne pcti venisse
dicit̄: sz in similitudine carnis pcti qr cū eēt in eo vera caro mā
ducās scz ⁊ bibēs ⁊ dormiēs: clauorū q̄z cōfixionē in veritate
suscipiēs: pctm̄ ei⁹ qd̄ p̄uaricatione cōtraxit verū nō habuit sed
imaginariū. Nō ignitos aculeos ꝯcupiscētie carnalis exp̄tus est
qui etiā nolētibus nobis natura iā amministrāte cōsurgūt: sed
huius quādā similitudinē: naturā participando suscepit. Nam
cū omnia q̄ officij nostri sunt in veritate compleret: ⁊ vniuersas
infirmitates gestaret humanas: cōsequēter huic q̄z passioni pu
tatus est subiacere: vt ꝑ has infirmitates etiā conditionē hui⁹
q̄z vitij atq; pcti videret̄ in sua carne portare. Deniq; in his eū

tantūmō vitijs diabolus tēptat: in quib⁹ etiā illū primū decepe
rat: conijciēs hunc q̄z velut hominē similiter in ceteris illudēdū
si enim in illis quib⁹ priorē deiecerat sensisset elisū. Verū ei ꝑm
iam morbū qui de radice principalis vitij pullularat: p̄mo cer
tamine confutans inferre nō potuit. Videbat eñ nullaten⁹ eū
initialem causam egritudinis huius suscepisse: atq̄ superfluum
sperari ab eo fructū pcti: cui⁹ eū semina vel radices nullo mō re
cepisse cernebat. Licet ꝑm Lucā qui postremā tēptationē illam
Luce.4. ponit: qua dicit. Si filius dei es mitte te deorsum: hec supbie
passio possit intelligi: ita vt illa superior quā matthe⁹ tertiā po
nit: in q̄ iuxta p̄dictū lucā euāgelistā oīa ei regna mūdi in puncto
temporis ostēdēs diabolus repromittit accipiat passio philar
gyrie: ꝙ scz post gastrimargie victoriā fornicatione eū tēptare
nō p̄ualens ad philargyriā trāsierit: quā radicē malor oīm no
uerat: in qua iterū superat⁹: nullū ei vitiū ex his que seq̄bant eā
ausus est ingerere: quippe que nouerat de eius radice ac fomite
pullulare: ad extremā supbie trāsierit passionē: qua nouerat ēt
p̄fectos quosq̄ deuictis oīb⁹ vitijs posse pulsari: qua ēt vel se
ip̄m cū eēt vt lucifer: vel cōplures alios absq̄ vllo incitamēto
p̄cedentiū passionū de celestib⁹ meminerat corruisse. Iuxta hūc
ergo quē p̄diximꝰ ordinē q̄ ab euāgelista luca describit: ēt ip̄a il
la illicitatio ⁊ figura tēptationū q̄b⁹ vel illū primū vel istū ꝑm
adā callidissimus aggredit inimicus elegātissime congruit. Illi
Gen.3. nāq̄ dicit. Aperient oculi vestri huic ostendit oīa regna mūdi ⁊
gloriā eorū. Ibi dicit. Eritis sicut dij hic dicit. Si filius dei es.

¶ De cōsummatione cenodoxie ⁊ superbie sine ministerio corporali. Capitulum.vij.

Et vt de efficientijs ceterar q̄z passionū quarū rationem
c intercedere nos expositio gastrimargie vel dñice tēpta
tionis necessario cōpulit: eodē quo p̄posueram⁹ ordine
disseramus. Cenodoxia atq̄ supbia ēt sine vllo cōsummari so
lēt ministerio corporali. In quo eñ egent actione carnali: que p̄
concupiscētia ⁊ voluntate sola conquirēde laudis: ⁊ hūane glo
rie consequende abunde ruinā generāt anime captiuate. Aut
quē effectum habuit corporalem predicti luciferi illius antiqua
superbia: nisi ꝙ eam tm̄mō animo ⁊ cogitatione concepit: ita p̄
Esa.14. pheta cōmemorante. Qui dicebas in corde tuo. In celū conscē
dā sup astra dei ponā soliū meū: ascēdā sup altitudinē nubiūero
similis altissimo. Qui sicut hui⁹ supbie neminē habuit incento
rem: ita ei cōsummationē criminis ruineq̄ perpetue cogitatio
sola p̄fecit: equidē cuz affectate tyrannidis nulla fuerint opera
subsecuta.

¶ De philargyria q̄ extra naturaz sit: ⁊ quid intersit inter ipsam ⁊ naturalia vitia. Capitulum.viij.

Philargyria ⁊ ira licet nō sint vnius nature: nā prior extra naturā est: sequēs vero originale videtur in nobis seminariū possidere: simili tamen oriuntur modo: extrinsecus siquidē causas cōmotionis plerūq; concipiūt. Etem̄ frequenter hi qui adhuc infirmiores sunt vel irritatione vel instinctu quorundā: in hec se corruisse vitia cōquerunt̄: ac p̄cipitatos se vel ad iracundiam: vel ad philargyriam aliorū prouocatiōe causant̄. Quod extra naturam sit philargyria, hinc liquido peruidet̄: quia nec originale probatur in nobis habere principiū nec de materia concipitur que ꝑtingit ad anime vel carnis ꝑticipationē: viteq; substantiam. Nihil em̄ ad vsum ac necessitatē nature cōmunis preter escā quotidianā ac potū certū est peruenire. Relique vero vniuerse materie quantolibet studio atq; amore seruent̄: alieni tñ ab humana indigētia etiā vsu vite ip̄i⁹ approbant̄: ideoq; hoc velut extra naturā existēs. non nisi tepidos ac male fundatos monachos pulsat. Que autez naturalia sunt: ⁊ iā ꝓbatissimos monachoꝝ equidē in solitudine cōmorātes attēptare nō desinūt. Et intantū hoc verissimū comprobat̄: vt etiā gentes nōnullas ab hac passione: id est philargyria liberas oīmodis agnoscam⁹: qz nequaq̄ vitij huius egritudinē vsu ⁊ consuetudine receperūt. Illū quoq; priorē mundū q̄ ante diluuium fuit: diutissime concupiscentie hui⁹ rabiem credim⁹ ignorasse. Que etiā in vno quoq; nostrū recte abrenunciante: sine vllo labore probatur extingui: cū scilicet vniuersis quis facultatibus abiectis: ita expetierit cenobij disciplinā vt ex eis ne vnū quidē denariū sibimet superesse patiat̄. Cuius rei testes multa hominū milia possumus inuenire: qui cum sub momēto breuissimo dispersis omnib⁹ substātijs suis: ita hanc eradicauerunt passionē: vt ne tenuiter quidē ab ea pulsentur vlterius: nihilominus omni tempore contra gastrimargiā pugnantes: nisi ingenti circūspectione cordis: ⁊ abstinentia corporis dimicauerint securi esse non possunt.

¶ De ira atq; tristitia q̄ inter accidentia vitia plerūq; inueniantur. Capitulum. ix.

Tristitia ⁊ acidia nulla quēadmodū supiora diximus accedente extrinsecus ꝓuocatione generari solēt. Nam solitarios q̄ ⁊ in eremo constitutos. nulliq; humano cōmixtos cōsortio: frequenter atq; amarissime vexare noscūtur: qd̄ esse verissimū quisq; cū fuerit in solitudine cōmorat⁹: ⁊ pugnas hoīs interioris exptus: ip̄is experimētis ꝑfacile cōprobabit.

¶ De sex vitiorū concordia: ⁊ duorum ab eis dissidētium cognatione. Capitulum. x.

Hec igit̄ octo vitia licet diuersos ort⁹ ac dissimiles efficiētias habeāt: sex tñ p̄ora: id est gastrimargia fornicatio: philargyria ira tristitia: accidia: quadam inter se co

gnatione: ⁊ vt ita dixerim cōcatbenatione connexa sunt: ita vt prioris exuberātia: sequenti efficiat̄ exordiū. Nā de abundantia gastrimargie: fornicationē: de fornicatione philargyriā: de philargyria iram: de ira tristiciā: de tristicia acidiā necesse est pullulare: ideoq; simili cōtra hec modo atq; eadē ratione pugnandū est: ⁊ a precedentib⁹ semper aduersus sequētes oportet nos inire certamina. Facilius eñ cuiuslibet arboris noxia latitudo ac ꝓceritas exarescit: si antea radices eius quibus innitit̄ vel nudate fuerint vel suscise. Et instantes humores aquarū cōtinuo siccabunt̄: cū generator earū fons ac profluētes vene: solerti industria fuerint obturate. Quāobrē vt acidia vincatur: ante tristicia superanda est: vt tristicia ꝓpellat̄: ira prius est extrudenda: vt extinguat̄ ira: philargyria calcāda est: vt euellat̄ philargyria fornicatio compescēda est: vt fornicatio subtrahat̄: gastrimargie vitiū est castigandū. Residua vero duo: id est cenodoxia ⁊ superbia: sibi quidez similiter illa qua de superioribus vitijs diximus ratione iungunt̄: ita vt incrementū prioris: ortus efficiat̄ alterius. Cenodoxie eñ exuberantia: superbie fomitē parit. Sed ab illis sex prioribus vitijs penitus dissidēt: nec simili cū eis societate federant̄. Siquidē nō solū nullā ex illis occasionē sue generationis accipiunt: sed etiā cōtrario modo atq; ordine suscitant̄. Nā illis euulsis hec vehementius fructificāt: ⁊ illorū morte viuacius pullulant atq; succrescunt. Unde etiā diuerso modo ab his duobus vitijs impugnamur. In vnūquodq; eñ illoꝝ sex vitiorū tunc incidimus: cū a precedentib⁹ eoꝝ fuerimus elisi: in hec vero duo: victores ⁊ maxime post triūphos periclitamur incurrere. Omnia igit̄ vitia quēadmodū incremento precedentiū generant̄: ita illorū diminutiōe purgant̄. Et hac ratione vt superbia possit explodi: cenodoxia est prefocāda. Et ita semper prioribus superatis sequentia conquiescēt ⁊ extinctione precedentiū: residue passiones absq; labore marcescēt. Et licet hec que prediximus octo vitia: illa qua cōmemorauimus rōne inuicez sibi cōnexa atq; permixta sint: specialius tñ in quattuor cōiugationes ⁊ copulas diuidunt̄. Gastrimargie nāq; fornicatio peculiari consortio federat̄: philargyrie ira: tristicie acidia: cenodoxie superbia familiariter coniugatur.

De origine ⁊ qualitate vniuscuiusq; vitij. Cap̄. xj.

Et vt singillatim nunc de vniuscuiusq; vitij generib⁹ disputemus: gastrimargie genera sunt tria. Primū qđ ad refectionē perurget monachū ante horā statutā ac legitimā festinare. Scđm qđ expletione ventris: ⁊ quarūlibet escarū voracitate letat̄. Tertiū qđ accuratiores ac delicatissimos desiderat cibos. Que tria nō leui dispendio monachū feriūt: nisi ab omnibus istis pari studio atq; obseruātia semetip̄m expedire cōtenderit. Nā quēadmodū absolutio ieiunij ante horā canoni-

cam nullatenus presumenda est: ita ⁊ vētris ingluuies ⁊ escarū
sumptuosa atq; exquisita preparatio similr amputāda. Ex his
eñ tribus causis diuerse ac pessime valitudines anime ꝓcreant
Nā de prima monasterij odiū gignit: atq; exinde horror: ⁊ into
lerantia eiusdē concrescit habitaculi: quā sine dubio mox disces
sio aut fuga velocissima subsequet. De secūda igniti luxurie ⁊ li
bidinis aculei suscitant. Tertia etiā inextricabiles philargy-
rie laqueos nectit ceruicib⁹ captiuoꝝ: nec aliqñ monachū finit ꝑ
fecta christi nuditate fundari. Cuius nobis passionis inesse ve
stigia isto q̄ deprehēdimus indicio: cū forte ad refectionē detēti
ab aliquo fratrū: cōtēti nō sumus eo sapore cibos sumere: quo
ab exhibēte cōditi sunt: sz quiddā suꝑfundi eis vel adijci: impor
tuna atq; effrenata poscimus libertate. Qd fieri penit⁹ nō opor
tet: trib⁹ de causis. Primo: qr mēs monachi semꝑ debz in omni
tolerātie ac parcitatis exercitatione versari: ⁊ ꝑm Apl'm disce- Phil. 4.
re in quib⁹ est sufficiēs esse. Nullatenus eñ poterit: vel occulta
vel maiora corꝑis desideria refrenare: quisq; degustatiōe modi
ce insuauitatis offensus: ne ad momētū quidē delitias gutturis
sui valuerit castigare. Scdo ꝙ nonnunq̄ euenit vt ad horā desit
illa spēs que postulat a nobis: ⁊ verecūdia necessitati vel fruga
litati suscipiētis incutimus: publicātes scz pauꝑtatē eius quā so
li deo cognitā eē maluerat. Tertio ꝙ interdū solet sapor ille quē
nos adijci poscimus alijs displicere: ⁊ inuenimur iniuriā mul
tis (dū nostre gule ac desiderio satisfacere cupimus) irrogare ꝓ
pter qd omnimodis hec in nobis est castigāda libertas. Forni-
cationis genera sunt tria. Primū qd ꝑ cōmixtionē sexus vtrius
q; perficit. Scdz qd absq; femineo tactu: ꝓ quo her patriarche Gen. 38.
inde filius a dño ꝑcussus legit: qd in scripturis sanctis immūdi
cia nūcupat: suꝑ quo Apl's. Dico aūt innuptis ⁊ viduis: bonū j. Cor. 7.
est illis si sic permāserint sicut ⁊ ego: ꝙ si se nō cōtinent: nubant.
Melius est eñ nubere q̄ vri. Tertiū qd animo ac mente conci-
pit. De quo dñs in euāgelio. Qui viderit mulierē ad cōcupiscen Matth. 5.
dū eā: iam mechatus est eā in corde suo. Que tria genera beat⁹
Apl'us pari mō extinguenda ꝓnunciās. Mortificate inquit mē Col. 3.
bra vestra que sunt suꝑ terrā: fornicationē: immundiciā: libidi-
nē ⁊c. Et iterū de duob⁹ ad Ephesios. Fornicatio ⁊ immūdicia Ephe. 5.
nec nominet in vobis. Et iterū. Illud autē scitote: ꝙ omnis for Ibidem.
nicator aut immūdus aut auarus qd est idoloꝝ seruit⁹: nō habz
hereditatē in regno christi ⁊ dei. Que tria vt a nobis pari obser
uatione caueant: simili nos eorū a regno christi atq; vna deter-
ret exclusione. Philargyrie genera sunt tria. Primū qd renūciā-
tes: diuitijs ac facultatibus suis spoliari nō sinit. Scdm qd ea
que a nobis dispensata sunt vel indigēibus distributa: resume
re nos maiori cupiditate ꝑsuadet. Tertiū qd ea q̄ ne antea qui-
dem possedimus: desiderare acquiri ve cōpellit. Ire genera sunt θῦμος
tria: Enum quod exardescit intrinsecus: quod grece thymos di

ὀργή
Col. 3.
ἀλήϊσ

citur. Aliud quod in verbum ⁊ opus effectũq; prorumpit: quod orge nuncupatur: de quibus ⁊ apostolus. Nunc autẽ deponite inquit ⁊ vos omnia: iram: indignationem. Tertium quod non vt illa feruens ad horam dirigitur: sed per dies ⁊ tempora reseruatur: qđ aleis dicitur. Que omnia equali sunt a nobis horrore damnanda. Tristicie genera sunt duo. Unum quod vel iracũdia desinente: vel de illato damno ac desiderio prepedito cassatoq; generatur. Aliud qđ de irrationabili mentis anxietate seu desperatione descendit. Acidie genera sunt duo. Unum quod ad somnum precipitat estuantes. Aliud quod cellam deserere ac fugere cohortat. Cenodoxia licet multiformis ac multiplex sit: ⁊ in diuersas species diuidatur: genera tamen eius sunt duo Primũ ꝙ pro carnalib⁹ ac manifestis extollimur rebus. Scđz ꝙ spiritalibus ⁊ occultis: desiderio vane laudis inflãmamur.

¶ In quo sit vtilis cenodoxia. Capitulum. xij.

Vna re tamen cenodoxia vtiliter ab incipientibus assumit: ab his duntaxat qui adhuc vitijs carnalibus instigant: vt verbi gratia: si illo tempore quo fornicationis spiritu perurgent mente conceperint: vel sacerdotalis officij dignitate: vel opinionẽ cunctorũ qua sancti ⁊ immaculati esse credant: ⁊ ita immũdos cõcupiscentie stimulos quasi turpes atq; indignos: vel existimationi sue: vel illi ordini iudicantes: hac saltem contemplatione declinent: minore malo id qđ maius est retundentes. Satius est cenodoxie vitio quẽcunq; pulsari: q̃ incidere in fornicationis ardorẽ: vnde reparari aut nõ valeat aut vix valeat post ruinã. Quẽ sensum ex persona dei vnus prophetarũ eleganter expressit: dicẽs. Propter me longe faciam furorẽ meũ: ⁊ laude mea infrenabo te ne intereas: id est: vt dũ cenodoxie laudibus cõpediris: nequaq̃ ad inferni profunda ꝓruas: et irreuocabiliter mortaliũ peccatorũ consummatione mergaris. Nec mirũ tantam passioni huic inesse virtutem: vt irruentẽ quẽpiam in fornicationis labẽ valeat refrenare: cũ sit multoꝝ experimentis sepissime comprobatũ: ꝙ ita eum quẽ semel veneni sui peste corruperit: infatigabilem reddat: vt faciat ab eo ne biduana quidẽ ieiunia vel triduana sentiri. Qđ etiã nõnullos in hac eremo frequenter nouimus fuisse cõfessos: se in cenobijs syrie cõstitutos quinis diebus refectionẽ cibi sine labore tolerasse: nũc autem tanta se fame ab hora tertia perurgeri: vt vsq; nonã vix queant differre ieiunia quotidiana. Super qua re pulchre abbas macharius cuidam perconctanti cur fame ab hora tertia in eremo pulsaretur: qui in cenobio hebdomadibus integris refectionẽ sepe contẽnens nõ sensisset esuriem: respondit. Quia nullus est ieiunij tui testis qui te suis laudibus nutriat atq; sustentet: ibi autẽ te digitus hominũ ⁊ cenodoxie refectio saginabat. Huius aũt rei figura qua diximus superueniẽte cenodoxia

Esa. 48.

vitium fornicationis excludit pulchre in Regu libro ac signanter exprimitur: vbi populum israelem a nechao rege egypti captinatum: ascendens nabuchodonosor rex assyriorum de finibus egypti ad suam transtulit regiones scilicet vt non eos libertate pristine & genitali restitueret regioni sed ad suas abduceret terras: & longius asportandos q̄ fuerant in terra egypti captiui. Que figura in hoc quoq; competenter aptabitur: licet enim tolerabilius sit cenodorie q̄ fornicationis vitio deseruire: difficilius tamen a cenodorie dominatione discedit̄. Quodāmodo enim longiore itineris spacio captiuus abductus: laboriosius ad genitale solum & libertatem pristinam reuertetur: meritoq; ad eum increpatio illa prophetica dirigetur. Quare inueteratus es in terra aliena? Recte siquidem inueteratus dicitur in terra aliena: quisquis a terrenis vitijs non innouat. Super die genera sunt duo. Primum carnale. Secundum spiritale: quod etiam perniciosius est. Illos nāq; desperatius impugnat quos in quibusdam virtutibus profecisse reppererit. Baruch. 3.

De varia oppugnatione omniū vitiorū. Cap. xvij.

Et igit octo vitia cū omne hominū genus pulsent: non tamen vno modo imperāt cunctos. In alio nanq; spiritus fornicationis locū obtinet principalē: in alio superbie furor: in alio cenodoxia vendicat tyrannidem: in alio arcem superbia tenet. Et cum constet omne ab omnibus impugnari: diuerso tamen modo & ordine singuli laborāmus.

De instituendo aduersum vitia certamine secundū ipsorum infestationem. Capitulum. xviij.

Tamobrē ita nobis aduersus hec arripienda sunt prelia vt vnusquisq; vitium quo maxime infestatur exploret: aduersus illud arripiat principale certamen: omnem curam mentis ac sollicitudinem erga illius impugnationem obseruationemq; defigens: aduersus illud quotidiana telorū dirigens spicula: contra illud cunctis momentis cordis suspiria crebraq; gemitus tela conferens: aduersus illud vigiliarum labores ac meditationem sui cordis impendens: indefinēter quoq; orationū ad deum fletus fundens: & impugnationis sue extinctionē ab illo specialiter ac ingiter poscens. Impossibile nanq; est de qualibet passione triumphum quempiam promereri: prinsq; intellexerit industria vel labore proprio victoriā certaminis semet obtinere non posse: cum tamē vt valeat emūdari: necesse sit eū die, noctuq; in omni cura & sollicitudine permanere. Cunq; se ab ea senserit absolutū: rursum latebras sui cordis simili intentione perlustret: & excipiat sibi quā inter reliquas perspexerit durioreē: atq; aduersus eam specialius omnia spūs arma cōmoueat: & ita semp validioribus supatis celerē de reliquis habebit facilēq; victoriā: qz & meus triumphorū

processu redditur fortior: ⁊ infirmorum pugna succedēs prom
ptiorem ei prouentū faciet prelioꝝ: vt fieri solet ab his qui co-
ram regibus mundi huius omnigenis cōgredi bestijs premio-
rum cōtemplatione cōsueuerunt: qđ spectaculi genus vulgo pā
carpū nuncupat. Hi inquam feras quascunq; fortiores robore
vel feritatis rabie cōspexerint diriores: aduersus eas prime cō
gressionis certamen arripiunt: quibus extinctis reliquas q̄ mi
nus terribiles minusq; vehemētes sunt: exitu faciliore proster
nunt. Ita ⁊ vitijs semp robustioribus superatis: atq; infirmio
ribus succedētib⁹: parabit nobis absq; vllo discrimine pfecta
victoria. Nec tñ putandū ꝙ principalr quis cōtra vnū dimicās
vitiū: ⁊ velut incautius alioꝝ tela prospiciens: inopinato ictu
facilius valeat sauciari: qđ nequaq̄ fiet. Impossibile nanq; est:
eū qui pro cordis sui emūdatione sollicitus erga impugnatio-
nem vitij cuiuslibet intentionē sue mentis armauerit: aduersus
cetera quoq; vitia generalē quendā horrorē ⁊ custodiā similē nō
habere. Quo eniz mō vel de illa qua absolui desiderat passione
merebitur obtinere victoriā: quez indignū purgationis premio
alioꝝ facit contagio vitioꝝ. Sed cū principalis cordis nostri
intentio: velut specialē pugnā aduersus vnā exceperit passionē
pro ipsa orabit attētius: peculiari sollicitudine ac studio suppli
cans: vt eā diligētius obseruare: ⁊ p hec celerē mereat obtinere
victorā. Hunc nāq; nos ordinē prelioꝝ exercere debere: nec tñ
de nostra virtute confidere: etiā legislator his docet verbis. Nō
Deut. vij. timebis eos: qr dominus deus tuus in medio tui est: deus ma-
gnus ⁊ terribilis: ipse consumet nationes has in conspectu tuo
paulatim atq; p partes. Non poteris delere eas pariter ne for-
te multiplicentur cōtra te bestie terre. Dabitq; eos domin⁹ de⁹
tuus in cōspectu tuo: ⁊ interficiet illos donec penit⁹ deleant.

¶ Nihil nos posse aduersum vitia sine auxilio dei: nec debere nos in eoꝝ extolli victoria. Cap. xv.

Sed neq; debere nos in eoꝝ extolli victoria: similiter am
Deut. vi. monet. Ne postq̄ comederis inquit ⁊ satiat⁹ fueris: do-
mos pulchras edificaueris: ⁊ habitaueris in eis: ha-
buerisq; armenta ⁊ ouiū greges: auri ⁊ argenti cunctarūq; rerū
copiā: eleuet cor tuū: ⁊ non reminiscaris dñi dei tui q̄ eduxit te
de terra egypti: de domo seruitutis: ⁊ ductor tuus fuit in solitu
prouer. 24. dine magna atq; terribili. Salomon quoq; in Prouerbijs. Si
ceciderit inimicus tuus noli gratulari: in supplantatione autē
eius noli extolli: ne videat dominus ⁊ nō placeat ei: ⁊ auertat
iram suā ab eo: id est: ne perspiciens elationē cordis tui: ab ei⁹
impugnatione discedat: ⁊ incipias derelictus ab eo rursus illa
quā per dei gratiā ante superaueras passione vexari. Non enim
Ps. lxxiij. orasset propheta: dicens. Ne tradas domine bestijs animā con
fitentē tibi: nisi scisset propter inflationem cordis quosdam vt

humilientur eisdem rursum vitijs que vicerant tradi. Quãobrẽ certos nos esse cõuenit: tã ipsis rerũ experimẽtis q̃ innumeris scripture testimonijs eruditos: nr̃is nos viribus (nisi dei soli⁹ auxilio fulciamur) tantos hostes superare nõ posse: ⁊ ad ipsum quotidie summã victorie nostre referre debere. Ita super hoc q̃ per moysen domino cõmonente. Ne dicas in corde tuo: cũ deleuerit eas dominus deus tuus in cõspectu tuo. Propter iusticiã meã introduxit me dominus: vt terrã hanc possiderẽ: cũ propter impietates suas iste delete sint nationes. Neq; em̃ propter iusticias tuas ⁊ equitatẽ cordis tui tu ingredieris vt possideas terras earũ: sed q̃ ille egerũt impietarẽ: te introeũte delete sunt Rogo quid aperitus potuit dici contra perniciosam opinionẽ presumptionẽq; nostrã: qua totũ quod agimus: vel libero arbitrio vel nostre volumus industrie deputare? Ne dicas inquit in corde tuo: cũ deleuerit eas domin⁹ deus tuus in cõspectu tuo: propter iusticiã meã introduxit me dominus: vt terrã hãc possiderẽ. Nõne his qui oculos anime reseratos ⁊ aures habent ad audiendũ euidenter expressit. Cũ tibi prospere vitioꝝ carnaliũ bella successerint: ⁊ videris te de ip̃oꝝ ceno ⁊ cõuersatione mundi istius liberatũ: nõ tue id virtuti nec sapiẽtie prouentũ pugne atq; victorie inflatus ascribas: credẽs te propter labores ⁊ studium tuũ: ⁊ arbitrij libertatẽ: de spiritalibus nequicijs vel carnalibus vitijs obtinuisse victoriã. Quibus ꝓculdubio in nullo penitus preualere potuisses: nisi te domini communisset ac protexisset auxilium. Deute. ix.

¶ De significatione septẽ gentiũ quarum israel accepit terras: ⁊ quare alibi septem et alibi multe gentes esse dicantur: Capitulum. xvj.

b E sunt septẽ gẽtes quaꝝ terras egressis ex egypto filijs israel daturũ se dominus repromittit. Que omnia s̃m apostolũ cũ in figura contigerint illis: ad nostrã cõmonitionẽ scripta debemus accipere. Ita enim dicitur. Cum introduxerit te domin⁹ deus tuus in terrã quã possessurus ingredieris: ⁊ deleuerit gentes multas corã te: etheũ ⁊ gergeseũ ⁊ amorreum ⁊ chananeum ⁊ ferezeum ⁊ eueum ⁊ iebuseum: septẽ gentes multo maioris numeri q̃ tu es: ⁊ robustiores te: tradiderit q̃ eas dominus tibi: percuties eas vsq; ad internetionem. Qđ vero multo maioris numeri esse dicuntur: hec est ratio: q̃ plura sunt vitia q̃ virtutes. Et ideo in catalogo quidem dinumerantur septem nationes: in expugnatione vero earum sine numeri ascriptione ponũtur. Ita enim dicitur: Et deleuerit gentes multas coram te. Numerosior enim est q̃ israel carnalium passionũ populus: de hoc septenario fomite vitiorum ac radice procedens. Exinde enim pullulant homicidia: cõtentiones: hereses: j. Corin. x. Deute. vij.

furta: falsa testimonia: blasphemie: comessationes: ebrietates: detractiones: ludicra: turpiloquia: mendacia: periuria: stultiloquia: scurrilitas: inquirendo: rapacitas: amaritudo: clamor: indignatio: contemptus: murmuratio: tēptatio: desperatio: multaq; alia q̄ cōmemorare ꝑlongū est. Que cū a nobis leuia iudicētur: quid de illis Apl's senserit: vel quā sup̄ his sentētiā intulerit audiamus. Neq; murmuraueritis inquit: sicut quidā illoꝝ murmurauerūt ⁊ ab exterminatore perierūt. Et de tēptatione. Neq; tēptemus xp̄m: sicut quidā illoꝝ tēptauerunt: ⁊ a serpentibus perierunt. De detractione: Noli diligere detrahere ne eradiceris. Et de desperatione. Qui desperantes semetipsos tradiderunt impudicitie: in operationē omnis erroris: in immundiciā. Qd̄ vero clamor sicut ira ⁊ indignatio ⁊ blasphemia condemnetur: eiusdē apostoli vocibus manifestissime perdocet: ita precipientis. Omnis amaritudo ⁊ ira ⁊ indignatio: ⁊ clamor ⁊ blasphemia tollat̄ a vobis: cū omni malicia: aliaq; complura his similia. Que cū multo sint maioris numeri q̄ virtutes: deuictis tamen illis octo principalib⁹ vitijs: ex quoꝝ natura eas certum est emanare omnes protinus cōquiescunt: ac perpetua pariter cū his internetione delentur. De gastrimargia nāq; nascūtur comessationes: ebrietates. De fornicatione: turpiloquia scurrilitas: ludicra: ac stultiloquia. De philargyria: mēdaciuz: fraudatio: furta: periuria: turpis lucri appetitus: falsa testimonia: violentia: inhumanitas ac rapacitas. De ira: homicidiuz: clamor ⁊ indignatio. De tristicia: rancor: pusillanimitas: amaritudo: desperatio. De acidia: ociositas: somnolentia: importunitas: inquietudo: peruagatio: instabilitas mētis: ⁊ corporis verbositas: curiositas. De cenodoxia: cōtētiones: hereses: iactātia ac presumptio nouitatū. De superbia: cōtemptus: inuidia: inobedientia: blasphemia: murmuratio: detractio. Quod autē he pestes etiam robustiores sint: manifeste nature ipsius impugnatione sentimus. Fortior enim militat in mēbris nostris oblectatio carnaliū passionū q̄ studia virtutū: q̄ non nisi summa contritione cordis ⁊ corporis acquiruntur. Si autē ⁊ illas innumerabiles hostiū cateruas spiritalibus oculis contēpleris: quas beat⁹ Apl'us enumerat: dicēs. Nō est nobis colluctatio aduersus carnē ⁊ sanguinē: sed aduersus principat⁹: aduersus potestates: aduersus mundi rectores tenebraꝝ harū: cōtra spiritalia nequicie in celestibus. Et illud qd̄ de viro iusto in nonagesimo dicitur psalmo. Cadent a latere tuo mille ⁊ decē milia a dexteris tuis: liquido peruidebis: q̄ multo maioris sint numeri: ⁊ validiores q̄ nos carnales scilicet atq; terreni: quippe cū illis spiritalis atq; aeria concessa substantia sit.

j. Coꝝ. x.

Ibidem.

Ephe. iiij.

Ibidem.

Eiusdē. vj.

¶ Interrogatio de comparatione septem gentium et octo vitiorum. Capitulum. xvij.

g Ermanus. Quō igitur octo sunt vitia que nos impugnant: cum per moysen septē dinumerate sint gentes q̄ aduersantur populo israel: vel quemadmodū terras vitiorum commodum nobis est possidere?

¶ Responsio quō secundū octo vitia octo gentiū numerus impleatur. Capitulum.xviij.

s Erapion. Octo esse principalia vitia q̄ impugnant monachū, cūctoꝝ absoluta sentētia est. Que figuraliter sub gentiū vocabulo nominata: idcirco nunc oia non ponūtur: eo ꝙ egressis iā de egypto ⁊ libertatis ab vna gente validissima: id est egyptioꝝ: moyses vel per ipsum dn̄s in Deuteronomio loq̄bat. Que figura in nobis q̄ꝫ rectissime stare deꝓhēdit. q̄ de seculi laqueis expedit: gastrimargie: id est vētris vel gule vitio carnisse cognoscimur. Et habemus iam ꝯ has residuas septē gentes sil̄i rōne cōflictū: prima. s. q̄ iā deuicta est minime cōputata. Cui⁹ ēt terra in possessionē israeli nō dat: sed vt deserat eā ꝑpetuo: ⁊ egrediat ab ea: dn̄i preceptione sancit. Et idcirco ita sunt moderanda ieiunia: vt nō necesse sit ꝑ immoderationē continentie: que defectione carnis vel infirmitate contracta est: reuerti rursus ad egyptioꝝ terrā: id est pristinā gule ⁊ carnis cōcupiscentiā: quā cū mūdo huic abrenunciaremus: abiecim⁹. Qd̄ figurat̄r illi ꝑpessi sunt: q̄ egressi in solitudinē virtutū: rursus desiderauerūt ollas carnium super quas sedebant in egypto.

¶ Cur vna gens quidem deseri septem vero iubentur extingui. Capitulum.xix.

q Uod aūt illa gēs in qua nati sunt filij israel nō penit⁹ extingui: sed tantummodo deseri eius terra precipitur: he vero septem vsq̄ ad internetionem iubentur extingui: hec ratio est ꝙ quantumlibet ardore spiritus succensi eremū virtutum fuerimus ingressi: in ciuitate ac ministerio gastrimargie ⁊ quodāmodo quotidiano eius commercio nequaq̄ carere poterimus. Semper enim in nobis edulij ⁊ escarum vt ingenitus ac naturalis viuit affectus: lꝫ amputare superfluos eius appetitus ac desideria festinem⁹: q̄ sicut ꝑ omnia deleri non possunt: ita debent quadā declinatione vitari. De hac enim dicit. Et carnis curam ne feceritis in desiderijs: Dum huius ergo cure quaꝫ precipimur non ꝑ omnia abscidere: sed absq̄ desiderijs exhibere retinemus affectum: euidenter egypti dominationem nō extinguim⁹: sed ab ipsa quadam discretione separamur: nō de superfluis seu lautioribus epulis cogitātes: sed ſm apostolum: victu quotidiano indumentoq̄ contenti. Quod figuraliter etiā in lege mandatur. Non abominaberis egyptium. quia fuisti incola in terra eius. Necessarius enim victus corpori: non

Roma.xiij.

j. Timo.vj

Deut.xxiij.

sine vel ipsius pernicie vel anime scelere denegatur. Illarũ vero septem perturbationũ velut omnimodis noxiarũ: de recessibus anime nostre penitus exterminandi sunt motus. De his eñ: ita dicitur. Omnis amaritudo ira ⁊ indignatio: ⁊ clamor ⁊ blasphemia tollatur a vobis cũ omni malicia. Et iterũ. Fornicatio aũt ⁊ omnis immundicia ⁊ auaricia nec nominet̃ in vobis: aut turpitudo: aut stultiloquiũ: aut scurrilitas. Possumus ergo horum que nature superinducta sunt radices abscidere vitiorũ: vsum vero gastrimargie nequaq̃ valebimus amputare. Non eñ possumus quantumlibet profecerimus: id nõ esse qđ nascimur. Qđ ita esse tã nostra qui sumus exigui: q̃ omniũ ꝑfectorum vita ⁊ cõuersatione mõstratur: qui cũ reliquarũ passionũ reciderint stimulos. atq; eremũ toto mentis feruore ⁊ corporis expetãt nuditate: nihilominus quotidiani victus ꝓuidentia ⁊ annui panis preparatione nequeunt liberari.

Ephe. 4.

Eiusdez. 5.

¶ De natura gastrimargie ad similitudinẽ aquile cõparande. Capitulum. xx.

b Uius passionis figura qua necesse est q̃uis spiritalem summũq; monachũ coartari. proprie satis aquile similitudine designatur. Que cũ excelsissimo volatu vltra nubiũ fuerit altitudinẽ sublimata: seseq; ab oculis cunctorum mortaliũ: ac a facie terre totius absconderit: rursus ad vallium ima submitti: ⁊ ad terrena descendere: ac morticinis cadaueribus implicari ventris necessitate cõpellitur. Quibus manifestissime comprobat̃ gastrimargie spiritũ nequaq̃ posse vt cetera vitia resecari vel per omnia similiter extingui: sed aculeos eius ac superfluos appetitus virtute aĩ retundi tantũ atq; cohiberi.

¶ De perseuerantia gastrimargie aduersus philosophos disputata. Capitulum. xxj.

n Am huius vitij naturã quidã senũ cũ philosophis disputãs: q̃ eũ ꝑ simplicitate christiana velut rusticũ crederẽt fatigandũ: sub hoc ꝓblematis figurãs colore eleganter expressit. Multis inquit creditoribus pr̃ meus me dere liquit obnoxiũ: ceceris ad integrũ soluẽs: ab omni cõuentionis eoꝝ molestia liberatus sum: vni satisfacere quotidie soluẽdo nõ possum. Cũq; illi ignorãtes vim ꝓposite q̃stionis absolutionez eiꝰ p̃cario postularẽt: multis ait vitijs fui naturali cõditiõe constrictus sz inspirãte dño desideriũ libertatis: cũctis illis tãq̃ molestissimis creditoribus renunciãs huic mũdo: ⁊ omnẽ substantiã q̃ mihi successione pr̃is obuenerat: a me pariter abijciẽs satisfeci: atq; ab eis sum omnimodis absolutus: gastrimargie vero stimulis nullo mõ carere preualui. Nec eñ q̃uis eã in paruũ modũ vilissimãq; redigerẽ quãtitatẽ: vim quotidiane cõpulsionis euado: sed necesse est me ꝑpetuis eius cõuentionibus ꝑur-

geri: ⁊ interminabilē quandā solutionē iugi functione depēdere: atq; inexplebile indictionib⁹ ei⁹ inferre vectigal. Tū illi hūc quē velut idiotā ac rusticū ante despexerāt: ꝓnūciauerūt ꝑmas philosophie ꝑtes: id est ethicā disciplinā apprime cōprehendisse: mirati admodū: potuisse eum naturaliter assequi: qđ nulla ei secularis eruditio cōtulisset: cū ipsi sudore multo lōgaq; doctrina hec attingere nequiuissent. Hec spāliter de gastrimargia dixisse sufficiat. Nunc reuertamur ad disputationem quā de generali vitiorum ceperamus exponere.

¶ Cur Abrae predixerit deus decē gentes expugnādas a populo israel. Capitulum.xxij.

Cum ad abraam dn̄s de futuris loqueret̄ qđ vos minime requisistis: nō septē gētes legit̄ dinumerasse sed decē: quarum terra semini ei⁹ dāda ꝓmittit̄. Qui numer⁹ adiecta idolatria atq; blasphemia euidenter implet̄: quib⁹ ante noticiā dei ⁊ gratiā baptismi: vel impia gentiliū vel blaphema iudeoꝝ multitudo subiecta est: donec in intellectuali egypto cōmorat̄. Si aūt abrenūcians quis ⁊ egressus inde ꝑ dei gratiam deuicta pariter gastrimargia ad eremū ꝑuenerit spiritalē: de impugnatione triū gentiū liberatus: cōtra septē tantū que ꝑ moysen dinumerantur bella suscipiet.

¶ Quomō vtile nobis sit vitiorum terras possidere. Capitulum.xxiij.

Quod vero istaꝝ pernitiosarū gentiū regiōes salubriter possidere precipimur: ita intelligit̄. Habet vnūqđq; vitiū in corde nr̄o ꝓpriam stationē: quā sibi vendicans in aīe nr̄e recessu exterminat israelē: id est cōtēplationē reꝝ summarū atq; sanctaꝝ: eisq; semꝑ aduersari nō desinit. Nō em̄ ꝑst virtutes cū vitijs pariter cōmorari. Que em̄ ꝑticipatio iusticie cū iniquitate: aut q̄ societas luci ad tenebras. Sed cū ab israele populo: id est virtutibus cōtra se dimicantibus fuerint vitia suꝑata: locū quē sibi in corde nostro cōcupiscētie vel fornicationis spiritus retentabat: deinceps castitas obtinebit: quē furor ceperat: patientia vendicabit quē tristicia mortem operās occupauerat: salutaris ⁊ plena gaudio leticia possidebit. quē accidia vastabat: incipiet excolere fortitudo. quē suꝑbia cōculcabat humilitas honestabit: ⁊ ita singulis vitijs expulsis: eoꝝ loca: id est affectus virtutes cōtrarie possidebunt. Que filij israel: id est aīe vidētis deū: nō immerito nūcupant̄: q̄ cū vniuersas cordis expulerint passiones: nō tam alienas possessiones: ꝑuasisse q̄ ꝓprias recuperasse credendi sunt. 2. Coꝝ. 6.

¶ Qđ terre de quibus expulsi sunt populi chananeorum semini sem fuerint deputate. Capitulum.xxiiij.

e Tem̄ q̄tū docet vetus traditio: has easdē terras chananeoꝝ in quas introducunt̄ filij israel: filij sem fuerūt quondā in orbis diuisione sortiri: q̄s deinceps ꝑ vim atq; potētiā posteritas cham ꝑuasionis iniquitate possedit. In quo ⁊ dei iudiciū rectissimū cōprobat̄: q̄ ⁊ illos de locis alienis q̄ male occupauerāt expulit: ⁊ istis antiquā patrū possessionē: q̄ prosapie eoꝝ in diuisione orbis fuerat deputata restituit. Que figura in nobis quoq; stare certissima ratione cognoscitur. Nā voluntas dn̄i possessionem cordis nr̄i non vitijs sed virtutibus naturaliter deputauit. Que post preuaricationē ade insolescētibus vitijs. i. ppl̄is chananeis: a propria regiōe depulse: cū ei rursum ꝑ dei gr̄am diligentia nr̄a ac labore fuerint restitute: nō tā alienas occupasse terras q̄ proprias credende sunt recepisse

¶ Testimonia diuersa super significatiōe octo vitiorū. Capitulum. xxv.

Luce. 11. d E his octo vitijs ⁊ in euangelio ita significat̄. Cū autē immundus spūs exierit ab hoīe: ambulat ꝑ loca arida querēs requiē ⁊ nō inuenit: Tūc dicit: reuertar in domū meā vnde exiui. Et veniēs inuenit vacantē: scopis mundatā et ornatā. Tunc vadit ⁊ assumit alios septē nequiores se spūs: et intrātes habitāt ibi: ⁊ fiunt nouissima hoīs illius peiora prioribus. Ecce vt ibi septē gētes legim⁹ excepta egyptioꝝ: de q̄ egressi fuerant filij israel: ita ⁊ hic septē reuerti spūs dicunt̄ immundi: excepto eo q̄ ab hoīe prius narrat̄ egressus. De hoc septenario fomite vitioꝝ salomon q̄ in Prouerbijs ita describit. Si te rogauerit inimicus voce magna: ne cōsenseris ei: septē em̄ neq̄tie sunt in aīa eius. i. si superatus gastrimargie spūs ceperit tibi sua hūiliatione blandiri: rogans quodāmō vt aliq̄d relaxans a cepto feruore impertias ei: qd̄ cōtinentie modū ⁊ mensurā iuste discretionis excedat: ne resoluaris ei⁹ subiectiōe: nec arridente impugnationis securitate: q̄ videris paulisper a carnalib⁹ incentiuis factus q̄etior: ad p̄stinā remissionē vel p̄teritas gule cōcupiscētias reuertaris. Per hoc em̄ dicit spiritu⁹ ille quē viceras Reuertar in domū meā vnde exiui. Et ꝓcedētes ex eo cōfestiz septē spūs vitioꝝ erūt tibi acriores: q̄ illa passio q̄ in p̄mordijs fuerat supata: qui te mox ad deteriora ꝑtrahent genera peccatorū.

Prouer. 26.

¶ Qd̄ deuicta passione gule impendens sit labor ad virtutes ceteras obtinēdas. Capitulum. xxvj.

q Ua propter ieiunijs ⁊ cōtinētie incūbentibus nobis: festinandū est vt gule passione superata: protinus aīam nr̄am vacuam esse a necessarijs virtutibus nō sinamus sed eis vniuersos recessus cordis nostri studiosius occupemus ne reuersus cōcupiscentie spiritus: inanes nos ab ipsis vacan

tesq; reperiat: ⁊ nō sibi iā soli aditū parare cōtentus: introducat secū in aiam nostrā septenariū hunc fomitē vitioꝝ: ⁊ faciat nostra nouissima peiora prioribus. Turpior eñ erit post hec ⁊ immūdior anima: ac supplicio grauiore plectetur: que se renunciasse huic seculo gloriat: dominantibus sibi octo vitijs: q̄ fuerat quōdam in seculo cōstituta: cū nec disciplina monachi fuisset ꝓfessa nec nomē. Nā ⁊ nequiores hi septem spiritus illo priore qui egressus fuerat: idcirco dicuntur: quia desiderium gule: id est gastrimargia per sese non esset noxia: nisi intromitteret grauiores alias passiones: id est fornicationis: philargyrie ire: tristicie: siue superbie: que per semet noxia anime ac peremptoria esse non dubium est. Et idcirco perfectionis puritatem nūq̄ poterit obtinere: quisquis eam de hac sola continētia: idest ieiunio corporali speraverit acquirēdam: nisi nouerit ob id se hanc exercere debere vt humiliata carne ieiunijs facilius possit aduersus alia vitia inire certamen: non insolescente carne saturitatis ingluuie.

¶ Quod nō idem ordo preliorū sit qui ponitur in catalogo vitiorum. Capitulum. xxvij.

Sciendum tñ nō eundē esse in omnibus ordinem preliorum: qr sicut diximus: nō vno mō impugnamur omnes ⁊ oportet vnūquēq; nostrum ſm qualitatem belli quo principaliter infestat: concertationum luctamē arripere: ita vt alium necesse sit aduersus vitiū qđ tertium ponit primū exercere cōflictū: aliū contra quartum seu quintum: ⁊ ita prout ipsa vitia in nobis obtinent principatū. Utq; impugnationis exigit modus: nos quoq; oportet ordinem instituere preliorum: ſm quem prouentus quoq; victorie triumphiq; succedens: faciet nos ad puritatem cordis ⁊ perfectionis plenitudinem peruenire. Hucusq; abbas serapion de natura octo principalium vitiorum nobis disserens: latentium in corde nostro passionum genera (quarum causas atq; affinitates: cum ab ipsis quotidie vastaremur: nec cognoscere poteramus) ita lucide reserauit: vt eas quodammodo ante oculos positas intueri nobis velut in speculo videremur.

¶ Explicit collatio abbatis Serapionis.

¶ Incipit annotatio capitulorum collationis theodori de nece sanctorum.

Ca. j. De descriptione eremi ⁊ inquisitione: de nece sanctorū.
ij Responsio abbatis theodori ad propositam questionem.
iij De tribus que in hoc mundo sunt. i. bonis ⁊ malis ⁊ medijs.
iiij Quod malum nulli inuito ab alio possit inferri.

v Obiectio quēadmodū ipe deus dicat creare mala.
vj Responsio super interrogatione proposita.
vij Interrogatio an reꝰ sit q̄ iusto intulit mortez cū iustus habeat de morte mercedem.
viij Responsio ad p̄cedentem interrogationem.
ix Exemplū hti iob a diabolo tēptati: ⁊ dñi a iuda traditi: ⁊ q̄ iusto tā prospera q̄ aduersa proficiant ad salutem.
x De virtute viri pfecti q̄ ambidexter figurat̄r nuncupatur.
xj De duplici genere temptationū: q̄ triplici mō inferuntur.
xij Quomodo vir iustus non cere sed adamantino signatorio debeat esse consimilis.
xiij Interrogatio si possit mens iugiter in vna atq̄ eadē qualitate durare.
xiiij Responsio ad interrogantis propositionem.
xv Quod detrimentum sit discedentis e cella.
xvj De mutabilitate etiā supnarū celestiūq̄ virtutum:
xvij Quod nemo ruina subitanea collabatur.

¶ Explicit annotatio capitulorum.

¶ Incipit collatio theodori abbatis de nece sanctoꝝ

¶ De descriptione eremi ⁊ inq̄sitione de nece sctōꝝ.

Capitulum .j.

In palestine partibus iuxta thecue vicū qui Amos prophetam meruit procreare: solitudo vastissima est vsq̄ arabiā ac mare mortuū: quo ingressa deficiūt fluenta iordanis ⁊ aluei siti faciūt finē: ⁊ ciueres sodomorū amplissima extensione porrecta. In hac summe vite ac sanctitatis viri monachi diutissime cōmorantes: repente sunt a discurrētibus saracenoꝝ latrunculis interempti. Quoꝝ corpora licet sciremus tam a pontificibus regionis illius q̄ ab vniuersa plebe arabum tanta veneratione prerepta: ⁊ inter reliquias martyrū condita: vt innumeri ppl̄i e duobꝰ oppidis concurrentes: grauissimū sibi certamen indixerint: ⁊ vsq̄ ad gladiorum conflictum pro sancta rapina sit eorum progressa cōtentio dum pia inter se deuotione decertāt qui nā iustius eorū sepulturam ac reliquias possiderēt: alijs scilicet de vicinia cōmorationis ipsorum: alijs de originis propinquitate gloriantibꝰ: nos tamen vel nostrorum vel quorūdam non mediocriter ex hac pte scandalizantium fratrum offensione permoti inquirentesq̄ cur tanti meriti ac tantarum virtutum viri ita sint a latrunculis interfecti: tantumq̄ dominus passus fuerit erga suos famulos facinꝰ perpetrari: vt viros cunctis mirabiles in manꝰ traderet impiorum. Mesti ad sanctum theodorum singularem in cōuersatione actuali perreximus virum. Hic nanq̄ morabat̄ in cellis: qui locus inter nitriam ac scythiam situs ⁊ a monasterijs q̄

dem nitrie quinq; milib⁹ distans octoginta milium solitudine ab eremo scythie in qua cōmorabamur interueniēte discernitur Cui cū de predictoꝝ viroꝝ nece querimoniam fudissemus: ammirantes tantā dei patientiā: ꝙ viros scilicet illius meriti taliter perimi permisisset: vt qui alios quoq; sue sanctitatis pondere de huiusmodi liberare temptatione debuerint: ne seipsos quidē p̄ripuerint de manibus impiorū: aut cur deus admitti in seruos suos tantum facinus consensisset.

¶ Responsio abbatis theodori ad propositam questionem. Capitulum.ij.

b Eatus theodorus respondit: hec questio illorū solet animos permouere: q̄ parum fidei vel scientie possidentes merita sanctorū vel premia que non in presenti redduntur: sed reposita sunt in futurum: arbitrantur in huius tēporalis vite breuitate restitui. Ceterum nos qui non sumus in hac vita tm̄ sperātes in xp̄o ne s̄m apostolū miserabiliores simus: 1.coꝝ.15.
oīb⁹ hoīb⁹ qꝛ scz in hoc mūdo nihil ꝓmissionū recipientes: etiā in futuro eas pro hac incredulitate ꝑdamus: opinionibus eoꝝ nō debem⁹ errare: ne ignorata vere diffinitiōis sentētia titubātes. ac trepidi tēptationib⁹ moueamur: cū eisdē nos quoq; traditos videremus: vel iniustitiam scz vel incuriam humanarū rerū deo (qđ dictu quoq; nefas est) ascribentes: quia sanctos viros recteq; viuētes in temptatione non protegat: nec bonis ea que bona sunt: nec mala mal' retribuat in p̄nti: ⁊ cū illis damnari mereamur. Quos Sophōias ꝓpheta castigat. Qui dicūt Soph.1.
inq̄t in cordibus suis non faciet dn̄s bene: sed neq; faciet male vel certe cū illis inueniamur: q̄ hmōi querimonijs deū blasphemare dicunt. Oīs qui facit malum bonus est in conspectu dn̄i ⁊ tales ei placent. aut certe. Ubi est deus iusticie. Illam quoq; blasphemiam que in subsequentibus describitur similiter adiūgentes. Uanus est qui seruit deo aut qđ emolumentū quia custodiuim⁹ p̄cepta eius: ⁊ qꝛ ambulauim⁹ tristes corā domino: ergo nunc beatos dicimus arrogantes: siquidem ditati sunt facientes impietatem: ⁊ temptauerunt deum ⁊ salui facti sunt. Quā obrem vt hanc ignorationē que prauissimi huius erroris radix ⁊ causa est possimus euadere: primum nosse debemus quid vere sit bonum: quid malum: ⁊ ita demum super his non falsam vulgi: sed veram scripturarum diffinitionem tenentes: minime infidelium hominum decipiemur errore. Mala.3.

¶ De tribus que in hoc mundo sunt: id est bonis ⁊ malis ⁊ medijs. Capitulum.iij.

t Ria sunt enim q̄ue in hoc mūdo sunt: id est bonum: malum: medium. Debemus itaq; nosse quid proprie bonū: quid malum: quid ve sit mediū: vt nostra fides vera sciē

tia communita: in cunctis temptationibus inconcussa ꝑduret.
Nihil igitur in rebus duntaxat humanis principale bonum eē
credendum est: nisi virtus animi sola: que fide sincera nos ad
diuina perducens: illi immutabili bono facit iugiter inherere.
Et econtrario nihil malum esse dicendum est: nisi peccatum so
lum quod a bono deo nos separās: malo facit diabolo copulari
Media sunt que in vtramq; partem pro affectu ⁊ arbitrio vtē
tis diriuari possunt: vt puta diuitie: potestas: honor: robur cor
poris: sanitas pulchritudo: vita ipsa, vel mors: paupertas in
firmitas carnis: iniurie: ⁊ cetera his similia: que pro qualita
te ⁊ affectu vtentis: vel ad bonam possunt partem proficere vel
ad malaz. Nam ⁊ diuitie proficiunt frequenter ad bonum ꝟm
1.Thi.vj. apostolum: qui diuitibus huius mūdi precipit vt facile tribuāt
cōmunicēt indigentibus: thesaurizent sibi fundamentum bo
Luce.16. num in futurū: vt per has apprehendant veram vitam. Et ꝟm
euangeliū bone sunt illis qui faciunt sibi amicos de iniquo mā
mona. Que rursum retorquentur ad malum: cū ad recōdenduz
tantūmō vel ad luxuriā congeruntur: ⁊ non ad vsus indigentiū
dispensantur. Potestas quoq; ⁊ honor: corporisq; robur ac sa
nitas: q̄ sint media ⁊ vtrobiq; conuenientia: etiā ex hoc facile
comprobatur: q̄ multi sanctorum in veteri testamento potiti
his omnibus: ⁊ in summis diuitijs ⁊ culmine dignitatū ac for
titudine corporis cōstituti: deo quoq; acceptissimi fuisse noscū
tur. Et ediuerso qui his male abusi sunt: ⁊ ea ad ministeruz sue
nequitie detorserunt: nō immerito vel puniti sunt vel extincti
quod frequēter regnorum liber indicat factum. De ipsa etiam
morte ac vita quia medie sint: vel sancti iohannis vel iude nati
uitas protestatur. Unius nanq; intantum sibimet vita profuit
vt alijs quoq; gaudium ortus eius cōtulisse dicatur: ꝟm illud.
Luce.1. Et multi super eius natiuitate gaudebunt. De alterius vero di
math.26. citur vita. Bonū erat ei: si natus non fuisset homo ille. De mor
Ps.116. te etiam Iohannis omniumq; sanctorum dicitur. Precioia est
in conspectu domini mors sanctorum eius. De iude autem ac si
Ps.33. milium. Mors peccatorum pessima. Infirmitas etiam carnis
interdū q̄ sit cōmoda: lazari illius pauperis vlcerosi beatitu
do demonstrat. Cuius cum nulla alia virtutū merita scriptura
cōmemoret: ꝑ hoc solo q̄ egestatē ⁊ infirmitatē corpis patiētissi
Luce.16. me tolerauit: sinus abrae possidere beatissima sorte promeruit
Egestas quoq; ac persecutiones ⁊ iniurie que mala esse totius
vulgi opinione censentur: q̄ sint vtiles ac necessarie etiā ex hoc
liquido comprobatur: q̄ sancti viri non solum eas nunq̄ vitare
voluerunt: verū etiā in virtute summa: vel appetentes: vel forti
ter tolerantes amici dei effecti: eterne vite sunt stipendia conse
2.cor.12. cuti: beato apostolo concinente. Propter quod placeo mihi
in infirmitatibus: in contumelijs: in necessitatibus: in per
secutionibus angustijs pro christo. Cum enim infirmor tunc

potens sum: quia virtus in infirmitate perficitur. Et idcirco illi qui summis huius seculi diuitijs ⁊ honoribus ac potestatibus extolluntur: non ex his principale bonum obtinuisse credendi sunt: quod in solis esse virtutibus definitur: sed mediū quidā qꝛ sicut iustis recte ac necessarie vtentib⁹ vtilia hec esse reperiuntur ⁊ cōmoda: occasionem namq; operis boni fructusq; in illi⁹ vite eternitate parturiūt ita illis qui male opibus abutūtur inutiles sunt atq; incommode: ⁊ occasionē pcti mortisq; cōcinnāt.

¶ Qd malū nulli inuito ab alio possit inferri. Ca. iiij.

b As itaq; diuisiōes fixas atq; immobiles retinētes: sciētesq; nihil esse bonum nisi virtutem solam: que ex timore dei ac dilectione descendit: nec malum quicq̄ esse nisi peccatum solū ⁊ separationē a deo: diligenter nunc discutiam⁹ vtrū de⁹ vnq̄ sanctis suis: aut ꝑ se: aut ꝑ aliū quēpiam inferri ꝑmiserit malum: quod sine dubio nusq̄ omnino reperies. Nec em̄ potuit aliqñ cuiq̄ nolēti ac resistenti malū peccati alter inferre nisi illi soli qui illud in sese cordis ignauia ⁊ corrupta voluntate suscepit. Deniq; cū beato iob diabol⁹ adhibitis vniuersis nequitie sue machinis malum hoc peccati voluisset inferre: ac nō solum cunctis eum facultatibus spoliasset: verū etiā post illum de morte septem filiorū tam atrocem tanq; insperatū orbitatis dolorē: vulnere eū pessimo a capitis vertice vsq; ad plātā pedū: ⁊ intolerandis cruciatibus onerasset: nequaq̄ ei peccati maculam quiuit infligere: quia in cunctis immobilis perseuerans: nullum blasphemie accōmodauit assensum.

¶ Obiectio quemadmodum ipse deus dicatur creare mala. Capitulum. v.

g Ermanus. Frequenter legim⁹ in scripturis sanctis deū creasse mala: vel hominibus intulisse: vt est illud. Qm̄ absq; me non est deus. Ego dñs ⁊ nō est alter: formans lucem ⁊ creans tenebras: faciens pacem ⁊ creans mala. Et iterū. Si est malicia in ciuitate quam dominus non fecit. Esa. 45.

¶ Respōsio sup interrogatione ꝓposita. Capitu. vj.

t Heodorus. Nōnūq̄ solet scriptura diuina abusiue mala pro afflictionibus ponere: non quia per naturam ꝓprie mala sint: sed ꝑm hoc q̄ ab his sentiantur mala quibus vtiliter inferuntur. Hominib⁹ etenim disputās diuina cēsura necesse est vt humanis verbis ⁊ affectionib⁹ eloquat. Etem̄ sectio vel vstio salutaris q̄ illis q̄ vlcerū cōtagiōe putrefacti sunt: pie infert a medico: mala a tolerātib⁹ credit nec iniquo carcer: nec equo calcar: nec emēdatio suauis est delinquēti. Oēs etiā discipline his q̄ erudiunt amare sentiūtur ad p̄sens: sicut apl's dicit. Oīs aūt disciplina in presenti non videtur eē gaudij sed mero- Hebre. 12.

rīs: postea aūt fructū pacatissimū his qui per se exercitati sunt
Ibidem. reddet iusticie. Et. Quē diligit dñs corripit: flagellat aūt om-
nē filiū quē recipit. Quis enim est filius quē nō corripit pater?
Hiere. 26. Itaq; mala nōnunq; ꝓ afflictionib⁹ solēt: sm illud. Et pe-
nituit deū super malicīa quā locutus est vt faceret eis t nō fecit
Ps. 85. Et iterū. Quia tu dñe misericors t miserator: patiēs t multum
misericors t penitēs in malicijs: id est sup tribulationib⁹ t erū
nis que nobis ꝓ pctōrū nr̄oꝝ meritis inferre cōpellēris. Quas
sciens vtiles esse nonnullis: ita alios ꝓpheta vtiq; nō inuidēs
salutī eoꝝ sed cōsulēs imprecatur. Adde illis mala domine: ad-
Esa. 45. de mala gloriosis terre. Et ipe dñs. Ecce inquit inducā sup eos
Hiere. 11. mala: id est dolores ac vastitates: quibus in presenti salubri-
ter castigati: ad me quē in rebus ꝓsperis cōtemserunt: reuerti
tandem ac festinare cogantur. Ideoq; hec principalia esse mala
nō possumus definire: multis enim ad bonū ꝓficiunt t causas
eternoꝝ pariunt gaudioꝝ. Et idcirco vt ad questionem ꝓpositā
recurramus: vniuersa que putant mala nobis ab inimicis vel a
quibuscunq; alijs irrogari: non sunt credenda mala esse sed me-
dia. Non enim talia inueniētur qualia putat esse ille qui intulit
animo furibundo: sed qualia senserit ille qui sustinet. Ideoq; cū
illata fuerit mors viro sancto: nō ei malum illatum esse creden-
dū est: sed medinz quiddā. Quod cū peccatori malum sit: iusto
requies t absolutio sit malorum. Mors ergo viro iusto requies:
cuius vita abscondita est. Et ideo nec vir iustus ex hac aliquod
perpetitur detrimentū qui nihil pertulit noni: sed id quod ei ac
cessurū fuerat necessitate nature: inimici nequitia nō fine ꝑmio
vite perennis excepit: ac debitū mortis humane quod inexcusa
bili lege reddendū est: cū fructu vberrimo passionis ac magne re
munerationis mercede persolvit.

¶ Interrogatio an reus sit qui iusto intulit mortem cum iustus habeat de morte mercedē. Capitulū. vij.

Ermanus. Ergo si interēptus iustus non solum nihil
g mali perpessus est: sed etiam mercedem passionis asse-
quitur: quomodo in reatum vocabitur qui non nocuit
mortem inferendo sed profuit.

¶ Responsio ad precedentē interrogationē. Ca. vij.

Heodorus. Nos de ꝓprietate boni malicq; vel eius qō
t dirimus esse medīū disputamus: nō de affectu eoꝝ qui
ista cōmittunt. Nec erit qui impius vel iniquus idcir-
co impunit⁹ erit: qz malicia sua iusto nocere nō potuit. Tolerā-
tia est t virtus iusti: nō illi qui mortē vel supplicia intulit: sed
illi proficit ad mercedem qui illata sibi patiēter excepit. Ideoq;
t hic merito puniet ꝓ crudelitatis sue vitio qua malū voluit
inferre: t ille nihilominus nihil mali perpessus est: quia virtute
animi sui patienter temptationes dolorezq; sustentans: ea que

malo proposito illata sunt ad ꝓfectum melioris status: ⁊ eterne vite fecit beatitudinem peruenire vel pertinere.

¶ Exemplum beati iob a diabolo temptati: ⁊ domini a iuda traditi: ⁊ ꝙ iusto tam prospera ꝙ̄ aduersa ꝓficiant ad salutem. Capitulum .ix.

Neq; eñ patiētia iob mercedē diabolo q̄r eū illustriorez suis tēptationib⁹ reddidit: sz illi ipi q̄ eas viriliter ꝑtulit acquisiuit: nec iudas eterni supplicij immunitate donabit: q̄r ꝓditio eius ad salutē gñis ꝓfecit hūani. Nō eñ ꝓuent⁹ cōsiderandus est operis sed operantis affectus. Quapropter hec debet in nobis diffinitio immobiliter custodiri: ꝙ nulli malum ab alio possit inferri: nisi qui illud ignauia sui cordis ac pusillanimitate cōtraxerit: hanc eandē sententiam beato apostolo vno versiculo cōfirmante. Scimus aūt qñ diligentibus deū omnia cooperant̄ ad bonū. Dicens enim omnia cooperant̄ ad bonum: vniuersa nō solū que ꝓspera: verūetiā que putant̄ aduersa pariter comprehēdit. Per que ⁊ in alio loco idem apl'us se transisse describit: cū dicit. Per arma iusticie que a dextris sunt ⁊ a sinistris: id est per gloriam ⁊ ignobilitatem: per infamiā ⁊ bonaz famam: vt seductores ⁊ veraces: vt tristes: semper aūt gaudentes: vt egentes: multos autem locupletātes ⁊c. Omnia ergo que ꝓspera reputant̄: ⁊ dextre dicunt̄ partis: que sanct⁹ apl'us glorie ⁊ bone fame vocabulo designauit: illa etiā que existimant̄ aduersa: q̄ ꝑ ignobilitatē ⁊ infamiā euidēter expressit: quāq; a sinistris eē describit: efficiunt̄ viro ꝑfecto arma iusticie si illata sibi magnanimiter sustentauerit: ꝙ vz per hec dimicans ⁊ in istis ipsis quib⁹ impugnari putat̄ aduersis tanq̄ armis vtendo eisq; velut arcu ⁊ gladio scutoq; validissimo cōtra illos q̄ hec ingerūt cōmunitus: ꝓfectū sue patientie ac virtutis acquirat: gloriosissimū cōstātie triumphū ex ipsis q̄ letal'r inferunt̄ capiēs hostiū telis: nec ꝓsperis dūtaxat elatus: nec deiectus aduersis: sed itinere plano ac via regia semper incedēs: ab illo trāquillitatis statu nequaq̄ leticia suꝑueniente quasi in dexterā motus: nec ingruētibus aduersis tristiciaq; dñante velut ad leuā rursus impulsus. Pax enim multa diligētibus nomē tuū: ⁊ nō est illis scandalum. De illis vero q̄ per singulos incurrentes casus ꝑ eoꝝ qualitate ac varietate mutant̄: ita d̄r. Stultus aūc sicut luna mutatur. Ut eñ de perfectis ac sapientib⁹ dicit̄. Diligentib⁹ deū omnia cooperant̄ ad bonū: ita de infirmis pronunciat̄ ac stultis. Omnia aduersa viro insipienti: nec eñ prosperis rebus proficit: nec emēdat̄ aduersis. Eiusdē nanq; virtutis est tristicia fortiter tolerare cuius etiā scd̄a moderari: ⁊ eū qui in vno eoꝝ superat̄: neutrū sufferre certissimum est. Facilius tñ quis elidi pōt prosperis ꝙ̄ aduersis. Hec eñ interdū etiā inuitos retinent atq; humiliant: ⁊ compunctione saluberrima vel minus peccare faciūt

Ro. 8.

2. Coꝝ. 6.

Ps. 118.

Eccle. 37.

Roma. 8.

vel emendant: illa vero molibus mentē ac perniciosis extollen tia blandimentis: securos felicitatis sue prouentu: ruina maio re, prosternunt.

¶ De virtute viri perfecti: qui ambidexter figurali ter nuncupatur. Capitulum. x.

Iudi. 3. Isti sunt ergo qui figurat̄r in scripturis sanctis ampho tero dexios: id est ambidextri nūcupant̄: vt ille aoth in libro iudicū fuisse describit̄: qui vtraq; manu vtebat̄ ꝓ dextera. Quā virtutē ita poterimus nos quoq; intellectualiter possidere: si ea q̄ prospera sunt dexteraq; censent̄: ⁊ ea q̄ aduersa sunt ac sinistra dicunt̄: bono rectoq; vsu ad partē fecerimus de xterā pertinere: vt quecūq; fuerint illata: fiant nobis ꝟ3 apl̄um arma iusticie. Duabus nanq; partib⁹ ⁊ (vt ita dixerim manib⁹) interiorē hominē nostrū subsistere peruidemus: nec quisq̄ sctōꝝ carere hac sinistra quā dicimus pōt: sed in hoc virt⁹ perfecta di scernit̄: si vtrāq; in dexterā bene vtendo conuertat. Et vt mani festius hoc qd̄ dicimus possit intelligi: habet vir sanct⁹ dexterā: successus videlicet spiritales: in qua tunc cōsistit: qñ feruēs spū desiderijs ⁊ cōcupiscētijs omnibus dominat̄: qñ ab omni diaboli ca impugnatione securus absq; vllo labore ac difficultate vitia carnis vel respuit vel abscidit: cū sublimat⁹ a terra vniuersa pre sentia atq; terrena. velut inanē fumū vmbrāq; vacuā cōtemplat̄ ⁊ mox transitura contemnit: cū futura per excessum mentis non solū ardētissime cōspicit: verūetiā clarius intuet̄: cū efficacius spiritalib⁹ pascitur theorijs: cum lucidius sibi reserari conspi cit celestia sacramenta: cū orationes purius atq; alacrius emit tit ad dominū: cū ita spūs ardore succensus: ad ea que inuisibi lia sunt ⁊ eterna tota animi alacritate transmigrat: vt nequaq̄ se iam credat in carne cōsistere. Habet similiter ⁊ sinistrā cū tem ptationū turbinibus implicat̄: cū ad desideria carnis incēntiuo rū estib⁹ inflāmat̄: cū ad iracundie feruorē ꝑturbationū igne suc cēditur: cū superbie seu cenodoxie elatione pulsat̄: cum tristicia mortē operāte deprimitur: cū machinis acidie ⁊ impugnatione cōcutit̄: cunq; omni spiritali feruore subtracto: quodā tepore at q; irrationabili merore torpescit: vt nō solū cogitationib⁹ rectis ac feruentib⁹ deserat̄: sed etiā psalmus: oro: lectio: remotio cel le simul horreāt: ⁊ intolerabili quodā tetroq; fastidio vniuersa sordeant instrumēta virtutū: quib⁹ cū pulsat̄ monachus: sini stris partibus se cognoscat vrgeri. Quisquis igit̄ in illis que de xtre partis esse prediximus: minime fuerit subintrante gloria vanitatis elatus: ⁊ in istis q̄ sinistre partis sunt virilr̄ dimicās nulla desperatione cōciderit: ac potius de cōtrarijs arma quedā patientie ad exercitiū virtutis assumpserit: vtraq; manu vtetur pro dextra: ⁊ in vtroq; actu triumphator effectus: tam de sini stro statu q̄ de dextro palmam victorie consequetur. Qualez bea

tum Job legimus meruisse: qui vtiq; per dexteram coronabatur
quando septem filiorum pater opulentus ac diues incedens:
quotidiana pro eorum purificatione sacrificia domino offere- Job.1.
bat: non tam sibi eos q̄ deo susceptos ac familiares cupiēs ex-
hibere: quando ianua eius omni aduenienti patebat: qñ erat pes
claudorum: ⁊ oculus cecorum: qñ de velleribus ouium eius hu
meri calefiebant infirmorū: quando erat orphanoꝝ pater ⁊ vir
viduarum: quando nec in corde quidē suo super inimici sui rui-
na gauisus est. Idēq; rursus per sinistrā partē sublimiore virtu
te de aduersitatibus triumphabat: cum septem filijs vno orba-
tus momēto: nō vt pater acerbo luctu cōficiebat: sed vt verus Ibidem.
dei famulus super creatoris sui voluntate gaudebat: cum ex lo
cuplete pauperrimus: nudus ex diuite: ex valido tepidus: ex in
clyto ⁊ glorioso ignobilis atq; despectus: incorruptā animi for
titudinez retētabat. Cū deniq; omni substantia atq; opibus de
stitutus: sterquilinij erat factus habitator: ⁊ velut quidam cor-
poris sui seuerissimus carnifex: testa radebat saniem profluen-
tē: atq; ex omni parte membrorū glebas vermiū mersis in pfun-
da vulnerū digitis detrahebat. In quibus cunctis in nullā de-
sperando prolapsus est blasphemiā: nec aduersus creatorē suuz
in aliquo murmurauit: quinimmo nequaq̄ tāta temptationum
mole atq; acerbitate conterritus: ipsum quoq; qd ex omni pri-
stina facultate suo corpori superfuerat indumentū quodq; solū
qr ipso vestiebat: a diaboli potuerat vastatione saluari: rescin-
dens atq; abijciens adiecit sup illā quam durissimus predo in
tulerat spontaneam nuditatem. Comā quoq; capitis: que sola
de prioris glorie reliquijs intacta remanserat: vexatori suo pro
iecit abscisam: ⁊ amputans etiam id quod seuiens reliquerat ini
micus: illa celesti aduersus eum voce tripudiat ⁊ insultat. Si
bona suscepimus de manu domini: mala nō sustinebimus? Nu Job.2.
dus egressus sum de vtero matris mee. nudus reuertar illuc.
Domin⁹ dedit dominus abstulit: quomodo domino placuit sic
factum est: sit nomen domini benedictū. Ambidextrū merito di
xerim ⁊ ioseph: qui in prosperis gratior patri: religiosior fratri
bus: acceptior deo: in aduersis causis domino fidelis: carceris
mitissimus vinctis: iniuriarū immemor: beneficus inimicis: in
uidis: ⁊ quātū in ipsis fuit interfectoribus fratrib⁹ nō solū pius
sed etiā munificus inuenit. Hi ergo eorūq; cōsimiles recte: am- αμφο
photerodexioi. i. ambidextri nuncupant: vtraq; eñ manu vtū- τεροδε
tur pro dextra: ⁊ inter hec que apl̄us dinumerat transeuntes pa ξιοι
riter dicūt. Per arma iusticie que a dextris sunt ⁊ a sinistris: p
gloriā ⁊ ignobilitatē per infamiā ⁊ bonā famā ⁊c. De qua dextra
vel sinistra ita salomon ex persona sponse loquitur in cantico 2. Cor. 6.
canticoꝝ. Leua eius sub capite meo: ⁊ dextera eius amplexabi- Cau. 2.
tur me. Quas licet vtrasq; vtiles esse significet: tamen illā sub
capite suo ponit: qr subiacere dñt aduerse partes principalitati

cordis. Ad hoc siquidē tantū vtiles sunt: vt pro tpe nos exer-
ceant ⁊ erudiant ad salutē: ac ꝑfectos ad patientiā reddāt: de-
xterā vero ad cōfouendā se ac ꝑpetuo cōseruādā salutari ample
xu sponsi sibimet coherere: atq; insolubilr ei optat innecti. Eri
mus igitur ambidextri: quando nos quoq; rerꝝ presentiū copia
vel inopia non mutarit: ⁊ nec illa nos ad voluptates noxie re-
missionis impulerit: nec ista ad desperationē attraxerit ⁊ quere
lam: sed similiter deo grates in vtroq; referentes parē fructū de
secundis aduersisq; capiamus: qualē se ille verus ambidexter
philip. iiij. doctor gentiū fuisse consecutū testatur dicens. Ego enim didici
in quibus sum sufficiens esse: scio ⁊ humiliari: scio ⁊ abūdare:
vbiq; ⁊ in oībus institutus sum: ⁊ saturari ⁊ esurire: ⁊ abūdare
⁊ penuriam pati: omnia possum in eo qui in me confortat.

¶ De duplici genere temptationum que triplici mō inferuntur. Capitulum. xj.

Ergo licet dixerimus bipertitā esse tēptationē: id est in
rebus vel prosperis vel aduersis. Sciendum est tñ oēs
hoīes triplici rōne tēptari. Plerūq; ob probationē: nō
nunq̄ ob emendationē: interdū ob merita delictorꝝ. Et ob pro-
bationē quidē: vt beatū abraā vt iob: multosq; sanctorꝝ tribula
tiones innumeras legimus pertulisse: vel illud qđ in deutero-
nomio dicit̄ ad populū ꝑ moysen. Et recordaberis cuncti itine
Deut. viij. ris illius ꝑ qđ adduxit te dñs deus tuus quadraginta annis ꝑ
desertū: vt affligeret te atq; temptaret: ⁊ nota fierent que in tuo
animo versabant̄: vtrum custodires mandata illius an nō. Et
illud qđ in Ps. dicitur. Probaui te apud aquā cōtradictionis.
Ps. lxxx. Ad Job quoq;. An putasme tibi aliter locutū: q̄ vt appareres
iustus? Ob emendationē vero cum iustos suos pro paruis qui
busdā leuibusq; peccatis: seu pro elatione sue puritatis humi-
lians diuersis tēptationibus tradit: vt omnē sordē cogitationū
⁊ vt verbis prophete dicā. Scoriā quā in occultis eorꝝ ꝑuidet
Esa. j. esse cōcretā excoquēs in presenti: velut aurū purū futuro trans
mittat examini: nihil in eis residere ꝑmittens qđ scrutās: post
hec iudicij ignis penali cruciatu expurgatur⁹ inueniat: ꝯz illđ
Ps. xxxiij. Multe tribulationes iustorꝝ. Et. Fili noli negligere disciplinā
Heb. xij. dñi: neq; fatigeris dū ab eo increparis. Que em̄ diligit dñs cor
ripit: flagellat aūt oēm filiū quē recipit. Quis em̄ est filius quē
Ibidem. non corripit pater. Quod si extra disciplinā estis: cui⁹ ꝑticipes
facti sunt oēs: ergo adulterini ⁊ non filij estis. Et in Apo. Ego
Apoc. iij. quos amo arguo ⁊ castigo. Ad quos ēt sub figura hierl'm ex ꝑso
na dei ꝑ hieremiā sermo dirigit̄. Faciā em̄ ꝯsummationē in om
Hiere. xxx: nibus gentib⁹ in quib⁹ dispersi te: te aūt nō faciā in consumma
tionē: sed castigabo te in iudicio: vt nō tibi videaris innoxius.
Pro qua salutari emendatione orat dauid dicens. Proba me
Ps. lij. domine ⁊ tēpta me: vre renes meos ⁊ cor meum. Esaias quoq;

vtilitatē huius temptationis intelligens. Corripe inquit nos Hiere.x.
dñe: verūtñ in iudicio ⁊ nō in furore tuo. Et iterꝝ. Cōfitebor tibi Esa.xij.
dñe qm̄ iratus es mihi: cōuersus est furor tuus ⁊ cōsolat⁹ es me
Pro merito aūt pctōꝝ plaga tēptationis infert̄: vt ibi plagas
ppl'o israeli immissuꝝ se dñs cōminat̄: dicēs. Dētes bestiaꝝ im Deut.xxxij
mittā in eos cū furore trahētiū sup terrā: ⁊ frustra pcussi filios
vr̄os disciplinā non recepistis. In psalmis q̄. Multa flagella Ps.xxxj.
pctōꝝ. Et in euāgelio. Ecce sanus fact⁹ es: iā noli peccare ne de Job.v.
teri⁹ tibi aliq̄d cōtingat. Inuenim⁹ sane ⁊ quartā rōnē: q̄ ob ma
nifestādā solūmō gl'iam ⁊ opa dei inferri quibusdā aliq̄s passio
nes: scripturaꝝ auctoritate cognoscim⁹: s̄m illud euange. Neq̄ Job.ix.
hic peccauit neq̄ parētes ei⁹: sz vt manifestent̄ opa dei in ipso.
Et iterꝝ. Infirmitas hec nō est ad mortē sz pro gl'ia dei: vt glorifi Eiusdē.xj.
cet̄ fili⁹ dei p ipsam. Sunt aūt ⁊ alia vltionū gn̄a: q̄b⁹ nōnulli
qui malicie supgressi sunt cumulū pcutiunt̄ ad pn̄s: vt dathā ⁊
abiron siue chore legim⁹ fuisse dānatos: ⁊ vel maxīe illos de q̄
bus apl'us dicit. Propter qd̄ tradidit illos deus in passiones Roma.j.
ignominie: ⁊ in reprobū sensum: qd̄ ēt ceteris penis graui⁹ iudi
cādū est. De ipsis nāq̄ psalmista. In laborib⁹ inquit hoīum nō Ps.lxxij.
sunt: ⁊ cū hoībus non flagellabunt̄. Non enim merētur salutari
visitatione dñi: nec tpalibus plagis consequi medicinā: qui de
sperantes semetipsos tradiderunt impudicicie: in operationez
omnis erroris: in immundiciam: quiq̄ obduratione cordis: ⁊
vsu ac frequentia delinquendi purgationē breuissimi huius eui
⁊ vltionem vite presentis excedunt. Quibus per prophetā ser
mo diuinus exprobrat. Subuerti vos sicut subuertit deus so Amos.iiij.
domā ⁊ gomorrā: ⁊ facti estis sicut torris raptus de incēdio: ⁊
nec sic redistis ad me: dicit dominus. Et hieremꝫ. Interfeci ⁊ per Here.xv.
didi populum meū ⁊ tamen a vijs suis non sunt reuersi. Et ite Eiusdē.v.
rum. Percussisti eos ⁊ nō doluerunt attriuisti eos ⁊ renuerunt
accipere disciplinā: indurauerūt facies suas super petrā: nolue
runt reuerti. Erga quoꝝ curationem oēm tpis istius medicinaz
vidēs propheta incassum fuisse cōsumptā: desperās quodāmō
iam de eoꝝ salute: pclamat. Defecit sufflatoriū in igne: frustra Eiusdē.vj.
conffauit cōffator: malicie em̄ vr̄e nō sunt cōsumpte: argentum
reprobū vocate eos: qr dñs proiecit illos. Hanc salutarez ignis
purgationē circa eos q̄ predurati sunt sceleribus suis inaniter
se dñs adhibuisse sub persona hierl'm cōcrete profunda rubigi
ne pctōꝝ ita cōqueritur. Pone inquiēs ollā eneā super prunas Ezech.xlij.
vacuam vt incalescat: ⁊ liquefiat es eius: ⁊ confletur in medio
eius inquinamentum eius: multo labore sudatum est: ⁊ non ex
iuit de ea nimia rubigo eius neq̄ per ignē immundicia tua exe
crabilis: quia mundare te volui: ⁊ non es mundata a sordibus
tuis. Quamobrem vt peritissimus medicus expēsis omnibus
salutaribus curis: nec vllum iam remedij genus quod infirmi
tati eorum possit aptari dominus superesse conspiciens: quodā

modo iniquitatuz magnitudine superatur: ac discedere ab illa
clementi sua castigatione compellitur: itaq; ei denunciat dicēs.
Ezech. xvi. Jam non irascar tibi: ⁊ zelus meus recessit a te. De aliis vero
quorum non perdurauit cor frequentia peccatorum: nec illa se-
uerissima (⁊ vt ita dixerim) caustica ignis indigent medicina:
sed eruditio salutaris verbi sufficit ad salutem: dicitur: emēda-
bo eos in auditu tribulationis sue. Non ignoramus alias quo-
q; animaduersiones siue vltionū causas, que inferūtur his qui
grauissime deliquerunt. non ad expiāda eorum crimina: nec ad
abolenda merita peccatorum: sed ad emendationem metūq; vi
uentium: que euidenter in hieroboā filium nabath baasa quoq;
filium achia ⁊ achab atq; iezabel illata cognoscimus: ita pro-
iiij. Re. xxi nunciante diuina censura. Ecce: ego inducaz super te malum ⁊
demetam posteriora tua: ⁊ interficiam de achab mingentem ad
parietem: ⁊ clausum ⁊ nouissimū in israel: ⁊ dabo domum tuaz
sicut domuz hieroboam filij nabath: ⁊ sicut domum baasa filij
achia: quia egisti vt me ad iracundiam prouocares: ⁊ peccare
fecisti israel: canes etiam comedent iezabel in agro iezrahel: si
mortuus fuerit achab in ciuitate: comedēt eū canes: si aūt mor
tuus fuerit in agro: comedent eū volucres celi. Et illud qd̄ pro
iij. Re. xiij. ingenti comminatione denunciat. Non infertur cadauer tuum
in sepulchrū patrū tuoꝝ: non quo vel illius tam prophana cō-
menta qui vitulos aureos ad perpetuaz preuaricationē plebis
impiamq; a domino separationē primus instituit: vel illoꝝ tā
innumera tanq; nefaria sacrilegiorum crimina hec excoque-
re breuis ac momentanea pena sufficeret: sed vt ceteris quoq;
qui futura vel negligētes vel penitus non credentes: considera
tione tantummodo presentium frangebantur: terror istaꝝ quas
metuebant vltionū incuteretur exemplo: nec apud illā summi
nominis maiestatē esse humanarum rerū ⁊ quotidiane dispen-
sationis incuriā: documento huius seueritatis agnoscerent: ac
retributorē deum cunctoꝝ actu[illegible]er hec que grauissime formi
dabant: manifestius peruiderent. Inuenimus sane etiā leuiori
bus culpis nonnullos eandem mortis ad presens excepisse sen
tentiam: qua sunt ⁊ illi puniti quos prediximus extitisse sacri-
lege preuaricationis auctores: vt factum est in illo qui sabbato
ligna collegerat: vel in anania ⁊ saphira qui parum quidem de
substantia sua infidelitatis errore seruauerant: non q̄ equalia
fuerint pondera peccatorum: sed quia reperti noue trāsgressio-
nis presumptores: debuerunt prebere ceteris quemadmodum
peccati: ita etiam pene ac terroris exemplum: vt quisquis eadē
deinceps affectare temptasset: nosset sibi ꝑm eandem formam
qua illi damnati sunt: etiā si in presenti supplicium differatur:
in futuri iudicij examinatione reddendum. Et qr videmur ex-
cessum quendam dum genera temptationum vel vltionum per
currere volumus a ꝓposita narratione fecisse: qua dicebamus

virum perfectum in vtraq; temptatione manere semper immobilem: ad eandem nunc iterum reuertamur.

¶ Quō vir iustus non cere sed adamantino signatorio debeat esse consimilis. Capitulum.xij.

Itaq; mens viri iusti non dz esse similis cere vel alterius cuiusq̄ materie mollioris: q̄ semp̄ characteri signātium cedens: p̄ eius forma atq; imagine figurat̄: quāq; in se tandiu retinet: donec alio rursus sup̄ impresso signaculo reformet̄: atq; ita fiet vt nunq̄ in sua qualitate p̄sistēs: ad formā eoꝝ q̄ imprimunt̄ sp̄ conuertat̄ ac trāseat: quin potius dz velut quoddā esse adamātinū signatoriū vt inuiolabilem mens nr̄a figurā sui sp̄ custodiēs characteris: vniuersa que incurrerint sibi ad qualitatem sui status signet atq; trāsformet: ipsa vero insigniri nullis incursibus possit.

¶ Interrogatio si possit mens in vna atq; eadē qualitate iugiter durare. Capitulum.xiij.

Ermanus. Potest ne mens nostra vnū statū iugiter retinere: ⁊ in eadem semper qualitate persistere?

¶ Responsio ad interrogātis propositionē. C.xiiij.

Heodorus. Necesse est vt s̄m apl̄m: aut renouatus quis spiritu mentis sue p̄ singulos dies p̄ficiat ad ea: se q̄ in ante sunt sp̄ extēdēs: aut si neglexerit: cōsequēs est vt retro redeat atq; in deterius relabat̄. Et idcirco nullo modo mēs poterit in vna atq; eadē qualitate durare. velut si q̄s cōtra aq̄s fluminis violēti nauē subigere remoꝝ impulsione conet̄: necesse est eū aut virtute brachioꝝ torrētis aluei impetū desecātē ad superiora cōdescendere: aut remissis manibus ad preceps prono amne reuocari. Quapropter istud erit euidēs nostri indiciū detrimenti: si intellexerimus nos nihil ampliꝰ acquisisse: nec dubitemus retrorsum nos omnimodis reuocatos q̄ die nō senserimus ad superiora progressos: q̄r vt dixi nec in eodē statu mens hominis pōt iugiter permanere: nec in hac carne consistens ita virtutū apicē possidebit quisq; ille sctōrum vt immobilis perseueret. Necesse est enim aut aliquid adijci illis sp̄ aut minui: nullaq; in omni creatura talis poterit esse perfectio que mutabilitatis non subiaceat passioni: s̄m illud quod in libro beati iob legitur. Quid est hō vt immaculatus sit ⁊ iustus appareat natꝰ de muliere? Ecce inter sanctos eius nemo immutabilis: ⁊ celi non sunt mūdi in cōspectu eiꝰ. Solū nāq; deū immutabilem cōfitemur quem tantummodo sancti illius prophete ita compellat oratio. Tu autē idem ipse es. Et ipse de se. Ego sum inquit deꝰ ⁊ non mutor: q̄ scilicet ip̄e sit solus naturaliter semper bonus: semper plenus sp̄q; perfectus: cui nihil nec adijci possit aliq̄n

Ephe.iiij.

Job.xv.

Ps.cj.

Mala.iij.

nec minui. Ideoq; debemus ad virtutū studia irremissa cura ac sollicitudine nosmetipsos semp extēdere: ipsisq; nos iugiter exercitijs occupare: ne cessante pfectu cōfestim diminutio subsequat. Ut em̄ diximus: in vno mēs eodēq; statu manere nō preualet. i. vt nec augmēta virtutū capiat: nec detrimēta sustineat. Nō acquisisse em̄ eius minuisse est: qz desinens proficiēdi appetitus non aberit a periculo recedendi.

¶ Qd detrimentū sit discedētis e cella. Capitulū. xv.

Ideoq; iugis celle commoratio retētanda est. Totiens em̄ etiā reuersus q̄s velut nouus in ea: ⁊ incipiens habitator titubabit atq; turbabit: quotiēs ab eadē fuerit euagatus. Illā nāq; quā in cella residens acquisierat animi intentionē si fuerit relaxata: recuperare rursus nō sine labore poterit ac dolore: ⁊ p hoc reductus retro nō de amisso cogitabit pfectu quē supadijcere potuit si e cella nō fuisset excursus: sed gaudebit potius si illū statū de quo recidit semetipsum senserit recepisse. Nam sicut amissum ac preteritū tempus vlterius reuocari non potest: ita ne illa quidem que perierunt possunt emolumenta restitui. Quantūlibet enim post hec animi intētio fuerit operata: instantis diei pfectus ⁊ pñtis tpis questus est non lucri semel perditi reparatio.

¶ De mutabilitate etiā supernarum celestiumq; virtutum. Capitulum. xvj.

Mutabilitati aūt etiā supnas ptātes vt diximus subiacere: declarant illi qui de eoꝝ numero corrupte voluntatis vicio corruerunt. Uñ neq; illi immutabilis nature esse putādi sunt q̄ in illa q̄ creati sunt beatitudine pseuerāt: eo q̄ in cōtrariā ptez nō fuerint similiter deprauati. Aliud nāq; est immutabilis nature esse: aliud virtutis industria boniq; custodia per immutabilis dei gratiā nō mutari. Quicquid enim per diligentiā vel acquiritur vel tenetur: pōt etiam per negligentiā deperire. Idoq; dicitur. Ne beatifices hominem ante exitum suum: q̄ videlicet adhuc in colluctatione quis ⁊ (vt ita dixeriz) schemate cōstitutus: q̄uis vincere soleat: ac frequētes palmas victorie cōsequatur: non pōt tñ a metu ac suspitione incerti pnentus esse securus. Et idcirco deus solus immutabilis vel bonus dicitur: qui bonitatem non industrie studio sed naturaliter possidēs: non pōt aliud quid esse q̄ bonus. Nulla igitur virtus potest immobiliter ab hoīe possideri: sed vt parta iugiter teneat necesse est eam semper illa que acquisita est sedulitate atq; industria custodiri.

Eccle. ii.

¶ Qd nemo ruina subitanea collabat. Capitulū. xvij.

Lapsus vero, quispiã nequaq̃ subitanea ruina, corruisse credendus est: sed aut praue institutionis deceptus ex ordio: aut: ꝑ longã mẽtis incuriã paulatiz virtute animi decedẽte: ⁊ per hoc sensim vitijs increscentibus casu miserabili cõcidisse. Aũ cõtritionẽ eñ precedit iniuria: ⁊ ante ruinam mala cogitatio: quẽadmodũ domus nũq̃ subitaneo ad ruinam ꝓcumbit impulsu: nisi aut antiquo vitio fundamẽti: aut longa inhabitantiũ desidia stillicidijs primũ paruissimis penetrantibus corrupta sensim fuerint munimenta tectoꝝ: q̃bus ꝑ vetustã negligentiã in maiorẽ modũ patefactis atq̃ collapsis: riuatim post hec influet pluuiarũ imbriumq̃ tẽpestas. In pigritijs enim humiliabitur cõtignatio: ⁊ in segnicie manuũ stillabit domus. Qđ aĩe spiritaliter euenire idẽ salomõ alijs verbis ita designat. Stillicidia inquiens eijciunt hoĩem in die hyemali de domo sua. Eleganter ergo mẽtis incuriã domati cõpauit tectoq̃ neglecto: ꝑ quã primo q̃dẽ velut minutissima quedã penetrant ad aĩam stillicidia passionũ: que si velut parua ac leuia negligãtur: corrũpũt tigna virtutũ: ⁊ post hoc influũt imbre largissimo vitiorũ: ꝑ quẽ in die hyemali. i. in tpe tẽptationis: ingruẽte impugnatione diaboli: expelletur mẽs de habitatione virtutũ in qua scz aliqñ circũspectã diligẽtiã retinẽs velut in domo ꝓprie possessionis requieuerat. His itaq̃ cõptis infinitã spiritalis cibi ꝑcepimus voluptatẽ ita vt ex hac collatione maiore animi gaudio repleremur: q̃ ante tristicia sup nece sctõꝝ fueram⁹ affecti. Nõ solũ eñ de quibus hesitabamus edocti sumus: verũetiã illa q̃ ꝓ tenuitate sensus nostri minus inquirere noueram⁹: sub illius questionis interrogatione cognouimus. Eccs. x.

¶ Explicit collatio abbatis Theodori.

¶ Incipit annotatio capitulorum collationis prime abbatis Sereni de aĩe mobilitate ⁊ spiritalib⁹ neq̃tijs

Ca. j. De castitate abbatis. Sereni.
ij Interrogatio predicti senis super statu cogitationũ nostrarum.
iij Responsio nostra sup anime mobilitate.
iiij Disputatio senis de statu aĩe ac virtute eius.
v De perfectione aĩe ad similitudinẽ euangelici centurionis assumpte.
vj De perseuerantia erga cogitationum custodiam.
vij Interrogatio de mobilitate anime: ⁊ impugnatione enquitiarum celestium.
viij Respõsio sup adiutorio dei: ⁊ liberi arbitrij potestate.
ix Interrogatio sup aĩe ac demonũ coniunctione.
x Responsio in quẽ modum spiritus immundi humanis mentibus copulantur.
xj Obiectio vtrum possint spiritus immũdi eoꝝ quos sup

plenerint animabus inseri vel vniri.
xij Rñsio quēadmodū energuminis immūdi spūs dñentur.
xiij Qd spūs spiritui penetrabilis esse nō possit: sed incorporeo soli deo.
xiiij Obiectio qua demones credi debeāt cogitationes hominum peruidere.
xv Responsio quid possint demones in cogitationibus hominū quidve non possint.
xvj Similitudo qua spūs immūdi cogitationes hominum doceantur agnoscere.
xvij De eo q̄ nō singuli quiq̄ demōes: vniuersas hominibus ingerant passiones.
xviij Interrogatio an inter demones impugnationis ordo ac vicissitudinis disciplina seruetur.
xix Rñsio in quē modū cōcio demonū sup̄ vicissitudinis impugnatione subsistat.
xx De eo q̄ nō sint vnius fortitudinis cōtrarie potestates: nec temptandi facultas in eorū sit arbitrio collocata.
xxj De eo q̄ demones cū hominibus nō sine suo labore confligant.
xxij De eo q̄ non sit potestas nocendi in arbitrio demonum collocata.
xxiij De imminuta demonum potestate.
xxiiij Qua rōne demones sibi in eorū corpora quos arrepturi sunt: aditum parent.
xxv De eo q̄ miserabiliores sint hi qui vicijs q̄ q̄ ipsis demonibus possidentur.
xxvj De nece ꝓphete seducti ꝛ infirmitate abbatis pauli quā pro sua emundatione promeruit.
xxvij De temptatione abbatis moysi.
xxviij De eo q̄ sperni non debeant hi qui spiritibus traduntur immundis.
xxix Obiectio cur hi qui spiritibus vexantur immundis: a communione dñica separantur.
xxx Responsio super proposita questione.
xxxj De eo q̄ miseri sint hi qui subdi temporalibus istis temptationibus non merentur.
xxxij De diuersitate studiorum ac voluntatum que in aeris potestatibus exercentur.
xxxiij Interrogatio vnde differentia nequitiarū celestiū tanta processerit.
xxxiiij Dilatio super absolutione proposite questionis.

¶ Explicit annotatio capitulorum.

¶ Incipit collatio p̄ma abbatis Sereni de aīe mobilitate ⁊ spiritalibus nequitijs.

¶ De castitate abbatis Sereni. Capitulum. j.

SUmme sanctatis ⁊ cōtinentie virum: nominisq; sui speculū abbatē Serenum quē singulari sumus veneratione pre ceteris ammirati: studiosorū mentib⁹ insinuare cupiētes: aliter arbitramur desideriū nr̄m nos explere nō posse: q̄ si collationes ei⁹ nostris libellis temptauerimus inserere. Cui supra oēs virtutes que nō solū in eius actu vel moribus: sed etiā in ipso vultu ꝑ dei gratiā refulgebant: ita est peculiari bn̄ficio donū castitatis infusum: vt etiā se ne ipsis q̄dē naturalib⁹ incentiuis inquietari vel in sopore sentiret. Ad quā tn̄ carnis p̄cipuam puritatē quēadmodū gr̄a dei amminiculante ꝑuenerit: qm̄ supra cōditione nature videt̄ esse hūane: necessariū reor p̄mitus explicare.

¶ Interrogatio predicti senis super statu cogitationum nostrarum. Capitulum. ij.

Hic igitur ꝑ interna cordis atq; anime castitate nocturnis diurnisq; precibus: ieiunijs quoq; ac vigilijs infatigabiliter insistens: cum vidisset orationum suarum obtinuisse se vota: cunctosq; estus in corde suo concupiscentie carnalis extinctos: velut suauissimo gustu puritatis accensus: in maiorē sitim zelo castitatis exarsit: ⁊ intētioribus cepit ieiunijs atq; obsecrationibus incubare: vt mortificatio passionis huius q̄ interiori homini suo: dono dei fuerat attributa: ad exterioris hominis etiā puritatē eatenus ꝑueniret: vt ne ipse quidem vel illo simplici ac naturali motu: qui etiā in paruulis atq; lactentibus excitatur: vlterius pulsaretur: indepti scilicet muneris experimento quod se nouerat non laborū merito sed dei gratia consecutum: ardentius animatus: ad hoc quoq; similiter obtinendū credens multo facilius hos stimulos carnis radicitus deum posse conuellere: quos etiā humane artis industria nonnunq̄ solet quibusdam poculis vel medicamentis seu ferri sectione detrahere: quādoquidē illam spiritus puritatē que sublimior est: quamq; impossibile est humano labore vel studio comprehendi: suo munere contulisset. Cūq; petitioni cepte supplicatiōe iugi ac lachrymis indefessus insisteret: aduentēs ad eū angel⁹ in visione nocturna: eiusq; velut aperiēs vterꝝ: quādam ignitā carnis strumā de ei⁹ visceribꝰ euellens ac ꝓijciens suisq; oīa vt fuerant locis intestina restituēs: ecce inq̄t incētiua carnis tue abscisa sūt: ⁊ obtinuisse te noueris hodierna die ꝑpetuā corꝑis puritatē quā fideliter poposcisti. Hec de gr̄a dei q̄ mēora

to viro peculiariter attributa est: breuiter dixisse sufficiat. Cete rum de illis virtutibus quas cum reliq̃s summis viris cõiter possidebat: aliquid cõmemorari superfluũ puto ne specialis super noĩe huiꝰ ista narratio alijs demere videatur id qđ de ipso singulariter p̃dicatũ fuerit. Hunc igit̃ summo desiderio collationis eius atq̃ institutionis accẽsi: diebus quadragesime videre curauimus. Qui cum a nobis de qualitate cogitationuz nostraruz ⁊ interioris hoĩs statu: trãquillissima cõpellatione quesisset vel quid nobis ad eius puritatem tanti tp̃is eremi habitatio cõtulisset: his eũ querimonijs adorsi sumus.

¶ Responsio nostra sup̃ aĩe mobilitate. Capitulũ. iij.

Supputatio temporũ ac solitudinis habitatio: cuius cõtemplatione conijcis interioris hominis perfectionem nos consequi debuisse: hoc solũmõ contulit nobis vt disceremus quid necesse nequeamus: non tñ fecit esse qđ eẽ cõtendimus: nec tñ aut desiderare puritatis fixã stabilitatẽ aut robur aliqđ firmitatis nos hac scĩa nouimus assecutos: sed tm̃mõ cõfusionis aut pudoris augmẽta. Etenim cum omnium disciplinarum meditatio ad hoc quotidianis studijs exerceatur atq̃ ꝓficiat: vt a trepidis rudimentis ad peritiam certaz stabilemq̃ ꝑueniens. incipiat nosse que p̃mitus vel ambigue nouerat vel penitus ignorabat: ⁊ firmo (vt ita dixerim) gradu discipline q̃litate procedens: perfecte in ea ac sine vlla iam difficultate versetur: econtrario me in huius puritatis studio laborantem id solummodo ꝓfecisse reperio vt sciã quid esse non possim: nõ tñ apprehendere valeã qđ me esse debere cognoui: ex quo nihil mihi aliud sentio q̃ laborẽ tantũ cordis cõtritione cõferri. Uideo nãq̃ me hac obseruantia nihil acquirere nisi dolorẽ inutilem. vt nunq̃ scilicet desit materia lachrymarũ: nec tñ eẽ desinã qđ esse nõ debeo. Et idcirco q̃d ꝓfuit didicisse qđ summum est: si cognitũ nequeat app̃hendi. Nã cũ directionem cordis ad destinatam contemplationẽ ꝑtẽdere senserimꝰ: insensibiliter mẽs inde reuoluta: ad priores euagationes impetu vehementiori ꝓlabit̃: ⁊ ita q̃tidianis distẽtionibꝰ occupata: innumeris captiuitatibꝰ incessanter abducit̃: vt ꝓpemodũ iam desperet̃ a nobis desiderata correctio: ⁊ sup̃flua hec obseruatio videatur. Siquidẽ ꝑ momẽta singula lubricis discursibus animus euagat̃: cũ ad timorem dei vel ad contemplationẽ reducitur spiritalem: ⁊ priusq̃ firmetur in ea rursus fugacius euanescit. Cunq̃ eum velut exp̃gefacti dep̃henderimꝰ ab intẽtione ꝓposita deuiasse: atq̃ ad illã theoriã vñ discesserat reducẽtes voluerimꝰ eũ tenacissima cordis intentione velut quibusdã vinculis obligare: in ipso conatu nostro ocius q̃ anguilla de recessibus mentis eleuabitur: ita vt hac intentione mentis laborem solummodo non profectum nos arbitremur aliquem esse consecutos. Ob quam rem quoti-

dianis hmōi obseruationibus estuātes: nec tñ ex ipsis aliquod nr̄o cordi stabilitatis robur accessisse cernētes: ad hāc opinonē trāsducimur: vt nō nr̄o iā sed nature vitio has aīe ꝑuagationes hūano generi inesse credamus.

¶ Disputatio senis de statu aīe ac virtute eius. Capitulum. iiij.

Serenus. Periculose presumptionis est necdū reb⁹ recte discursis nec certa rōne collecta de natura cuiuslibꝫ rei ꝑ propere definire ac de fragilitatis sue cōsideratione capere coniecturā: nō de statu ⁊ q̄litate ipsius discipline: vel de aliorū expientia ꝓferre sniam. Nec em̄ si q̄s ignar⁹ natādi: sciēs pond⁹ corporis sui ferri aquaꝝ leuitate ac liquore nō posse: experiētia sue voluerit imperitie definire: neminē penit⁹ posse liquidis elementis solida carne circūdatū sustineri: idcirco vera ei⁹ opinio iudicāda est quā ꝑm expientiā suā visus est ꝓtulisse: cum hoc nō solū eē impossibile sed etiā ꝑfacile ab alijs fieri rōe certissima ⁊ oc̄loꝝ fide nō dubia cōprobet. noos: id est mēs semꝑ mobilis ⁊ multū mobilis definit. Vñ etiā in sapia q̄ dr̄ salomōis scriptuꝫ est terrenū habitaculū aggrauat mētē multa cogitātē. Hec igit ꝓ cōditiōe nature nūq̄ potest ociosa cōsistere: sꝫ necesse est eā nisi ꝓuisum habuerit vbi suos exerceat mot⁹ ⁊ in q̄b⁹ iugiter occupet: ꝓpria mobilitate discurrere: ⁊ ꝑ oīa volitare donec longo exercitio vsuq̄ assuefacta diuturno: quo nos incassuꝫ dicitis laborare: expiat ⁊ discat q̄s memorie sue materias debeat ꝑꝑare erga q̄s circūagat indefessos volat⁹ ⁊ īmorādi robur acq̄rat: ⁊ ita ꝑualeat aduersus inimici suggestiones q̄bus detrahebat extrudere: atq̄ in illo quē desiderat statu ⁊ q̄litate durare. Nō ergo hāc euagationē cordis nr̄i vel nature hūane vel deo creatori ei⁹ debemus ascribere. Vera est em̄ scripture snia: qꝛ dn̄s hoīem fecit rectū: ipsi q̄sierūt cogitationes multas. A nobis ergo earū q̄litas pēdet: qꝛ cogitatio bona inq̄t sciētib⁹ eā appropinquat: vir aūt prudēs inueniet eā. Quicq̄d em̄ inueniri pōt: nr̄e prudētie industrieq̄ subiectū ē. Si nō fuerit inuētū sine dubio nr̄e desidie vel imprudētie nō nature vitio reputādū est. Cui sensui psalmista q̄ cōgruit dicēs. Btūs vir cuius est auxiliū abs te dn̄e: ascensiones in corde suo disposuit. Videtis ergo in nr̄a dicione cōsistere: vt sine ascensus. i. pertingentes ad deū cogitationes: sine descēsus ad terrena scꝫ ⁊ carnalia corruētes in nostris cordibus disponamus. Que si non in nostra potestate consisterēt nec phariseos domin⁹ increpasset. Quid cogitatis mala in cordibus vr̄is. Nec per prophetam precipisset dicens. Auferte malum cogitationum vestrarū ab oculis meis. Et vsquequo morabuntur in te cogitationes noxie. Nec in die iudicij earum qualitas quemadmodum operum exigeretur a nobis: ita per esaiam domino cōminante. Ecce ego inquit venio vt congregem opera

Sap. 6.

Eccle. 7.

Ps. lxxxiij

mat. 9.

Esa. 1.

Esa. 66.

ꝛ cogitationes eorum cum omnibus gentibus ꝛ linguis. Sed nec condemnari quidē earū testimonio vel defendi in illo terribili atq; metuendo examine: ꝟm btī apl̄i sniam mereremur: ita dicentis. Inter se inuicē cogitationib⁹ accusantib⁹ aut ēt defendētib⁹ in die qua iudicabit de⁹ occulta hoīm ꝟm euangeliū meū.

Ro.2.

¶ De perfectione anime ad similitudinem euāgelici centurionis assumpte. Capitulum.v.

b Uius ergo ꝑfecte mētis figura ꝑ illū euāgelicū centurionem pulcherrime designat: cuius virt⁹ atq; cōstātia: qua non quibuslibet ingruētibus cogitationibus abducebatur: sed pro suo iudicio vel admittebat bonas vel cōtrarias absq; vlla difficultate pellebat: hac ꝑspicua significatiōe descripta est. Nā ꝛ ego hō suz sub ptāte constitut⁹ hn̄s sub me milites: ꝛ dico huic vade ꝛ vadit: ꝛ alio venit ꝛ venit: ꝛ seruo meo fac hoc ꝛ facit. Sic igit̄ nos quoq; viriliter aduersus ꝑturbationes ꝛ vitia dimicātes: poterim⁹ ea dicioni nostre discretionisq; subijcere: ac militantes in carne nostra extinguere passiones: vel instabilez cogitationū nostraꝝ cohortē rōnis impio subiugare: ac dn̄ice crucis salutari vexillo dirissimas aduersariarū. ptātum turbas a terminis nostri pectoris ꝓpulsare: si ꝑ tantoꝝ meritis triūphorū ad spiritalis huius centurionis ordinē ꝓuehimur: quem in Exodo q̄z ꝑ moysen mystice legimus designatum Constitue tibi tribunos ꝛ centuriones: ꝛ q̄nquagenarios ꝛ decanos. Et ita nos q̄z dignitatis huius apice sublimati habem⁹ hāc imperandi potestatē atq; virtutē: qua nō quibus nolumus cogitationibus abducamur: sed his quibus spiritaliter delectamur immorari vel inherere possimus: malis quidem suggestionibus impantes: abite: ꝛ ibunt: bonis vero dicemus: venite ꝛ venient. Seruo quoq; nr̄o. i. corpori ea que castitatis vel continentie sunt similiter iniungemus: ꝛ sine vlla contradictione deseruiet: non iam suscitans nobis aduersus spiritum concupiscentie stimulos: sed oēm exhibens spiritui famulatū. Huius centurionis qualia arma sint vel ad que preliorum exercitia preparentur: audi beatum apostolum predicantem. Arma inq̄t militie nostre nō carnalia sunt sed spiritalia. Dixit qualia sint id est non carnalia nec infirma: sed spiritalia ꝛ potētia deo. Deinde ad quos sint exercenda conflictus consequenter insinuat. Ad destructionem munitionum cogitationes purgantes: ꝛ omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiam dei: ꝛ captiuantes omnem intellectum in obedientiam christi preparati vlcisci omnē inobedientiam cum impleta fuerit primū vestra obedientia. Que omnia singillatim percurrere sicut necessarium ita etiā alterius temporis est. Amorum tantum modo volo vobis genera ꝓprietatesq; patefacere: quibus nos quoq; si volumus bella domini preliari: ꝛ inter centuriones euāgelicos

matthe.8.

Exodi.18.

2.cor.10.

Ibidem.

militare: accincti iugiter debemus incedere. Sumite inquit scu- Ephe. 6.
tum fidei in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extingue
re. Ergo fides est que excipiens ardentissima libidinū tela: me
tu futuri iudicij ⁊ celestis regni credulitate mortificat. Et lori-
cā inquit charitatis. Ipsa nempe est que vitalia pectoris nostri
circūdans atq; cōmuniēs: letalib⁹ perturbationū obiecta vulne
ribus cōtrarios retundit ictus: nec ad interiorē hominē nostrū
iacula diaboli penetrare ꝑmittit. Omnia eñ: suffert: omnia pa- 1. cor. 13.
titur: omnia sustinet. Et galeam spem salutis. Galea capitis
est munimen. Quia ergo caput nr̄m est christ⁹: debemus istud
semper spe futurorum bonorum velut inexpugnabili galea in
cunctis temptationib⁹ ac persecutionib⁹ communire. ⁊ princi
paliter fidem eius illesam atq; integram custodire. Alijs enim
membris trūcatū quēpiā licet debilē: possibile tamen est vtcun-
q; superesse. Sine capite vero nemini vel brevis vite spacium
prorogatur. Et gladium spiritus quod est verbum dei. Penetra- Ephe. 6.
bilius nāq̄ est omni gladio ancipiti ⁊ pertingens vsq; ad diui-
sionē aīe ac spiritus compagum quoq; ⁊ medullarum: ⁊ discre
tor cogitationum ⁊ intentionum cordis: diuidens scilicet ⁊ ab
scidens quicquid in nobis carnale terrenumve reppererit. Qui
bus armis quisq; fuerit cōmunitus: ab hostium telis ac depo-
pulatione defensus: nō vt captiuus ac subditus ad hostilē cogi
tationum terram constrictus depredantium vinculis abducit:
nec audiet per prophetam. Quare inueteratus es in terra alie- baruch. 3.
na: sed quasi triumphator ac victor in illa quam voluerit cogi
tationum regione consistet. Vis etiam ipsum robur ac fortitu-
dinē cēturionis huius q̄bus hec arma que p̄diximus nō carna
lia sed potētia deo gestat agnoscere: audi ipsum regem viros for
tes ad spiritalem militiam congregantem: quomodo dilectos si
gnet ac probet: Infirmus inquit dicat. quia fortis sum ego: Iohel. 3.
⁊ qui patiēs est sit pugnator. Videtis bella domini preliari: ni
si patientes infirmosq; non posse. Illa proculdubio infirmita-
te qua fundatus ille noster euangelicus centurio cum fiducia
loquebatur. Cum enim infirmor tunc potens sum. Et iterum. 2. Cor. 12.
Virtus autem in infirmitate perficitur. De qua infirmitate vn⁹ Ibidem
ꝓphetarū Et erit qui infirmatur inter eos sicut dom⁹ dauid. Pa Zach. 12.
tiens etiam hec bella preliabitur. Nempe illa patientia de qua Hebre. 10.
dicitur. Patientia vobis necessaria est: vt voluntatem dei fa-
cientes recipiatis remunerationem.

¶ De perseuerantia erga cogitationum custodiam. Capitulum. vj.

Debere tñ ac posse nos deo coherere: ⁊ exꝑientia ꝓpria de
prehēdim⁹ si mortificatas volūtates ac desideria mundi
huius habeamus abscisa: ⁊ illorum auctoritate docebi-
mur: qui domino colloquentes fiducialiter dicunt. Adhesit an

Ps. 62. ma mea post te. Et. Adhesi testimonijs tuis dñe. Et. Mihi au-
Ps. 118. tem adherere deo bonum est. Et. Qui adheret dño vnus spiri-
Ps. 72. tus est cũ eo. Non ergo debemus his euagationibus anime fati
j. Cor. 6. gati ab hoc studio relaxari. Qui enim colit terrã suã satiabitur
Prouer. 8. panibus: qui aũt sectatur ocium replebitur egestate. Nec ab in-
tentione huius obseruantie pernitiosa desperatione frãgamur:
qꝛ in offi sollicito inest amplius. Nam qui suauis ⁊ sine labore
est: in egestate erit. Et iterũ. Vir in doloribus laborat sibi: ⁊ vim
Matthe. 11. facit perditioni sue. Necnon etiaꝫ regnũ celorũ vim patit: ⁊ vio
lenti rapiũt illud. Nulla nãq; virtus sine labore perficit: nec vl
li possibile est ad istã quã cupitis stabilitatem mẽtis sine ingẽ-
Job. 5. ti contritione cordis cõscendere. Homo enim ad laborẽ nascit.
Qui vt in virũ perfectũ possit occurrere in mensurã etatis ple-
nitudinis christi: maiori eũ intẽtione necesse est semp esse perui-
gilẽ: iugiq; sollicitudine desudare. Ad cuius tñ mensure plenitu
dinẽ nemo perueniet alias in futurũ: nisi qui premeditatus et
imbutus ea fuerit in pñti: eãq; adhuc in seculo positus preliba
uerit: christiq; membrũ preciosissimũ designatus: arrã cõpagi-
nis illius per quã corpori eius valeat copulari in hac carne pos
sederit: vnum dũtaxat desiderans: vnũ sitiens: ad vnuꝫ omnes
non solũ actus suos: verumetiã cogitationes semper intendẽs
j. Cor. 15. vt illud qđ in futurũ dicetur de beata conuersatione sanctorũ: iã
subarratũ teneat in presenti: id est sit ei deus omnia in omnib⁹.

¶ Interrogatio de mobilitate anime: ⁊ impugnatione nequitiarum celestium. Capitulum. vij.

Germanus. Posset forsitan hec volubilitas mentis ali-
quatenus coerceri: si eam nõ tãtus aduersariorũ nume-
rus circunuallens: ad ea que nõ vult: immo quo illã q̃
sue nature mobilitas rapit: indefinẽter impellere. Quã cũ tã in
numerabiles tã potẽtes tãq; terribiles circũagant inimici: resi-
sti illis ab hac presertim fragili carne: impossibile crederemus:
nisi ad hanc opinionem vestris sententijs velut celestibus ani-
maremur oraculis.

¶ Responsio super adiutorio dei ⁊ liberi arbitrij potestate. Capitulum. viij.

Serenus. Aduersarios nobis quidẽ iugiter insidiari: q̃
cunq; interioris hominis experti sunt pugnas: dubita-
re nõ possunt. Sed ita dicimus hos nostris ꝓfectibus
aduersari: vt eos tantummõ incẽtores malorũ nõ etiã impulso-
res eẽ credamus. Ceterũ nullus hominũ posset omnino vitare
pctm̃ quodcunq; illi in cordibus nostris ingerere voluissent: si
eis quẽadmodũ ad suggerendũ: ita ⁊ ad cõpellendũ facultas vio
lẽta suppeteret. Quãobrẽ sicut in illis est instigatiõis copia: ita
⁊ in nobis virtus respuẽdi siue acquiescẽdi libertas est attribu-

ta. Quorum tamē potentiā ⁊ impugnationes si pertimescimus etiā protectiones atq; adiutoria dei ecōtraro ꝯferamus: de quo dr. Maior est enim qui in nobis est: q̄ qui in hoc mūdo. Cuius auxilia multo vehementiore militant virtute pro nobis: q̄ ad uersuz nos eorū multitudo cōfligit. Nā bonarū rerū non tm̄ suggestor sed etiā fautor atq; impulsor est deus: ita vt nonnūq̄ nos etiā inuitos ⁊ ignorātes attrahat ad salutem. Cōstat ergo neminē posse a diabolo decipi nisi illū qui prebere illi maluerit sue voluntatis assensum. Qd̄ Ecclesiastes his verbis euidenter expressit. Quia em̄ non fit cōtradictio ab his qui faciūt malū cito ideo repletū est cor filiorū hominū in ipsis vt faciāt malū. Ergo manifestū est hinc vnūquēq; delinquere ꝙ ingruentibus cogitationibus prauis nō eis se confestim repulsa cōtradictionis obijciat. Nam resistite ei inquit ⁊ fugiet a vobis. Jaco. 4.

¶ Interrogatio super anime ac demonū cōiunctione Capitulum. ix.

g Ermanus. Quod istud queso est anime cum istis spiritibus neq̄ tam indiscretum permixtūq; consortiuz: quo sic eidem non dicaz iungi: sed vniri possint: ⁊ alloqui eā insensibiliter ⁊ inseri atq; inspirare illi quecūq; voluerint: ⁊ ad ea que placuerint. eam valeant instigare: eiusq; cogitationes ac motus videant atq; perlustrent: tantaq; inter ipsos ac mentem vnitas fiat vt sine dei gratia quid ex illorū incitamento: quid ex nostra voluntate procedat: discerni pene non possit?

¶ Responsio in quez modū spiritus immundi humanis mentibus copulentur. Capitulum. x.

s Erenus. Non mirum est posse spiritum spiritui insensibiliter coniugari: ⁊ occultā suadendi vim ad ea que libita fuerint exercere. Est enim inter eos sicut inter homines: quedam substantie similitudo atq; cognatio. Si quidē diffinitio que de natura anime assumitur: etiam illorum substantie similiter coaptatur. Altrinsecus vero eos sibi inseri vel vniri: ita vt capax alter alterius esse possit: omnimodis impossibile est. Hoc nanq; solummodo deitati que sola incorporea simplexq; natura est: rectissime tribuitur.

¶ Obiectio vtrum possint spūs immundi eorū quos suppleuerint animabus inseri vel vniri. Cap̄. xj.

g Ermanus. Huic rationi satis arbitramur esse cōtrariū qd̄ vidimus in arreptitijs fieri: cum afflati spiritibus immūdis: loquuntur ⁊ agūt ea que nesciūt. Quomō ergo animas illorū spiritibus illis non credamus vniri: quoꝝ videmus illas velut organū factas: ⁊ derelicto naturali statu ad illorū voces: ⁊ gestum voluntatesq; depromant?

¶ Responsio quemadmodum energuminis immundi spiritus dominentur. Capitulum.xij.

Serenus. Predicte diffinitioni nostre nō est contrariū id qđ dicitis in energuminis fieri: cū spiritibus immundis arrepti: loquunt vel agūt ea que nolūt: vel ꝙ ea que ignorāt: ꝓferre cogunt. Non eñ vno modo istā eos infusionem spūum sustinere: certissimū est. Quidā eñ sic afflātur: vt nequaq̄ ea que gerūt vel loquuntur intelligāt: quidā vero tunc nō norunt ⁊ postea recordant. Quod fieri per infusionē spūs immundi non ita putandum est vt in anime ipsius penetrans substantiam: et velut vnitus ei ⁊ quodammodo indutus ea: sermones ac verba per os patiētis emittat. Nullo nāq; modo istud ab eis fieri credendū est. Nec eñ per aliquā anime diminutionē sed per corporis debilitatē hoc euenire manifesta rōe deprehendit: cū scz in illis membris in quibus vigor anime continet: immundus spiritus insidens eisq; importabile atq; immensum pondus imponēs: obscuritate teterrima intellectuales eius obruit ⁊ intercipit sensus: instigans ea que non vult vel q̄ ignorat proloqui: qđ nōnunq̄ etiā vini febrisq; vitio seu nimij frigoris alijsq; valitudinibus extrinsecus superuenientibus videmus accidere. Qđ ne beato Iob diabolus q̄ carnis eius acceperat potestatem moliret inferre: precepto dñi prohibet dicētis. Ecce trado eū in manus tuas: tm̄ animam eius custodi. i. tantummō eū amentē ne facias debilitato anime domicilio: ⁊ obruas intellectū ac sapientiam resistentis: principali scilicet cordis eius tuo pondere prefocato.

Job.2.

¶ Quod spiritus spiritui penetrabilis esse nō possit: sed incorporeo soli deo. Capitulum.xiij.

Nec eñ si crasse huic solideq; materie. i. carni spiritus admiscet qđ fieri facillime pōt: idcirco ⁊ aīe q̄ itidē spūs est ita vniri posse credit: vt eā q̄ similr sue nature reddat capacem. Qđ soli est possibile trinitati q̄ sic vniuerse intellectualis nature efficit penetratrix: vt nō solū circūplecti eā atq; ambire: sed etiā illabi ei: ⁊ velut incorporea corpi possit infundi. Licz eñ ꝓnūciemus nōnullas eē spiritales naturas: vt sunt angeli archāgeli cetereq; virtutes: ipa q̄ aīa nr̄a vel certe aer iste subtilis: tñ incorpee nullatenus estimāde sunt. Hñt eñ ꝟz se corpus q̄ subsistunt: lz multo tenuius q̄ nr̄a sunt corpa: ꝟm apli sententiā ita dicētis. Et corpa celestia ⁊ corpa terrestria. Et iterꝝ Seminat corpus animale: exurgit corpus spiritale. Quib⁹ manifeste colligit: nihil eē incorporeū nisi solū deū: ⁊ idcirco ipi tm̄ modo posse penetrabiles oēs spūales atq; intellectuales eē substātias eo ꝙ solus ⁊ totus ⁊ vbiq; ⁊ in omnibus sit: ita vt ⁊ cogitationes hominū ⁊ inter nos mot⁹ atq; abdita mētis vniuer-

i. Cor. 15.
Ibidem.

sa inspiciat atq; perlustret. De ipso siquidē solo ꝓnunciauit beatus apl's dicēs. Uiuus est eñ sermo dei ⁊ efficax: ⁊ acutior sup oēm gladiū ancipitē: ⁊ ꝑtingēs vsq; ad diuisionē anime ⁊ spūs compagū q̄ ac medullaꝝ: ac discretor cogitationū ⁊ intentionū cordis: ⁊ nō est creatura inuisibilis in ꝯspectu eius: omnia aūt nuda ⁊ aperta sunt oculis eius. Et beat⁹ dauid inquit. Qui fingit singillatim corda eoꝝ. Et iterū. Ip̄e enim nouit occulta cordis. Job q̄. Qui solus nosti corda hominum. Hebre. 4. Ps̄. 32. Ps̄. 43.

¶ Obiectio qua demones credi debeant cogitatiōes hominum peruidere. Capitulum .xiiij.

Germanus. Hac rōne qua dicis nec cogitatiōes q̄dez nostras intueri isti spiritus possunt. Qd̄ existimare valde putamus absurdum dicente scriptura. Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te. Et iterū. Cū diabolus misisset in corde simonis schariothis vt traderet dñm. Quid ergo credi pōt non patere eis cogitationes nr̄as: quaꝝ seminariū ꝑ ꝑte maxima ip̄is immittētib⁹ atq; instigantib⁹ sentim⁹ oboriri. Eccle. 10. Johā. 13.

¶ Responsio quid possint demones in cogitationib⁹ hominum: quidve non possint. Capitulum .xv.

Serenus. Nulli dubiū est ꝙ possint spūs immūdi cogitationū nr̄arū attingere qualitates: sed indicijs eas sensibilibus forinsecus colligētes. i. aut ex nr̄is dispositionib⁹ aut verbis ⁊ studijs in qua ꝓpēsius cōspexerint nos inclinari. Ceterū illas q̄ necdū de internis anime ꝓdierūt: adire omnino non pñt. Ip̄as q̄ cogitatiōes quas ingerūt vtrū suscepte vel quēadmodū suscepte sint: nō ꝑ ip̄ius anime naturā. i. ꝑ illū interiorē motū q̄ in abditis eius abscōdit: ⁊ vt manifesti⁹ aliq̄d exprimā: ī medullis (⁊ vt ita dixerim) ip̄ius latitātes: sz ex motibus atq; indicijs exterioris hominis deprehēdūt: vt puta cum suggesserint gastrimargiā: si viderint monachū ad fenestrā: aut ad solē oculū erexisse vel de hora solliciti⁹ inquisisse: cognoscūt desideriū gule fuisse susceptū. Si fornicationē ingerentes senserint eū patiēter telū libidinis suscepisse: seu viderint carnē commotā. aut certe nō vt oportuit aduersus suggestiōes immūdicie suspirasse: lasciuiā intelligūt in penetrabilib⁹ aīe: libidinis iaculū fuisse defixū. Si incitamēta tristicie: si ire: si furoris admouerint vtrū nā cordi insederint: gestu corꝑis ⁊ sensibili cōmotiōe dinoscūt. s. cū vel infremuisse tacitū vel quadā indignatiōe suspirasse: seu vultū ꝯsideraverint quodā pallore aut rubore mutasse ⁊ ita subtil' quis nā cui sit vitio dedit⁹ deꝑhēdūt. Illo nāq; vnū quēq; nr̄m delectari certa rōe cognoscūt: ad cui⁹ īstigationē mox quodā nutu vel motu corꝑis cōsensum cōniuētiāq; ab eo prestitā fuisse peruiderint. Que ab illis aereis virtutibus ita deprehēdi nō mirū est cū hoc a prudētibus q̄ viris sepissime fieri vide-

mus: vt scilicet interioris hominis statum de figura ⁊ vultu seu qualitate exterioris agnoscant. Quanto ergo certius hec ab eis poterunt deprehēdi: quos vtiq; vt spiritalis nature multo subtiliores ac sagaciores hominibus esse non dubium est.

¶ Similitudo qua spirit⁹ immūdi cogitationes hominum doceantur agnoscere. Cap̄.xvj.

q Uemadmodū enim nonnulli latrones in his domibus quas furtim aggredi cupiūt: occultas hoīm solēt ēxplorare substātias: q̄ ꝑ tetras noctis tenebras caute spargentes manu minutias arenaꝝ: reconditas opes q̄s visu ꝑuidere nō pñt: tinnitu quodā vel strepitu ad earū lapsum rūdente deprehendūt: ac sic ad certissimā rei vel metalli cuiusq; noticiam quadā elicite vocis proditione ꝑueniunt: ita hi quoq; vt thesaurum nostri corꝑis explorent: velut arenas quasdā suggestiones nobis noxias inspergentes: cū ꝑm eaꝝ qualitatē affectū corporeum viderint emersisse: velut quodā de intimis cōclauib⁹ prodeunt tinnitu: quid sit reconditum in abditis interioris hominis: recognoscunt.

¶ De eo ꝙ nō singuli quiq; demones vniuersas hominibus ingerant passiones. Capitulum.xvij.

b Oc tñ nosse debemus nō omnes demones vniuersas hominib⁹ ingerere passiones: sz vnicuiq; vicio certos spiritus incubare: ⁊ alios quidē immundicijs ac libidinū sordib⁹ oblectari: alios blasphemijs: alios ire furoriq; pecuniarius imminere: alios pasci tristicia: alios cenodoxia superbiaq; mulceri: ⁊ vnumquemq; illud vicium hūanis cordibus quo ipse gaudet: inserere: sed nec cunctas pariter suas ingerere prauitates: sed vicissim prout temporis vel loci vel suscipientis oportunitas prouocauerit.

¶ Interrogatio an inter demones impugnationis ordo: ac vicissitudinis disciplina seruetur. Ca.xviij.

g Erman⁹. Ergo credēdū est inter eos ordinatā ⁊ (vt ita dixerim) disciplinatā eē nequitiā: vt q̄dā vicissitudinis ab eis ordo seruet̄: ac rōnabilis gerat̄ ꝓpugnationis incursio: cū constet nec modū nec rōnē nisi inter bonos atq; honestos posse subsistere: ꝑm illā scripture sniam. Quere sapientiaꝫ
ꝓuer. xxj. apud malos: ⁊ nō inuenies: ⁊ inimici nr̄i insensati. Illd ēt. Nō est sapientia: non est fortitudo nec est consilium apud impios.

¶ Respōsio in quē modū concio demonū sup vicissitudinis impugnatione subsistat. Cap̄.xix.

s Eren⁹. Nō eē inter malos ꝑpetuā in oīb⁹ cōsensionē: nec posse ꝑfectā stare cōcordiā: ēt in illis ip̄is vicijs q̄b⁹ cōi-

ter oblectant: certa diffinitio est. Nō enim poterit quēadmodū dixisti in reb⁹ indisciplinatis: disciplina modusq; ꝑuari. In nō nullꝰ tñ vbi. s. vel opationis cōio vl necessitas exigit seu cuiusdā lucri inuitat ꝯsortiū: nec̄e est eos tēporalē cōmodare ꝯsensum. Quod esse in hac militia neq̄tie spiritalꝰ: manifestissime ꝑuidemus: vt nō solū tpa inter se vicissitudinesq; custodiāt: sed ēt locis q̄busdā spāliter inherere: eaq; iugiter obsidere noscant. Nā qꝛ nec̄e sit eos īmutatis tēptationib⁹ certisq; vitijs atq; tpib⁹ exercere impugnationes suas: hinc liq̄do cōprobam⁹ qꝛ nullus pōt sil cenodoxie vanitate deludi ⁊ cōcupiscētia fornicationis exuri: nec p̄t tumida inflari elatione supbie spiritalꝰ: ⁊ carnalꝰ gastrimargie ꝑiter hūilitati submitti. Nec p̄t q̄s cachinnis fatuis risuq; dissolui: ⁊ iracūdie sub eodē tpe stimulꝰ incitari: seu certe edacis tristicie merore suppleri: sz nec̄e est vnūquēq; spūm ita singillatim īpugnationē mētis arripere: vt cū aut victꝰ abscesserit: alij eaz spiritui cedat acrius impugnandā: aut certe si victor extiterit alij nihilominus tradat similiter illudendam.

¶ De eo ꝙ non sint vnius fortitudinis cōtrarie ptātes: nec tēptādi facultas in eoꝝ sit arbitrio collocata.

Capitulum.xx.

i Aliud etiā nequaq̄ ignorare debem⁹ nō esse oēs eiusdē ferocitatis ⁊ desiderij: sed ne vni⁹ quidē fortitudinis atq; neq̄cie: ⁊ incipiētib⁹ q̄dē atq; infirmis nō nisi infirmiores spūs in certamine cōparari: ⁊ his neq̄tijs spiritalibus supatis: gradatim semp aduersus athletā xp̄i robustior pugna succedet. Pro ꝯparatione siquidē viriū ac ꝓfect⁹ hūani etiā difficultas colluctationis augetur: Nullo enim mō quilibet sanctorūz sufficeret taliū tātorūq; hostiū suffere nequitiā: vel insidijs eorum posset occurrere: sed nec crudelitatē quidē ac seuiciā sustinere: si nō certamini nr̄o clemētissim⁹ arbiter atq; agonitheta p̄sidens christus: ⁊ exequaret colluctantiū vires: ⁊ immoderatos eorum repelleret ac refrenaret incursus: faceretq; cum temptatione exitum vt sustinere possimus.

¶ De eo ꝙ demones cuz hoībus nō sine suo labore confligant.

Capitulum.xxj.

b Hanc aūt colluctationē illos nō sine suo credim⁹ labore ꝯficere. Habēt nāq; ēt ip̄i in suo ꝯflictu quādā anxietatē ⁊ tristiciā: ⁊ maxīe cū fuerint validiorib⁹ emulis id est viris sctis ꝑfectisq; cōgressi. Alioq̄n iā nō ꝯfict⁹ nec luctatio: sed simplex tm̄: ⁊ vt ita dixerim: secura illꝰ eēt hoīz attributa deceptio. Et quō staret illud apl̄i qđ dicit. Nō est nobis colluctatio aduersus carnē ⁊ sanguinē sz aduersus p̄ncipat⁹ ⁊ aduersus ptātes: aduersus mūdi rectores tenebraꝝ haꝝ: ꝯ spiritalia neq̄tie in celestib⁹. Et illđ. Sic pugno nō q̄si aerē verberās. Et iteꝝ

Eph.vj.

j.Coꝝ.ix.

ij. Thi. iiij. Bonū agonē certaui. Ubi eñ agon inducit: ⁊ certamē ⁊ pugna
seu colluctatio: necesse est vtrorunq; sudor ⁊ labor ⁊ sollicitudo
subeat: ⁊ eq̄lr illos vl' sup deiectione maneat dolor atq; ꝯfusio
vel de victoria gaudiū ꝯsequat ⁊ palma. Ubi ꝟo alio cū sudore
luctāte: ali⁹ cū ocio ac securitate ꝯfligit: ⁊ ad deijciēdū emulū so
la ꝑ virib⁹ vtit volūtate: nō pugna dicenda est nec colluctatio
neq; certamē: sz in q̄ q̄dā ⁊ irrōnabil' oppugnationis oppressio
Sed plane laborāt ⁊ ip̄i nō min⁹ īpugnātes hūanū gen⁹: ⁊ desu
dant vt p̄ualeāt de vno q̄ illā quā cupiunt obtinere victoriam:
⁊ retorquetur in eos illa cōfusio q̄ nos manebat si ab ip̄is fuisse
Ps. cxxxix mus elisi: sz illud. Caput circuit⁹ eoꝝ: labor labioꝝ ip̄oꝝ opiet
Ps. vij. eos. ⁊. Cōuertet dolor ei⁹ ī caput ei⁹. Et iteꝝ. Ueniat illi laq̄us
Ps. xxxiiij. quē ignorat: ⁊ captio quā abscōdit app̄hēdat eū: ⁊ in laqueū ca
dat in ip̄o. s. quē sup hoīm deceptione molit. Dolēt igit etiā ip̄i
nō min⁹ ⁊ quēadmodū nos elidūt ip̄i q̄ filiter elidūt. nec victi
sine ꝯfusione discedūt. Quas eoꝝ ruinas atq; cōflict⁹: ille q̄ sa
nos interioris hoīs oc'los possidet q̄tidie cernēs: videnscq; eos
supgaudere ruinis ⁊ casib⁹ singl'oꝝ: ac timēs ne de se quoq; eue
Ps. xij. nire eis valeat ista leticia: dñz depcat. Illumina inq̄ens oc'los
meos ne vnq̄ obdormā in morte: neq̄ dicat inimic⁹ me⁹: p̄ua
Ps. xxxiiij. lui aduersus eū: q̄ tribulāt me exultabunt si mot⁹ fuero. ⁊ Deus
me⁹ ne supgaudeāt mihi: ne dicāt: in cordib⁹ suis euge euge aīe
Ibidem. nr̄e: nec dicāt deuorabim⁹ eū. ⁊ frēduert' sup me dētib⁹ suis: dñe
Ps. ix. q̄ respicies insidiat enim in abscondito vt leo in cubili suo: in
sidiat vt rapiat paupē: ⁊ querat a deo escā sibi. Qui rursum cū
etis conatib⁹ expensis: cū deceptionē nr̄am nō potuerint obti
nere: sup casso labore suo nec̄e est vt cōfundant ⁊ erubescāt qui
querūt aīas nr̄as vt auferāt eas. induant ꝯfusione ⁊ pudore q̄
Hiere. xvij. cogitāt nobis mala. Hieremias q̄. Cōfundant inquit illi ⁊ nō
confundar ego: paueant illi ⁊ non paueaz ego: induc super eos
irā furoris tui: ⁊ duplici cōtritione cōtere eos. Nulli etenim du
biū est: cū a nobis fuerint supati: ꝯtritione eos duplici cōteren
dos. primū q̄d hoīb⁹ expetētib⁹ sctitatē: illi eā possidētes amise
rint cāq; extiterint ꝑditionis humane: deinde q̄ spiritales sub
stātie fuerint a carnalib⁹ terrenisq; deuicte. Has igitur ruinas
hostiū suasq; victorias intuēs vnusquisq; sctōꝝ cū exultatione
Ps. xvij. proclamat dicēs. Persequar inimicos meos ⁊ cōprehendā eos:
⁊ nō conuertar donec deficiāt: cōfringā eos nec poterunt stare:
cadēt subt⁹ pedes meos. Cōtra quos etiā orans idē propheta.
Ps. xxxiij. Iudica inquit dñe nocentes me: expugna impugnantes me: ap
prehende arma ⁊ scutū: ⁊ exurge in adiutoriū mihi: effunde fra
meam: ⁊ cōclude aduersus eos qui ꝑsequunt me: dic aīe mee sa
lus tua ego sum. Quos cū subditis ⁊ extinctis vniuersis pas
sionibus vicerimus: merebimur illā bñdictionis vocē cōsequē
michee. v. ter audire. Exaltet manus tua sup hostes tuos: ⁊ oēs inimici
tui peribunt. Hec igitur omnia ⁊ his similia sacris inserta vo

luminibus legentes siue canentes: nisi contra istas nequitias spiritales q̄ nobis insidiant̄ diebus ac noctibus acceperimus fuisse conscripta: non mō ex eis edificationē vllam lenitatis ac patientie cōsequemur: sed etiā dirū quēdā atq; ꝯrium euangelice ꝑfectioni cōcipiemus affectū. Nō solū enim docebimur non orare ꝑ inimicis nr̄is: nec diligere eos: sed etiā detestari illos implacabili odio prouocabimur: ⁊ maledicere eis: atq; oronē aduersus eos indefinenter effundere. Que tali spū prolocutos fuisse viros sanctos ⁊ amicos dei intelligere: scelestū est ac prophanū: quibus añ aduētū xp̄i idcirco nō est lex posita: eo ꝙ trāscendentes mādata eius euāgelicis ꝑere preceptis: ⁊ aplice ꝑfectioni studere: preueniētes dispensationē tēporis maluerunt.

¶ De eo ꝙ non sit ptās nocendi in arbitrio demonum collocata. Capitulum.xxij.

Non hr̄e aūt eos ptātez quenq̄ hoīm ledendi: exēplū bti iob manifesta rōne demonstrat: vbi nō amplius eū tēptare audet inimicus: q̄ diuina ei dispēsatione cōcedit̄: ⁊ cōfessio eorūdē spūum euāgelicis monimētis inserta testat̄ dicentiū. Si eijcis nos: mitte nos in gregē porcoꝝ. Qui multomagis credēdi sunt in nullo hoīum q̄ ad imaginē dei creati sunt introire ꝑ arbitrio suo posse. cū aīalia immūda ac muta ingrediēdi absq; dei ꝑmissu nō habuerint ptātez. Ceteꝝ nemo posset: nō dicā iuuenū quos videmus in hac eremo cōstantissime cōmorari: sed nec ꝑfectoꝝ q̄dē tātis taliūq; hostiū agminibus circūseptus in eremo singularis habitare: si in ip̄is eēt: ꝑ volūtate sua nocēdi vel attēptādi facultas atq; libertas. Qd̄ euidētius etiā dñi ac saluatoris nr̄i confirmat snia: quam ꝑ humilitate hominis assumpti protulit ad pilatum ita dicentis. Non haberes in me vllam potestatem: nisi datum tibi fuisset desuper. Math.viij Job.xix.

¶ De imminuta demonū potestate. Cap̄.xxiij.

Satis tñ nobis exꝑientia nr̄a ⁊ senioꝝ relatione cōpertū est: non eādē vim hr̄e nunc demones q̄ anteriore tꝑe inter anachoretaꝝ dūtaxat principia: in quibus adhuc raritas monachoꝝ in eremo cōmanebat. Tāta nāq; erat eoꝝ feritas: vt vix pauci ⁊ admodū stabiles atq; etate prouecti: tolerare habitationē solitudinis possent. Siquidem in ip̄is cenobijs in quibus commorabātur octo vel decem: ita eorum atrocitas grassabatur: ⁊ frequentes ac visibiles sentiebātur aggressus vt non auderent omnes pariter noctibus obdormire: sed vicissim alijs degustantibus somnū: alij vigilias celebrantes: psalmis ⁊ oronibus seu lectionibus inherebāt. Cūq; illos ad soporē nature necessitas inuitaret: expergefactis ad eoꝝ q̄ dormituri erant custodiā sil̄iter excubie tradebantur. Uñ dubitari non potest vnū e duobus: hāc nunc securitatē vel cōfidētiā nō solū nobis q̄ vide-

mur pro experientia senectutis aliquatenus roborati: sed etiã iunioribus etate cõferre. Aut eñ virtute crucis etiã deserta penetrãte: ⁊ vbiq; eius gratia coruscante: retusa est nequitia demonum: aut negligentia nostra illos ab impugnatione nostra pristina reddidit lẽtiores: dũ dedignantur aduersum nos illa intẽtiõe confligere: qua tunc cõtra illos probatissimos xp̃i milites seuiebãt hac. s. fraudulentia visibilium temptationũ sine cessatione durius elidẽtes. In tantũ eñ teporẽ videmus corruisse nõ nullos: vt necesse sit eos etiam remissioribus monitis appalpari mõ: ne desertis cellulis suis ad ꝑnitiosiores inquietudines reuoluãtur: et circũeuntes ac vagi: crassioribus (vt ita dixerim) vitijs implicẽtur magnusq; fructus ab eis obtineri credatur: si solũmodo se etiam cũ qualibet ignauia valeãt in solitudine continere: ac ꝓ ingenti remedio soleat eis a senioribus dici. Sedete in cellulis vestris: et q̃tum libitũ fuerit mãducate atq; bibite et dormite: dummodo in eis iugiter perduretis.

¶ Qua rõne demões sibi in eoꝝ corpa quos arrepturi sunt: aditũ parent. Capitulum. xxiiij.

Constat ergo immundos spũs non aliter posse in illos quoꝝ obtenturi sunt corpa penetrare: nisi prius eorũ mentes cogitationesq; possederint. Quos cũ timore ac memoria dei vel spiritali meditatione nudauerint velut exarmatos omni presidio ac munitione diuina nudatos: facile vincendos audẽter inuadũt: domiciliũ deinceps in eis velut in possessione sibi tradita presumentes

¶ De eo ꝙ miserabiliores sunt hi qui vitijs q̃ qui ab ipsis demonibus possidentur. Capitulum. xxv.

Licet multo grauius constet vehemẽtiusq; vexari hos qui cũ corporaliter ab ipsis suppleri minime videant: aĩo tñ ꝑniciosius possident eoꝝ scz vicijs vel voluptatibus inuoluti. Secundum apostoli nãq; sententiam: a quo q̃s
2. Pet. 2. q̃superatur: eius seruus efficitur. Nisi ꝙ in hoc isti desperatius egrotãt: ꝙ cũ sint eorum mãcipia: nec impugnari se ab illis nec dñatum eorum ferre cognoscunt. Ceterũ corpaliter traditos sathane: vel infirmitatibus magnis etiã viros sanctos nouimus pro leuissimis quibusq; delictis. cũ in illis ne tenuissimũ quidẽ neuum aut maculam in illo iudicij die patiatur inueniri: diuina clementia omnem sordis eorum scoriam ꝟm prophete: immo dei sententiam excoquens in pñti: vt eos tanq̃ aurum vel argentum ignitum ad illam ꝑpetuitatem: nulla indigentes pe-
Esa. 1. nali purgatione: transmittat. Et excoquam inquit ad purum scoriam tuam: ⁊ auferam omne stannum tuum: ⁊ post hec vocaberis ciuitas iusti: vrbs fidelis. Et iterum. Sicut ꝓbatur ar-
Prouer. 17. gentum ⁊ aurum in camino: ita eligit corda dominus. Et iterũ.

Aurū ⁊ argentū probat ignis: vir aūt probatur in fornace humiliationis. Et illud quoq;. Quē em̄ diligit dn̄s corripit: flagellat autem omnem filium quem recipit. Hebre. 12.

¶ De nece prophete seducti: et infirmitate abbatis pauli quā ꝑ sua emēdatione ꝓmeruit. Capitulū. xxvj.

Quod in illo ꝓpheta atq; hoīe dei: in. iij. regū libro manifeste videm⁹ impletū: q̄ ꝑ culpa vni⁹ inobediētie quā tn̄ nō de industria nec vitio ꝓprie volūtatis: sed alteri⁹ circūuentiōe cōtraxit: cōfestim a leone cōterit: ita de eo scriptura narrāte. Uir dei est: q̄ inobediens fuit ori dn̄i: tradidit eū dn̄s leoni ⁊ cōfregit eū iuxta ꝟbū dn̄i qđ locut⁹ ē. In q̄ facto ⁊ solutionē delicti pn̄tis atq; erroris incauti ⁊ iusticie merita ꝑ q̄bus ꝓphetā suū dn̄s tp̄aliter tradidit vexatori: ꝑcitas ipsa ⁊ cōtinentia vexatoris atq; p̄datoris oñdit: qr nihil penit⁹ audet voracissima bestia de tradito sibi cadauere degustare. Cui⁹ rei nostris quoq; tp̄ibus satis euidēs cōtigit ⁊ apta ꝓbatio in abbate paulo vel moyse q̄ habitauit locū huius solitudinis: q̄ calam⁹ nuncupat. Nā prior cōmorat⁹ est in eremo q̄ adiacet panephisi ciuitati: quā solitudinē nūc oliz facta aq̄ salsissime inūdatiōe cognouim⁹. Que quotiēs flauerit spūs aq̄lonis: de stagnis impulsa ac sup̄fusa adiacentib⁹ terris: ita oēm illius sup̄ficiē regiōis cōtegit: vt antiquos ibidē vicos q̄ olim hac ipsa de cā oī sunt habitatore deserti: faciat velut insulas apparere. Hic igit̄ abbas paulus in tantā cordis puritatē q̄ete solitudinis silētioq; ꝓfecerat vt nō dicā vultū femineū: sed ne vestimēta q̄dē sexus illius conspectui suo pateret̄ offerri. Nā cū eidē ꝑgēti ad cuiusdā senioris cellā vna cū abbate archebio eiusdē solitudinis accola: casu mulier obuiasset: offensus occursu ei⁹: tāta fuga ad suū rursus monasteriū (pretermisso qđ arripuerat pie visitationis officio) recurrerit: quāta nullus a facie leonis vel immanissimi draconis aufugeret: ita vt ne memorati q̄dē abbatis archebij reuocantis eū clamore ac precib⁹ flecteret̄: vt ad requirēdū senē quēadmodū ꝓposuerāt cepto itinere ꝑtenderēt. Qđ licet zelo castitatis ⁊ puritatis ardore sit factū: tn̄ qr nō s̄m sciam p̄sumptū est: sz obseruātia discipline: iusticie excessus est modus. Nō em̄ solā familiaritatē q̄vere est noxia feminaꝝ: sz ipsam quoq; figurā sexus illi⁹ credidit execranda: tali cōfestim correptione ꝑcussus est: vt ei⁹ vniuersum corpus paralyseos valitudine solueret̄: nullūq; in eo mēbrū penitus explere suū p̄ualeret officiū. Siquidē nō solū pedes ac manus: sed etiā lingue motus: quo elocutio vocis exprimit̄: ipseq; aures ita auditus ꝓprij amiserūt sensum: vt in eo nihil amplius ex hoīe: q̄ immobilis tantū atq; insensibilis figura remaneret. Eo aūt redactus est: vt infirmitati eius nullo modo viroꝝ diligētia deseruire sufficeret: nisi sola ei muliebris sedulitas ministrasset. Sed delato ad cenobium sacrarum vir-

3. Reg. 13.

ginū: cibus ac potus quē ne nutu quidē petere poterat: femineo ingerebat obsequio: explēdisq; oībus nature necessitatibus: eadē illi diligentia p annos ferme quattuor. i. vsq; ad vite sue terminū seruiebat. Qui cū tāta esset oīm mēbrorū debilitate cōstrictus: vt nulli in eo artus viuacē motū ac sensibilē retētarēt: nihilominus tanta ex eo virtutū gr̄a ꝓcedebat: vt cū de oleo qd̄ de cadauere suo potius q̄ corpore cōtigisset vngerent infirmi: confestim cūctis valitudinibus curarent: ita vt sup hac eius valitudine etiā ipsis infidelib⁹ euidenter apteq; claresceret: ⁊ debilitatem mēbrorum oīm dispensatione atq; amore dn̄i cōtributam: ⁊ sanitatū gratiā pro testimonio puritatis ac manifestatione meritorum eius spūssancti virtute prestari.

¶ De tēptatione abbatis moysi. Capitulum. xxvij.

Secundus vero quē diximus in hac eremo cōmoratū cū ipse quoq; singularis ⁊ incōparabilis vir esset: ob rep̄hensionē vnius sermōis quē ꝯ abbatē machariū disputās: paulo durius ꝓtulit quadā scz opinione p̄uent⁹: tā diro cōfestim est tradit⁹ demoni: vt hūanas egestiōes ori suo ab eo suppletus ingereret. Qd̄ flagellū purgationis gr̄a se dn̄s intulisse: ne scz in eo vel momentanei delicti macula resideret: velocitate curationis eius atq; aucto remedio demōstrauit. Nam cōtinuo abbate machario in oratiōe submisso dicto citius neq̄ spiritus ab eo fugatus abscessit.

¶ De eo q̄ sperni nō debeāt hi qui spiritibus traduntur immundis. Capitulum. xxviij.

Ex quo manifeste ꝑpendit non debere eos abominari vel despici quos videm⁹ diuersis tēptationib⁹ siue istis neq̄tie spiritib⁹ tradi: q̄r duo hec credere immobiliter nos oz. Primo q̄ sine dei ꝑmissu nullus ab eis oīo tēptet. Scd̄o q̄ oīa q̄ a deo nobis īferunt: siue tristia ad p̄ns seu leta videant velut a pijssimo p̄re clementissimoq; medico ꝓ nr̄is vtilitatib⁹ irrogent: ⁊ idcirco eos velut pedagogis traditos hūiliari: vt dicedētes ex hoc mūdo: vel purgatiores ad vitā aliā trāsferantur vel pena leuiore plectātur: q̄ ꝑm ap̄lm traditi sunt in p̄nti sathane in interitū carnis: vt spiritu salui fiāt in die dn̄i nr̄i iesu xp̄i.

1. Cor. 2.

¶ Obiectio cur hi qui spiritibus vexantur immūdis a communione dn̄ica separentur. Capi. xxix.

Germanus. Et quō non solū eos despici ab hominibus vel horreri sed etiam a communione dn̄ica in nr̄is prouincijs ꝑpetuo videmus abstinere: ꝑm illā euāgelij sententiam. Nolite sanctum dare canibus: neq; mittatis margaritas vestras ante porcos: cum de illis quemadmodum dicis ita credendum sit: q̄ eis purgationis vel vtilitatis obtentu: huius temptationis humiliatio tribuatur.

Mat. 7.

¶ Rñsio sup̄ p̄posita questione. Capi. xxx.

Erennus. Si habuerimus hāc sententiā immo fidē quā
f supius cōprehēdit: vt ⁊ oia per dñm fieri: ⁊ p̄ vtilitate
aiaꝝ dispensari vniuersa credamus: nō solū nequaq̄ de
spiciemus eos ꝙ etiā p̄ eis tanq̄ p̄ mēbris nr̄is incessanter ora
bimus: eisq̄ totis visceribus ac pleno cōpatiemur affectu. Cuz 1. Cor. 12.
essi patiꝫ vnū mēbrū: cōpatiunt oia mēbra: scientes nos absq̄
illis vtpote mēbris nr̄is eimodis cōsumari nō posse: quēadmo
dū legimus ne anteriores q̄dē nostros sine nobis reptemissio-
nis summā cōsequi potuisse: ita de illis apl̄o pnunciante. Et bi Heb. 11.
oēs testimonio fidei cōprobati: nō acceperūt reptomissiōes deo
p̄ nobis melius aliq̄d puidēte: ne sine nobis cōsumerent. Com
munionē vero eis sacrosanctā a senioribus nr̄is nunq̄ memini
mus interdictā quin immo si possibile esset etiā quotidie eis im
pertiretur debere censebāt. Nec essi ꝑm euāgelij suiam quaꝫincon
grue huic sensui coaptatis. Nolite sciss dare canibus: ad demo- Mat. 7o
nis escā sacrosancta communio: ⁊ nō potius ad purgationē ac
tutelam corpis aſeq̄ puenire credēda est: q̄ ab hoc pcepta eū q̄
in mēbris eius insidet spūm: seu in ipsis latitare conatur velut
quodā exurens fugat incēdio. Hoc nāq̄ mō curatū ⁊ abbatē an
dronicū nup̄ aspeximus alioſq̄ ꝙ plures. Magis nāq̄ ac ma
gis inimicus insultabit offensio: cum eum a celesti medicina vi
derit segregatū: tātoq̄ durius ac frequētius attemptabit: quan
to enim ab spiritali remedio longius senserit abdicatum.

¶ De eo, ꝙ miseri sint hi qui subdi tpalibus istis tem ptationibus nō merentur. Capitulū. xxxj.

Eternum illi sunt vere miseri ac miserabiles iudicādi q̄
c cū se vniuersis criminibus flagicijsq̄ cōtaminēt: nō so
lum nullum vtibiliter in eis signum diabolice supple-
tionis ostenditur: sz nec aliq̄ q̄dē opibus eorum cōdigna tempta-
tio: nec vilium flagellū correptionis infertur. Non enim meren
tur, celerē temporis istius expeditamq̄ medicinam: quorum
duricia ⁊ impenitens cor penam vite p̄tis excedēs: thesauri
sant sibi ipsi iram ⁊ indignationē in die ire ⁊ revelationis iusti Rom. 2.
iudicij dei in quo vermes eorum non morientur: ⁊ ignis eorum Esa. 66.
non extinguetur. Cōtra quod prophēta velut anxius pro affli-
ctione sanctorum videns eos erūnis varijs ac temptationibus
subiacere ⁊ ecōtra peccatores non solum absq̄ vllo humiliatio
nis flagello cursum mundi istius ptransire: sz etiā affluentia di
uitiarū ac summa rerum omnium pſperitate gaudere: intolera- 2. Pē. 72
bili zelo ac spūs sui feruore succensus exclamat. Mei autem pe
ne moti sunt pedes: paulominus effusi sunt gressus mei: q̄ zelā
uisi p̄ iniquos pacē peccatorū videns. q̄ nō est respectus morti
eor: ⁊ firmamentū in plaga eor: in labore hoīm nō sunt: ⁊ cum

bolbus nō flagellabunt: scz in futuro cū demonibus punīēdi qui in pūi nō meruerūt in sorte ac disciplina filiorū cū boib⁹ flagellari. Hieremias q̄z cū deo sup hac impiorum pſperitate di sceptās: licet nequaq̄ dubitare se de iusticia dñi pſtreat dicēs.

Hiere.xij. Justus quidē in es dñe: si disputē tecū. Cā tñ bui⁹ tāte inequalitatis ingrēs subūgit t dicit. Verūtñ si ita iusta loquar ad te Quare via impiorū pſperat bñ est oib⁹ q̄ preuaricant t iniq̄ agūt plātasti eos t radicē miserūt: pficiūt faciūt fructū. Prope es to ori eorū: t longe a renibus eorū. Quorū ruinā deflente domino

Hiere.lf. p ppbetā: t ad eor curationē medicos atq; doctores sollicite di rigente: t q̄dāmō eos ad planctū silem puocāre ac dicēre. Vnbiro cecidit babylō ptrita est vlulate sup eā: tollite resinā ad dolorē eius si forte sanet. Rūdent vt desperātes angeli: quib⁹ salutis būane cura commissa est: vel certe ppheta expsona apl̄orū

Ibidem. sen spiritaliū virorū atq; doctorū vidētiū onriciā mētis eor t impenitens cor. Curauim⁹ babylonē t nō est sanata: relinquam⁹ eā: t eam⁹ vnusquisq; in terrā suam: cūm puenit vsq; ad celos in

Esa.j. diciū eius: et elevatū est vsq; ad nubes. De istorū igit desperatolāguore exp̄sona dei loquit Esaias ad dicēs. A plāta pedis vsq; ad verticē non est in ea sanitas: vulnꝰ t livor t plaga tumēs non est circunligata nec curata medicamine neq; fota oleo.

¶ De diuersitate studiorum ac voluntatū que in ac reis poestatib⁹ pererentur. Capitulum.xxxij.

Ot autem esse immundos spiritus quot, in hominibus t studia nō dubie cōprobantur. Nam nōnullos eor quos etiam fanos vulgus appellat ita seductores t ioculatores esse manifestum est: vt certa q̄q; loca seu vias iugiter obsidē tes: nequaq̄ tormētis eorū quos pertransiunt potuerint decipere delectent: sed de risu tantummodo t illusione contenti: fatigare eos potius studeant q̄ nocere: quos tamen vero solūmō in noctis incubationibus horum pnoctare alios itaesse furori ac truculentie dedtos: vt non sint contenti illorū tantūmō corpora quos suppleuerint atroci dilaceratione, vexare: sed etiaz irruere super. eminus transeuntes atq; affligere illos seuissima cede

matthe.8. festinent: quales illi in euāgelio describūt ob quorū merū pviā illam transire tam nullus audebat: quos eorū confiles bellis sanguinis quoq; effusione p insatiabili ferocitate gaudere non dubium est. Altos ita eorum corda quos ceperant inani quodā timore videmus infecisse: quos ꝑtriā bacuceos vulgus appellat vt semetipsos vltra pceritatē corporis erigentes: nunc quidē se in quosdā fastus gutturisq; fustollerēt: nūc veint acclines ad quē dā se trāquillitatis t ad familiaritatis statū cōmunes blandosq; submitterent: esse velut illustres t circūspectabiles omnib⁹ estimantes: nunc quidem adorare se potestates sublimiores corporis inflexione monstrarent: nunc vero ab alijs se crederēt ado

rari: ⁊ omnes motus quibus vera officia aut supbe aut humili ter paguntur explerent. Alios reperimus non solum studere mē dacijs: sed etiam blasphemias hominibus inspirare. Cui⁹ rei etiā nos testes sumus qui audiuimus apertissime demonem cō fitentē p arriū ⁊ eunomiū se impietatem sacrilegi dogmatis edi disse. Quod etiā in tertio regū libro vnū ex ijsdē ipsis manifeste legimus predicantē. Egrediar inqt: ⁊ ero spiritus mendax in ore omnium pphetarū eius. De quib⁹ apostolus arguens illos qui ab ipsis decipiuntur ita infert. Attēdentes spiritibus seductoribus ⁊ doctrinis demoniorum in hypocrisi loquentium mē daciū. Esse aūt ⁊ alia demonū genera id est mutoruz atq; surdorum; euāgelia testant. Incētores etiā libidinū atq; luxurie quosdam spiritus propheta cōmemorat. Spiritus inquiēs fornicationis decepit eos ⁊ fornicati sunt a deo suo. Nocturnos q̄z siue diurnos ac meridianos demones similiter scripturarum autoritas docet. De quoꝝ diuersitate plongum est si volumus oīa scripturarum volumina pscrutātes singillatim pcurrere: q̄ p pphetā onocentauri: q̄ pilosi: q̄ sirene: q̄ lamie: q̄ vlule: q̄ strutiones q̄ ericij designant: q̄ aspis: q̄ basiliscus in psalmo: q̄ leo: q̄ draco: quiue scorpius in euangelio nuncupetur: q̄ princeps mūdi hui⁹: q̄ rectores tenebrarum haꝝ q̄ spiritalia neq̄tie ab apostolo nominentur. Que vocabula non casu nec fortuitu indita illis debemus accipere: sed significatione istarum ferarum que apud nos vel minus noxie vel magis perniciose sunt: illorum: ferocitates rabiesq; distingui: ⁊ ex similitudine nequitie virulente seu principatus: quez istis inter ceteras feras siue serpentes quedā excellentia malicie sue confert: illos quoq; eoruz vocabulis nūcupari: vt scz alios q̄dē ob vehementiam furoris ⁊ rabiem ferocitatis sue p quā principatū inter ceteras spiritales nequitias obtinuit leonis appellationē. Alius basilisci ob illud mortiferum virus qd̄ priusq̄ sentiatur: interimit. Alius vero ob teporē malicie tue onocētauri aut ericij nomen strutionisve sortitus sit.

2. para. 18.

1. timo. 4.

Osee. 4.

Esa. 34.

¶ Interrogatio vnde differentia nequitiarum celestium tanta processerit. Capitulum. xxxiij.

Germanus. Nō quidez ambigimus illos quoq; ordines quos apostolus dinumerat ad istos referri: qz nō est nobis collutatio aduersus carnē ⁊ sanguinē: sed aduersus principat⁹: aduersus ptātes aduersus mūdi rectores tenebraꝝ harū: cōtra spiritalia nequitie in celestib⁹. Volumus tñ nosse vñ sit hecltāta inter eos differentia: vel quēadmodū tāte neq̄tie extiterint gradus. An ad hoc creati sint: vt hos ordines malicie sortirent: ⁊ quēadmodū huic nequitie militarēt.

Ephe. 6.

¶ Dilatio super absolutiōe proposite questionis. Capitulum. xxxiiij.

Serenus. Quamꝝ ꝓpositiones vestre totum tempꝰ
g nocturne quietis ita nostris furent obtutib⁹: vt appro-
pinquantis auroze nequaꝝ vicinia sentiam⁹: ꝛ vsq; ad
ortū solis insatiabiliter collationis huius verba conterere pro
nocemur: tñ qñ absolutio ꝓposite questionis cōcepit indagari
in quoddā amplissimū ac ꝓfundissimū nos educet pelag⁹ qstio
nū qō presentis hore brevitas nō finit trāsmeari: cōmodi⁹ reor
vt eam future noctis indagini reseruem⁹: quo ꝛ mihi sub hui⁹
questionis occasione de vestro pensiori colloquio leticia spiritu
lis ac fructus vberior conferat: ꝛ ꝓpositarū qstionū finus ꝑbē
te nobis spiritusancto ꝓsperos fiatus: liberius penetrare pos
simus. Quamobrem soporis modicū degustantes discutiam⁹
obrepentē oculis nostris vicina iā luce torporē: ac deinceps pa
riter ad ecclesiam ꝓcedētes: qñ hoc facere dominice diei solēni
tas cōmonet: reuersi post synaxim: ea q̄ domin⁹ ad instructionē
cōmunē ꝑ desiderio vso largit⁹ fuerit: duplicato gaudio ꝓferam⁹

¶ Explicit collatio prima abbatis serení de anime mobili
tate ꝛ spiritalibus nequitijs.

¶ Incipit annotatio capitulorum secūde collationis eiusdem senis de principatibus seu potestatibus.

Ca.j. De humanite abbatis serení.
ij Secunda ꝓpositio de diuersitate nequitiarū celestium:
iij Responsio de multiplici esca scripturarum sanctarum.
iiij De gemina ſnia sup intellectu scripturarū sanctarum.
v De eo q̄ ꝓposita questio inter illa q̄ media sunt tenenda
debeat accipi.
vj De eo q̄ nihil malū a deo creatum sit.
vij De initio principatuum seu potestatum.
viij De lapsu diaboli ꝛ angelorū.
ix Obiectio q̄ ruina diaboli ad deceptionē eue ꝓcipiā sum
x Responsio de initio lapsus diaboli. (pserit.
xj De eius qui decipit fine qui decipiē pena.
xij De cōstipatione demonum: ꝛ inquietudine quam in boc
aere semper exercent.
xiij De eo q̄ impugnationē quam erga homines impendunt:
etiam aduersum se commoueant.
xiiij Unde factum sit vt potestatum seu principatuū nomina
spiritalium nequitie sortirentur.
xv De eo q̄ non sine causa sanctis celestibusq; virtutibus an
gelorū sine archangelorū nomina sint indita.
xvj De subiectione demonum quam suis principibus ꝓbent
fratris visione perspecta.
xvij De eo q̄ singulis hominib⁹ duo semper angeli adhereāt.
xviij Differētia nequitie que aduersis spiritib⁹ inest: per duos
philosophos approbata.

xix De eo ꝙ demones nihil aduersus homines preualeāt: nisi eorum prius mentes obsederint.
xx Interrogatio de apostatis angelis qui in genesi cum filiabus hominum concubuisse dicuntur.
xxi Solutio proposite questionis.
xxij Obiectio quēadmodū generi seth cum filiabus cain prophana cōmixtio aū interdictū legis potuerit imputari.
xxiij Responsio ꝙ naturali lege ab initio homines iudicio seu pene fuerint obnoxij.
xxiiij Quod iuste puniti sunt hi qui ante diluuiū peccauerunt.
xxv De diabolo quod dicitur in euangelio quomodo intelligēdum sit Quia mendax est: ⁊ pater eius.

¶ Explicit annotatio capi.

¶ Incipit collatio secunda abbatis Sereni de principatibus seu potestatibus.

¶ De humanitate abbatis sereni. Capitulum. j.

Consummatis que diei solennitas exigebat: ⁊ ecclesie congregatione dimissa: reuersi ad cellaz senis: refecti primū lautissime sumus. Nam ꝓmurie q̄ supiecta olei gutta quotidiane refectioni solebat apponi: modicum liquaminis miscuit: ⁊ olei quiddā, solito ꝓpēsitus superfudit. Nā illā olei guttā ob hoc vnusquisq; quotidiane refectioni instillat: nō vt eius ex hoc guttur quandam percipiat suauitatem: quippe cuius tantus est modus: vt vix ipsi⁹ gutturis fauciumq; meatus non dicam vngere: sed pertransire sufficiat: sed vt hoc vsu iactantiā cordis q̄ ꝓ abstinētia districtore blande solet ac latenter irripere: ⁊ stimulos elationis obtūdat: que quanto occultius exercetur nulloq; hominū teste ꝑficitur: tanto subtilius occultatorem suum temptare non desinit. Deinde apposuit salē frictū: oliuas ternas quibus post hec suꝑintulit canistrum habens cicer frictum quod illi trogalia vocāt ex quibus quina tantum sumpsimus grana: mixaria bina: carycas singulas: hunc enim numerum in illa eremo quemq̄ excessisse culpabile est. Qua refectione transacta repromissam questionis absolutionem cum reposcere cepissemus ꝓferte inquit senex interrogationem vestram quam mature prolatam ad huius hore distuleramus indaginem.

¶ Secunda propositio de diuersitate nequitiarum celestium. Capitulum. ij.

Germanus. Uñ q̄uesum⁹ tanta varietas aduersariaꝝ potestatū cōtra hoīez ac diuersitas ista ꝓcesserit: quas btūs aplus ita dinumerat. Nō est nobis colluctatio aduersus carnē ⁊ sanguinē sed aduersus principatus ⁊ ptātes aduersus Eph. 6.

mūdi rectores tenebraꝝ harū: contra spiritalia nequitie in cele-
Ro.8. stibus. Et iterū. Neq; angeli: neq; principatus: neq; virtutes:
neq; creatura alia poterit nos separare a charitate dei que est in
christo iesu dño nro. Uñ ergo tanta malicie diuersitas emula no
bis emersit? An ad hoc ptātes istas a dño cōditas esse credendū
est: vt his cōtra hominē gradibus atq; ordinibus militarentur?

¶ Responsio de multiplici esca scripturarum sanctarum. Capitulum.iij.

Serenus. Diuinaꝝ scripturaꝝ auctoritas: de his in qui
bus nos voluit erudire: quedā tā lucide etiā his qui acu
men ingenij minus possidēt: euidenter effata est: vt non
solū nulla occultioris sensus obscuritate velentur: sed nec vllo
quidē patrocinio interpretatiōis indigeāt in superficie vocis ac
littere suos intellectus ac sentētias preferētia: quedā vero ita cō
fecta: ⁊ quibusdā obscurata mysterijs edidit: vt in eoꝝ discussio
ne ⁊ intellectu immēsum nobis exercitij campū ac sollicitudi-
nis reseruarēt. Quā rem multas ob causas deū dispēsasse mani
festū est: primū ne sacramenta diuina nullū habētia spiritalis in
tellectus velamen obductū: cunctis hominibus. i. tā fidelib⁹ q̄
ꝓphanis equali scientia ⁊ noticia paterēt: ⁊ per hoc inter iner
tes ac studiosos nulla esset virtutis prudētieq; distātia: tū vt ēt
inter ip̄os domesticos fidei dum intellectuū spacia corā eis im
mēsa tendunt: esset in quibus ⁊ desidiosoꝝ argueret ignauia: ⁊
diligētia studiosorum: ac puritas cordis eoꝝ mētisq; industria
ꝓbaret. Ideoq; satis ꝓprie scriptura diuina agro optimo ac fer
tili cōparat: qui cū multa gignat ac ꝓferat que ad hominū victū
sine aliqua ignis coctione ꝓficiāt: quedā nisi prius flāme calore
mitigata atq; mollita oēm asperitatē sue deposuerint crudita-
tis: vel incōgrua erūt vsibus humanis vel noxia. Nōnulla ve-
ro ita in vtrūq; apta nascunt: vt nec incocta sua cruditate displi
ceant vel offendāt: ⁊ tū ignis calore lenita salubriora reddant.
Plura q̄ ad escā tantummō irrationabiliū iumentoꝝ ⁊ anima
liū mitiū: vel feraꝝ seu volatiliū oriunt vsum: cibis hominū mi
nime ꝓfutura: que ēt in sua asperitate manētia absq; vlla ignis
cōfectione vitalē iumētis cōferūt saturitatē. Quā rōnē satis eui-
dēter aspicimus in hoc vberrimo spiritaliū scripturarū paradi
so cōtineri: in quo ita quedā significatione littere plana ac lucu
lēta resplēdent: vt cū sublimiore interpretatione nō egeāt: sim-
plici tm̄ littere sono abūde pascāt ac nutriāt audientes: vt est il
Deuter. 6. lud. Audi israel dñs deus tuus deus vnus est. Et Diliges dñm
Ibidem. deum tuū ex toto corde tuo: ⁊ ex tota anima tua: ⁊ ex tota virtu
te tua. Quedā aūt si allegorie explanatiōe extenuata nō fuerint
⁊ spiritalis ignis examinatione mollita: nullo mō ad saluta-
rē interioris hominis cibū sine corruptionis labe peruenient:
magisq; ex eoꝝ perceptione lesio q̄ vtilitas aliqua subsequatur

vt est illud. Sint lumbi vr̄i p̄cincti ⁊ lucerne ardētes. Et. Qui non hz gladiū vendat tunicā suā ⁊ emat sibi gladiū. Et. Qui nō accipit crucē suā ⁊ sequit̄ me: nō est me dignus. Qđ quidā districtissimi monachoꝝ: habētes quidē zelū dei sed nō ꝑm sciētiā simpliciter intelligētes: fecerūt sibi cruces ligneas: easq; iugiter humeris circunferētes: nō edificationē sed risum cunctis vidētib⁹ intulerūt. Nōnulla vero ad vtrāq; perceptionē: id est tā historicam q̄ allegoricā ita cōmoda sunt ac necessaria: vt vtraq; explanatio vitales anime succos impartiat̄: vt est illud. Si quis te percusserit in dextrā maxillā tuā prebe illi ⁊ alterā. Et. Cū persequunt̄ vos in ciuitate ista fugite in aliā. Et. Si vis ꝑfectus eē vade vēde omnia q̄ habes ⁊ da pauperib⁹ ⁊ habebis thesaurū in celo: ⁊ veni sequere me. Producit sane ⁊ fenū iumentis: quib⁹ pabulis oēs scripturarū repleti sunt cāpi: simplex. s. puraq; narratio historice lectionis: qua simpliciores quiq; ac minus capaces perfecte ⁊ integre rōnis: de quib⁹ dicit̄. Homines ⁊ iumēta saluabis dñe: ꝑm status ac mēsure sue conditionē ad opus tm̄ ⁊ laborem actualis vite vegetiores robustioresq; reddantur.

Luce. 12. Eiusdē. 22. Matthe. 10. Matthe. 5. Eiusdē. 10. Eiusdē. 19. Ps. 35.

¶ De gemina sentētia super intellectu scripturaruz sanctarum. Capitulum. iiij.

Quamobrē de his que aperta explanatione ꝓlata sunt: nos quoq; cōstanter possumus definire audēterq; nr̄am ꝓferre sententiā. Ea vero q̄ meditationi ⁊ exercitio nostro reseruās obtecta: sanctis scripturis spūs diuinus inseruit q̄busdā ea volens indicijs ⁊ opinionib⁹ colligi: ita pedetētim debēt cauteq; conferri: vt sit eoꝝ assertio seu cōfirmatio in disputātis vel suscipiētis arbitrio collocata. Nōnunq̄ eñ cū sup vnare diuersa promat̄ sentētia: neutra eaꝝ pōt absurda iudicari: et sine detrimēto fidei vel fixe vel medie suscipi. i. vt eis nec plena credulitas nec absoluta refutatio deputet̄: prioriq; sequēs opinio derogare nō debeat: cū quelibet eaꝝ fidei nō inueniatur obsistere: quale est illud q̄ helias venerit in ioanne: ⁊ iteꝝ sit ante aduentū xp̄i venturus: ⁊ de abominatione desolatiōis q̄ steterit in loco sancto per illud simulacrū iouis qđ hierosolymis in tēplo positū legimus: ⁊ iterū stare habeat in ecclesia per aduentū antichristi: illaq; omnia que in euangelio sequuntur que ⁊ impleta ante captiuitatem hierosolymorū: ⁊ in fine mundi istius intelliguntur implenda: e quibus neutra opinio impugnat aliaz nec sequentem prior intellectus euacuat.

¶ De eo q̄ proposita questio inter illa que media tenenda sunt: debeat accipi. Capitulum. v.

Et idcirco ꝓposita a nobis questio licet nō satis videatur nec frequēter inter homines vētilata nec apud plurimos pateat: ⁊ ex hocip̄o apud aliquos ea que profere

mus fortitan videant ambigua: ita debemus nras tpare fniam' qm fidei trinitatis nihil pindicāt: vt inter illa habeant q̄ medie sunt tenēda: quāq̄ nō tali opinioe q̄lis suspitiōib' iffirmi dicturis colligi solet: fz manifestis scripturarū testimonijs oia pprobent

De eo q̄ nihil a deo malum creatum sit. Capi. vj.

Sit ergo vt deū quicq̄ creasse cōfiteamur qō subtātialiter malū sit: dicente scriptura. Omnia q̄ fecit deus bona sunt valde. Si effa deo tales isti creati sunt vel ad hoc facti: vt hos malitie gradus teneāt: ac semp deceptionib' t ruinis hominū vacēt: cōtra p̄dicte scripture sententiā infamabimus deū velut creatorē atq̄ inuentorē malorū: qō fz pessimas voluntates ac naturas ipe cōdiderit: ad hoc eas creās: vt semp in nequitia perseuerātes nunq̄ trāfire possint in bone voluntatis affectū. Non effi quis firas atq̄ immobiles naturitatis seu nature sue cōditiones qualibet industria poterit immutare: nec vllo mō valebit nō esse qō natus est: quēadmodū ne nos quidē cōditionē mortis euadere: qui ob ade pctm mortales nascimur: neq̄ angeli mortales effici: q̄ ita creati sunt vt mori nō possint. Hāc igitur rationez diuersitatis huius: traditione patrū de sanctarum scripturarū fonte percepimus.

De initio pncipatuū seu potestatū. Cap. vij.

Ntre cōditionē huius visibilis creature spiritales celestesq̄ virtutes deū fecisse (que p hoc pcipo q̄ scirēt se ad tā tā beatitudinis gloriā bñficio creatoris ex nihilo fuisse pductas: ppetuas ei gratias referētes: indefinenter eius laudibus inhererēt) nemo fidelis dubitat. Nec effi existimare debem' creationis t offich sui pncipia ab hui' mūdi cōstitutiōe deū primitus inchoasse: quasi in illis anterioribq̄ atq̄ innumeris seculis: ab omni pidentia t dispēsatione diuina fuerit otiosus: ac nō bfis in quos bonitatis sue exerceret bficia: solus extiterit: atq̄ ab omni solita pstandi munificētia fuerit alienus: qō de illa immēsa ac fine pncipio t incōprehēsibili maiestate: satis bumile est incōgrūq̄ sentire: ipso dño de illis potestatib' hec dicente. Qñ facta sunt simul sydera: laudauerūt me voce magna oēs boni angeli mei. Qui ergo interfuit creatiōi syderum: ante istud pncipiū in quo factū ē celū t terra: creati fuisse manifestissime cōprobant: quippe q̄ p istis omnib' visibilib' creaturis videntes eas ex nihilo pcessisse: creatorē magna voce describunt t admiratione laudasse. Ante istud ergo tēporale pncipiū qō a moyse ponit: quodq̄ mūdo huic fm hist orē fm immo indaicū sensum coetū esse describit: saluo fz nostro sensu quo nos interpretamur omniū rerū christū esse pncipiū: in quo oia creauerit pater: fm illud. Oia per ipsum facta sunt: t sine ipso factū est nihil. Ñ istud in̄p geneseos tpale pncipiū: oēs illas potestates celestesq̄ virtutes deū creasse nō dubiū est. Quas aptas per ordinē diu-

Gen. j.

Joha. j.

merās ita describit. Q2 in ꝓpo creata sunt oia: siue ꝯ in celis sū ne que in terra sunt: visibilia ⁊ invisibilia: sive angeli: sive thro ni: sive dominationes sive principatus sive potestates. Coloss. i.

De lapsu diaboli ⁊ angelorum. Capitulū.viij.

Eistoꝝ ita ꝙ numero nonnullos principes fuisse colla ꝙ psos: lamēratio Ezechielis sive Esaie manifestissime do cet: in quib⁹ ꝑncipē tyri aut illā inciferū q̄ mane oriebatur: flebili planctu ab eis cognoscimus lamētari. Et de illo qui dē ita dns ad Ezechiel. Fili hominis leua planctū sup principē tyri: ⁊ dices ei. Hec dicit dns de⁹. Tu signaculū similitudinis: ple nus sapiēria: pfect⁹ decore: i deliciis paradisi dei fuisti. Omis lapis pciosus operimētū tuū: sardius: topasius ⁊ iaspis: chrisolithus ⁊ onyx: ⁊ berillus: sappbyrus: ⁊ carbunculus ⁊ smaragdus. Aurū opus decoris tui: ⁊ foramina tua in die qua cōditus es ꝑpara ta sunt. Tu cherub extent⁹ ⁊ ptegens: ⁊ posui te in monte sctō dei in medio lapidū ignitoꝝ: ambulasti pfect⁹ in vijs tuis a die cōditionis tue: donec inuēta est iniquitas in te. In multitudine negociatiōis tue repleta sunt interiora tua iniquitate ⁊ peccasti: ⁊ eieci te de monte dei: ⁊ pdidi te o cherub protegens in medio la pidū ignitoꝝ. Elevatū est cor tuū in decore tuo: pdidisti sapiēriā tuā a decore tuo: in terrā pieci te: ante faciē regū dedi te: vt cer nerēt te in multitudine iniquitatū tuarū: ⁊ iniquitate negociatio nis tue polluisti sanctificationē tuā. Esaias quoꝙ de alio. Quō cecidisti de celo lucifer q̄ mane oriebaris? Corruisti in terrā qui vulnerabas gentes: q̄ dicebas in corde tuo. In celū cōscendā: su per astra dei exaltabo solium meū: sedebo in monte testamēti in la teribꝰ aquilonis: ascēdā sup altitudinē nubiū: ⁊ ero similis al tissimo. Quos tñ nonnullos ex illa beatissima statione ruisse scri ptura cōmemorat: dicēs. Tertiā partē stellaꝝ draconē illā secuꝝ pariter pertraxisse. Unus q̄ apl⁹ euidētius dicit. Angelos ve ro qui nō seruauerūt suā principatū sed dereliquerūt domicilium suū: in iudiciū magni diei vinculis eternis sub caligine seruauit. Illud etiā qō ad nos dz. Vos aūt sicut homines moriemini: ⁊ si cut vnus de ꝑncipib⁹ cadetis: q̄d aliud q̄ multos de ꝑncipib⁹ cecidisse significat? Quib⁹ indicijs hec rō dinersitatis hui⁹ colli git: das differētias ordinū quas instar sanctaꝝ celestiūq̄ virtu tū: aduerse potestates bñe dicunt: vel ex illius anteriozis ordi nis gradu in quo vnaquēq̄ cerata fuerat nāc ēt retētare: vel cer te de celestib⁹ denolutas ad similitudinē illaꝝ virtutū q̄ ibidē pse nerāt: ꝓ negligicie sue merito in qua in malū vnaquēq̄ pfecit bos inter se gradus seu ordinū vocabula in parte cōtraria vēdicasse. Esa. 14. Lu. 10. Iude.

Obiectio q̄ ruina diaboli a deceptione eue ꝑncipium sumpserit. Capitulū.ix.

Ermanus. Nos hactenus credebamus cām initiūq̄ ruine seu prevaricationis diabolice: qua de angelica sta

tione deiectus est: inuidiam extitisse: quando adam duntaxat ⁊ euam liuida calliditate decepit.

¶ Responsio de initio lapsus diaboli. Cap̄.x.

Serenus. Non esse istud initiū preuaricationis illius seu deiectionis: geneseos lectio manifestat: q̄ ante illoꝝ deceptionē serpētini nominis eū nota inussit: ita dicens:

Gene.iij. Serpēs aūt erat sapientior siue vt hebraici exprimūt libri: callidior cunctis bestijs terre q̄s fecit dn̄s deus. Intelligitis ergo q̄ ante illā circūuentionē primi hominis de angelica discesserat sanctitate: ita vt non solū nominis huius insigniri mereret̄ infamia: sed etiā in nequicie terginersatione ceteris preferret̄ bestijs terre. Nō enim tali vocabulo scriptura bonū angelum designasset: nec de his qui in illa beatitudine ꝑseuerāt diceret. Serpens aūt erat sapientior omnibus bestijs terre. Nā hoc cognomen non solū gabrieli siue michaeli nullo mō posset aptari: sed ne bono quidē cuiq̄ homini cōueniret. Apertissime litaq̄ ⁊ serpētis vocabulū: ⁊ comparatio bestiarū: non sonat angeli dignitatē: sed preuaricatoris infamiaz. Deniq̄ liuoris ac seductionis materia q̄ vt hoīem deciperet instigat⁹ est: de anterioris ruine extitit causa: qd̄ scz de limo terre nuperrime figuratū ad illā eū gloriā cerneret euocādū: vn̄ cū esset vnus de principibus se meminerat corruisse. Et idcirco priorē eius lapsum quo supbiēdo corruerat: quo etiā serpens meruerat nūcupari, secunda ruina ꝑ inuidiā subsecuta est: ꝑ quā inueniens eū adhuc aliquid in sese erectū habētē: ita vt etiā cuiusdā colloquij atq̄ cōsilij cū homie haberet cōsortiū: sentētia dn̄i vtilissime eū in ima deiecit: vt nō iam sicut ante sublime aliquid intuēs incederet: sed vt solo coherens reperet potius: ⁊ hūiliatus sup ventrē terrenis vitiorū escis ⁊ opibus pasceret̄: occultū deinceps publicans inimicū ac ponēs inter ipsum ⁊ hoīem vtiles inimicitias salutarēq̄ discordiā: vt dū cauet̄ tanq̄ hostis noxius: amicitijs fraudulētis vlterius homini nocere non posset.

¶ De eius q̄ decipit siue decipitur pena. Cap̄.xj.

In quo tn̄ ⁊ illud nos precipue debet instruere: vt a malis cōsilijs declinemus. qd̄ licet deceptionis auctor congrua pena ⁊ cōdēnatione plectat̄: ne ille quidē q̄ seducit̄ supplicio careat: licet aliquātulo leuiore q̄ ille qui auctor deceptionis extiterit. Qd̄ hic expressum plenissime cernimus. Adā namq̄ qui seductus est (immo vt apostoli verbis eloquar) qui

s.Timo.ij. seductus nō est: sed seducte acquiescens: in exitialē videt̄ accessisse cōsensum: sudore vult⁹ ac labore tantūmō cōdemnat̄: q̄ tn̄ illi nō per suā sed ꝑ terre maledictionez sterilitatēq̄ decernitur. Mulier vero q̄ huius rei ꝑsuasor extitit multiplicationē gemitū ac doloꝝ atq̄ tristicie ꝓmeret̄: perpetuo pariter iugo subiectionis addicta. Serpēs aūt q̄ primus incētor hui⁹ offense est.

perenni maledictione mulctat̃. Quamobrez summa sollicitudine ⁊ circũspectione cauendũ est a cõsilijs prauis: qꝛ sicut auctorẽ puniũt: ita deceptum nec peccãto faciunt carere nec pena.

¶ De constipatione demonũ ⁊ inquietudine quã in hoc aere semꝑ exercent. Capitulum.xij.

t Anta vero spirituũ dẽsitate cõstipat⁹ est aer iste q̃ inter celũ terrãq; diffundit̃: in quo nõ quieti nec ociosi versantur: vt satis vtilr ab hũanis aspectibus eos prouidentia diuina abscõderit atq; subtraxerit. Nã non solũ terrore concursus eoꝝ vel horrore vultuũ in quo se pro volũtate sua cũ libitũ fuerit trasformant atq; cõuertũt: intolerabili formidine homines cõsternarent̃: nequaq̃ valentes hec carnalib⁹ oculis intueri: sed etiã in ampliorẽ nequicie modũ: quotidiano iugiq; eorum exẽplo ⁊ imitatione succensa gẽs hũana proficeret: ⁊ ꝑ hoc inter hoĩes ⁊ immũdas atq; aereas potestates fieret noxia quedam familiaritas atq; ꝑniciosa cõiunctio: dũ hec flagicia q̃ cuz inter homĩes admittunt̃: vel parietũ septis vl̃ locoꝝ interuallo ⁊ quadã verecundie confusione celant̃: apta visione iugiter intẽdẽtes: ad maiorẽ furoris incitarent̃ insaniã: nulla scz interueniẽte quiete: q̃ ab istis scelerib⁹ eos cernerẽt desinẽtes: quippe quos nulla lassitudo carnalis seu occupatio familiaris: ac distẽtio quotidiani victus quẽadmodũ nos acceptis intentionibus etiam inuitissimos nonnumq̃ cessare compellunt.

¶ De eo ꝙ impugnationem quã erga hoĩes impendũt etiã aduersum se cõmoueant. Capitulum.xiij.

b As nãq; impugnationes quib⁹ hoĩes impetũt: nequaq̃ eos a flagitioꝝ crimine ꝑurgere cessantes: etiã contra se inuicẽ ipsos affectare certissimũ est. Nã discordias atq; cõflictus suꝑ nõnullis gẽtib⁹ pro quadã sibi nequicie vernacula familiaritate susceptis. indefesso certamine similiter exercere nõ desinũt. Qđ ẽt in visione danielis ꝓphete manifestissime legimus figuratũ: angelo gabriele ita narrante. Noli timere daniel: qꝛ ex die primo quo posuisti cor tuũ ad intelligẽdũ vt te affligeres in cõspectu dei tui: exaudita sunt verba tua: ⁊ ego veni propter sermones tuos. Princeps aũt regni ꝑsarũ restitit mihi viginti ⁊ vno dieb⁹: ⁊ ecce michael vnus de principib⁹ primis venit in adiutoriũ meũ: ⁊ ego remansi ibi iuxta regẽ persarum. Veni autẽ vt docerẽ te q̃ ventura sunt populo tuo in nouissimis diebus. Quẽ principẽ regni persaꝝ aduersariam potestatẽ esse que fauebat genti persaꝝ inimicanti populo dei minime dubitandũ est: quiq; ad impediendã vtilitatẽ quã videbat per absolutionẽ questionis: pro q̃ propheta dominũ exorauerat: ab archangelo ministrandã: liuens semetip̃m obijcere festinauit: ne ocius ad danielẽ salutaris angeli cõsolatio ꝑuolãs: dei q̃ popu

Dañ.x.

lum cui gabriel archangelus preerat confortaret. Qui tñ dicit ne tūc q̄dē ob impugnationis illius vehemētiā se facere potuisse: sed ab eodē adhuc fuisse detinēdū: nisi in adiutorium sibi michael archangelus aduenisset: qui occurēs principi regni persarum seseq; cōflictui eius interserēs ⁊ opponēs: eūq; ab ipius impugnatione subripiēs: ad instructionē prophete post vicesimū ⁊ vnū diē cōmeare fecisset. Et post pauca. Et ait inq̄t angelus.

Dan. x. Nūquid scis q̄re venerim ad te? Et nunc reuertar vt prelier aduersus principē persarū. Cū enim ego egrederer apparuit princeps grecorū veniēs. Ueruntñ annunciabo tibi qd̄ expressuz est in scriptura veritatis. Et nemo est adiutor meus in his oībus nisi

Eius. xii. michael princeps vester. Et iterū. In tpe illo consurget michael princeps magnus q̄ stat pro filijs populi tui: Legimus ergo grecorū q̄z principē filr̄ aliū nuncupari: qui vtiq; fauēs gēti sibi subdite tā populo israeli q̄ nationi persarū erat aduersus. Ex quo liquido peruidet q̄ discordias gentiū ⁊ conflictus atq; simultates q̄s inter se istis instigantibus gerūt: etiā contra se aduerse exerceant potestates: ⁊ illarū vel gaudere eas victoria vel diminutione tristari: ⁊ ob hoc nō posse illas inter se quietas aut cōcordes existere: dum vnusquisq; pro his quibus preest cōtra alterius gentis presulem inquieta semper emulatione cōtendit.

¶ Unde factū sit vt potestatū seu principatū nomina spiritaliū nequitie sortirentur. Capitulum. xiiij.

Nos ergo preter illas quas supius exposuimus opiniones etiā idcirco dici principatus vel potestates euidēti possumus rōe colligere: q̄. s. vel diuersis gentibus dominent ac presint: vel certe q̄ in inferiores spūs atq; demonia: de quibus etiā euāgelia legiones esse propria ipōrū cōfessione testant: queq; spiritalia neq̄cie ab apl̄o nūcupant: suos exerceāt principatus. Nō essent dñationes dici pñt: nisi habeant in quos suas dñationes exerceāt: nec potestates aut principatus vocari queūt nisi fuerint in quos potestates aut principatus suos agāt. Qd̄ etiā in euāgelio designari calūniātibus phariseis manifestissime

Mat. xii. repimus. In beelzebub principe demoniorū hic eijcit demones. Nā ⁊ rectores tenebrarū legimus appellari: ⁊ aliū mūdi huius principē nūcupari. Quos tñ gradus btūs apl̄us in futurū cū oīa

i. Cor. xv. xp̄o fuerint subiecta asserit euacuandos. Cū tradiderit inquiēs regnū deo ⁊ patri: cū euacuauerit oēm principatū potestatem ⁊ dominationē: quod vtiq; non aliter fiet nisi fuerint de ipsorum ditione sublati: in quibus in hoc seculo potestates seu dominationes vel principatus agere cognoscuntur.

¶ De eo q̄ non sine causa sanctis celestibusq; virtutibus angelorū siue archangelorū nomina sint indita. Capitulum. xv.

h Tim qz in bonā partē bonꝝ ordinū vocabula non sine ratione cauſave sint indita: sed officioꝝ vel meritoꝝ seu dignitatū sint nomia: nulli dubiū est. Etenim de officio nūciādi angelos: id est nūcios appellari manifestū est: t archangelos q ipſis angelis pręsint: nomīs ipſius proprietas docet: ōnationes etiā ab eo q quibuſdā dominent: principat' q q ba beant quoꝝ sint principes atq; priores: t. sedes q ita. s. deo cohereāt t domestice sint ei ac familiares: vt in ipſis velut in quadā sede diuina maiestas peculiarius requiescat: t quodāmō sit in eis firmius reclinata.

De subiectione demonū quā suis principib⁹ prębent fratris visione perspecta. Capitulum. xvj.

i Egi aūt dos immūdos spūs a neḡoziꝭ ⁹ potestatib⁹ eis q subditos esse: pręter illa scripturaꝝ testimonia que in euangelīs q calūniantib⁹ pharisęis oīi legim⁹ respon Mat. xij. sione descripta. Si ego in beelzebub principe demonoꝝ ejcio demones: et perspicue visiones t experimēta scioꝝ multa nos edocēt. Nā cū vnus et fratribus nris in hac solitudine iter ageret: adnespascēte iam die tēpū quoddā repiens: ibidē subsistit: vesptinā volēs in eo synaxim celebrare. Ubi dū psalmos ex more decātat: tēp⁹ medie noctis excesit. Cūq; finita solēnitate recessem⁹ lassum corpus paululū resedisset: repente cepit caternas demonū vndiq; in vnā cōfluentiū innumerabiles intueri: q infinita constipatione ac delectione longissima procedentes: alie prębant principē suū: alie suo agmine sequebant. Qui tādē ali qñ t magnitudine pcelsior cūctis t aspectu terribilior: turmis infinitis circūsept⁹ aduenit: ac posito solio cū in tribunali quodā sublimissimo cōsedisset: vnusquisq; actus diligēti cepit examinatione discutere illoſq; q necdū se circūuenire, emulos suos potuisse dicebāt: velut inertes ignauosq; ac cōspectu suo cū nota t iniuria summa iubebat expelli: spacia tēporis tantū: t opinanter ab eis expēsum cū fremitu t indignatione furoris exprobrans: illos vero qui se nunciabāt cōsignatos sibimet decepisse summis laudibus cū exultatione ac fauore cunctoꝝ velut victores palmis remuneratos acredimitos sertis: vtq; fortissimos bellatores ad; exēplū cunctoꝝ: gloriosissimos coram omnibus emittebat. In quoꝝ numero, cū quidā nequissim⁹ spiritus. vtpote quēdā triūphū sublimissimū delaturus lętioꝝ aduenisset nomē monachi optime cogniti designauit: asserēs se post quindecim annos quibus eū ingēter obsedisset: tādē aliqū pręualuisse vt eū eadē ipſa nocte ruina fornicationis elideret: nā cū quadam sacra puella nō solū impulisse vt stupri crimē incurreret: dicebat: sed et p simulasse vt eā vpterno sibimet iure cōiugij retētaret. Super cuius hac prosecutione cū immane cūctoꝝ gaudiū fuisset exortū: symmis a principe tenebraꝝ laudib⁹ iste pręlat⁹: ma

gnisq; p̄conijs coronatus abscessit. Aurora itaq; superueniente cū oīs hec ab oculis euanuisset demonū multitudo: dubitās frater de assertione spiritus immundi: magisq; id ratus qđ inolita cōsuetudinis sue fallacia sibi voluisset illudere: ⁊ innocenti fratri inurere crimē incesti: memor euāgelice sententie: ꝙ In veritate nō stetit: qꝛ nōē veritas in eo. Cū loq̄t: mēdaciū de ꝓprijs loquit̄ qꝛ mēdax est ⁊ pater ei⁹. Pelusiū petijt: vbi illū quē spūs immūdus asseruit esse deiectū nouerat cōmanere. Erat siq̄dē illi etiā notissim⁹ frater. Quē cū req̄sisset: repperit ꝙ eadē nocte, q̄ deterrimus ille demō ruinā eius sue cohorti vel principi nūciauerat: monasterio pristino derelicto vicū petisset: ⁊ cum designata puella fuisset lapsu miserabi deuolutus.

Joan. 8.

¶ De eo ꝙ singulis hominibus duo semꝑ angeli adhereant. Capitulum. xvij.

Nam qđ vnicuiq; nostrū duo cohereant angeli: id est bonus ⁊ malus scriptura testat̄. De bonis quidē saluator Ne cōtemnatis inquiens vnū ex pusillis istis: dico eñ vobis ꝙ angeli eorum in celis semꝑ vident faciē patris mei qui in celis est. Illud quoq;. Immittet angelus dñi in circuitu timētiū eū ⁊ eripiet eos. Necnon etiā qđ in actibus apl̄oꝝ de Petro dicit̄. Quia angelus eius est. De vtrisq; vero liber pastoris plenissime docet. Si aūt cōsideremus ⁊ illū qui beatū iob expetijt aptissime instruemur illū fuisse qui semꝑ insidiatus ei: nunq̄ eū ad peccatū potuerit incitare: ⁊ idcirco potestatē a dño poposcisse: velut qui nō virtute illius sed dñi defensione qui illū semper protexerit vinceret̄. De iuda quoq; dicit̄. Et diabolus stet a dextris eius.

Math. 18.
Ps. 33.
Act. 12.
Ps. 108.

¶ Differentia nequicie que aduersis spiritibus inest: ꝑ duos philosophos approbata. Capitulum. xviij.

De differētijs sane demonū etiā ꝑ illos duos phos qui quōdam magicis artib⁹: vel inertiā eorū vel fortitudinem seuāq; nequiciā fuerant frequēter experti: multū cognitionis accepimus. Hi aūt despiciētes beatū Antoniū velut christianū hoīem ⁊ imperitū ac sine litteris: volentesq; eum (etsi nihil amplius ledere potuissent) saltē de cella sua magicis p̄stigijs ⁊ circū uētione demonū ꝑturbare: spūs ei nequissimos immiserūt ad impugnationē: morsu liuoris) adducti eo ꝙ maxime hominū turbe ad eū quotidie cōuenirent. Cūq; illo nūc quidem imprimente pectori suo frontiq; signaculū crucis: nūc vero ad orationē suppliciter incubante ne approximare quidē dirissimi demones eidē prorsus auderent: atq; ad eos qui illos direxerant absq; vllo reuerterent̄ effectu: ⁊ alios illi in nequicia vehemētiores rursus immitterent: itidēq; ipsis incassum suas expendētibus vires atq; inaniter redeūtib⁹: potentiores nihi-

hominus aduersus militē christi victorē iterū destinati nihil penitus preualerent: eo profecerūt tales tanteq; eorum insidie tota magica arte quesite: vt ꝑ hec euidētissime comprobarent magnā ꝓfessioni christianorū inesse virtutē: quibus ille tā seue tāq; potētes vmbre quas estimabāt solē lunāq; si ad eas directe fuissent obducere potuisse: hunc nō solū nihil ledere: sed ne ad punctum quidē de monasterio suo valuerint perturbare.

¶ De eo ꝙ demones nihil aduersus hoīes p̄ualeant nisi obsederint eorū prius mentes. Capitulum.xix.

e Unq; ꝓ hac admiratione cōfestim venientes ad abbatē. Antoniū: impugnationū suarū magnitudinē: ⁊ causas atq; insidias patefecissent liuoris occulti: christianos se fieri ꝓtinus poposcerūt. Recurso aūt die vel tpe: asseruit se beatus Antonius amarissimis cogitationū stimulis tūc fuisse pulsatū. Quo experimēto sententiā nostrā quā hesterno die in collatiōe ꝓtulim⁹ ꝓbauit ac definiuit beat⁹ Antonius nulla tenus demonē posse mentē cuiusq̄ vel corpus inuadere: nec hr̄e facultatē in cuiuslibet aīam penitus irruendi: nisi eā ꝑmo destituerit oībus cogitationibus sanctis: ac spiritali cōtēplatione vacuā nudāq; reddiderit. Sciendū tñ duobus modis spūs immūdos hominibus obedire. Aut eñ sanctitati fideliū diuina gr̄a ac virtute subdunt̄: aut sacrificijs impioꝝ: seu q̄busdā carminib⁹ deliniti velut familiaribus suis obtēperāt. Qua opinione pharisei quoq; decepti: arbitrati sunt etiā dñm saluatorē hac arte demonijs impasse: dicētes. In beelzebub principe demoniorū hic eijcit demones: ꝟm illā scz cōsuetudinē qua norant suos magos vel maleficos ꝑ inuocationē nominis illius ac ritum sacrificiorū quo eū delectari ⁊ gaudere cognoscūt: velut domesticos eius effectos habere etiā in demones ei subditos potestatem. Matt.12.

¶ Interrogatio de apostatis angelis qui in genesicū filiabus hominū cōcubuisse dicuntur. Capitulū.xx.

g Ermanus. Quia geneseos lectio paulo ante mediū dei dispensatione prolata est: q̄ nos oportune cōmonuit vt id qđ semp̄ discere cupiebamus: nūc possimus congrue sciscitari: q̄d etiā de illis apostatis angelis sentiendū sit optamus agnoscere: qui se cū filiabus hominū miscuisse dicunt̄: vtꝝ hoc possit spiritali nature ꝟm litterā cōuenire. Illud quoq; euāgeliste testimoniū qđ de diabolo paulo ante dixisti: qꝛ mēdax est ⁊ pr̄ eius. Similiter desideramus audire qui nam eius pater intelligēdus sit. Joan.8.

¶ Solutio proposite questionis. Capitulū.xxj.

s Erenus. Duas q̄stiones nō mediocres pariter ꝓposuistis: de quibus quantū possum eodē quo ꝓposuistis ordine respondebo. Nullo mō credendū est spiritales na-

turas coire cū feminis carnaliter posse. Qd̄ si aliqñ hoc ꝑm litte
rā fieri potuisset: quō nūc quoq; vel frequēter vel raro idipsum
non euenire cōtingeret: ⁊ absq; semine vel coitu viri aliquos na
sci similiter de mulieribus conceptu demonum cerneremus: cū
presertim constet eos libidinum sordibus admodum delectari:
quas proculdubio per semetipsos exercere plusq̄ ꝑ hoīes mal-
Eccs. 1. lent: si illud vllo mō potuisset impleri. Ecclesiaste quoq; idipsuꝫ
ꝓnunciāte. Quid est qd̄ fuit: idipsum qd̄ est: ⁊ q̄d est qd̄ factum
est: idipsum qd̄ fiet: ⁊ nō est oē recēs sub sole qd̄ loquat̄ ⁊ dicat.
Ecce hoc nouū est: iā fuerūt in seculis q̄ fuerūt añ nos. Sed ita
questio historie huius absoluit̄. Post necē abel iusti: ne a fratri-
cida ⁊ impio oē hoīm genus exordiū sumeret: in locū fratris ex-
tincti nascit̄ seth: q̄ nō solū posteritati: sed etiā fraterne pietati
succederet. Cui⁹ ꝓgenies secuta patris iusticiā: a societate ⁊ cō
iūctiōe cognatiōis illi⁹ q̄ ex cain sacrilego descēdebat: semꝑ di
Gen. 5. uisa ꝑmansit: sicut etiā genealogie descriptio manifeste declarat
ita dicēs. Adā genuit seth: seth genuit enos. Enos genuit cainā
cainan aūt genuit malalehel. Malalehel aūt genuit iareth. Ia-
reth aūt genuit enoch: Enoch aūt genuit matusalē: Matusalē ge
nuit lamech: Lamech genuit noe. Item genealogia cain ita diui
sa describit̄: Cain genuit enoch: Enoc genuit irath: Irath ge-
nuit maniahel: Maniahel genuit matusahel: Matusahel genuit
lamech: Lamech genuit tubal: Itaq; illa generatio que de seth
iusti propagine descendebat: sue linee iugiter ⁊ agnationi ꝑmi-
xta: in patris atq; attaui sanctitate longa etate durauit: nequa-
q̄ scz sacrilegijs ac malicia nequissime prolis infecta: q̄ in semet
impietatis germen velut attaui traditione retinebat insertū. Do
nec ergo ꝑseuerauit inter illos generationis eorū ista discretio
semē illud seth vtpote de optima radice ꝓcedēs: ꝓ merito san-
ctitatis tam sue q̄ patrū angeli dei: siue vt diuersa exēplaria cō
tinent: filij dei vocati sunt: ⁊ ecōtrario illi ꝓpter impietatē vel
suam vel patrū suorū ⁊ opera terrena: filij hominum nuncupā-
tur. Cum esset ergo inter ipsos vsq; ad illud tempus hec vtilis
bonaq; diuisio: videntes post hec filij seth qui filij dei erant: fi-
Gen. 6. lias eorum qui de cain progenie nascebātur: desiderio pulchri-
tudinis earum accensi: acceperūt sibimet de ipsis vxores: que
viris suis infundentes nequitias patrū suorū: ab illa eos inge-
nita sanctitate ac simplicitate paterna ꝓtinus corruperūt. Ad
Ps. 81. quos satis cōgrue directū est illud eloquiū: Ego dixi dij estis et
filij excelsi omnes. Uos autem sicut homies moriemini: ⁊ sicut
vnus de principib⁹ cadetis. Quiq; ab illa vera phisice phie di-
sciplina tradita sibi a maioribus exciderūt: quā primus hō ille
q̄ vniuersarū naturarū institutionē euestigio subsecutus est: po
tuit euidēter attingere: suisq; posteris certa rōne transmittere:
Quippe q̄ mūdi ipsius infantiā adhuc tenerā ⁊ quodāmō pal-
pitantem rudēq; conspexerat: ⁊ in quem tanta est nō solum sa-

pientie plenitudo: sed etiam gratia prophetie: diuina illa insuf-
flatione trāsfusa: vt vniuersis animantibus nomina rudis ad-
huc mūdi huius habitator imponeret: ac nō solū omnigenū be
stiarum atq; serpentum furores virusq; discerneret: sed etiam
virtutes herbarū arborum quoq; lapidūq; naturas ac temporū
necdū expertorū vicissitudines partiret: ita poterat efficaciter
dicere. Dominus dedit mihi bonorum horum que sunt scientiā Sap. 7.
veram: vt sciā dispositiones orbis terraꝝ: ⁊ virtutes elemento-
rum: initium ⁊ cōsummationē ⁊ medietatē temporꝝ: annoꝝ cur-
sus ⁊ stellarū dispositiones: vim spiritūū: ⁊ cogitationes homi
nū: differentias arborū ⁊ virtutes radicū: ⁊ que sunt abscondita
⁊ improuisa cognoui: Hanc ergo scientiā omniū naturarū ꝑ suc
cessiones generationū semē seth paterna traditione inscipiens
donec diuisum a sacrilega ꝓpagine ꝑdurauit: quēadmodū san-
cte ꝑceperat: ita etiā vel ad dei cultū: vel ad vtilitatē vite cōmu-
nis exercuit. Cū vero fuisset impie generationi ꝑmixtū: ad res
ꝓphanas ac noxias q̄ pie dedicerat instinctu quidē demonū di-
riuauit: curiosasq; ex ea maleficiorū artes atq; p̄stigias ac ma-
gicas suꝑstitiones audacter instituit: docēs posteros suos vt sa
cra illa cultura, diuini noīs derelicta: vel elemēta hec vel ignē vel
aereos demones venerarent ⁊ colerent. Hec igit quā diximus
curiosarū rerū noticia quō diluuio nō perierit: ac suꝑuenienti-
bus seculis innotuerit: lz hoc minime absolutio proposite que-
stionis exposcat: tñ qꝛ nos occasio huius expositiōis admonuit
ꝑstringendū breuiter puto. Quantū itaq; antique traditiōes fe
rūt: cham filius noe qui suꝑstitionibus istis ⁊ sacrilegis fuit ar
tibus ac ꝓphanis infectus: sciens nullū se posse super his me-
morialē librū in arcā prorsus inferre: in q̄ erat vna cū patre iu-
sto ac sanctis fratribus ingressurus: scelestas artes ac ꝓphana
cōmenta diuersorū metallorū laminis: q̄ scz aquarū nō corrum
perent iniuria: ⁊ durissimis lapidibus insculpsit. Que diluuio
ꝑacto eadē qua illa celauerat curiositate ꝑquirēs: sacrilegiorū ac
perpetue nequicie seminariū trāsmisit in posteros. Hac itaq; rō
ne illa opinio vulgi qua credūt angelos vel maleficia: vel diuer
sas artes hoībus tradidisse: in veritate cōpleta est. De illis ergo
quēadmodū diximꝰ filijs seth ⁊ filiabus cain nequiores filij ꝓ-
creati sunt: qui fuerunt robustissimi venatores: violentissimi ac
truculentissimi viri: qui pro enormitate corporum vel crudeli-
tatis ac malicie gigantes nuncupati sunt. Hi namq; fines inua
dere: ac rapinas inter homines agere primi ceperunt: preda po
tius exigere vitam suam q̄ sudore operis sui ac labore conten-
ti. Et quorum vsq; adeo scelera supercreuerat: vt nisi inunda-
tione diluuij alias mundus expiari non posset. Ita ergo filijs
seth libidinis instigatione transgressis illud mandatum quod
ab exordio mundi huius naturali instinctu diutissime fuerat cu
stoditū: necesse fuerat ꝑ litterā legis postea reꝑari. Filiā tuā nō Deut. 7.

dabis filio eius vxorē: ne de filiabus eorū accipies filio tuo: q̄z seducēt corda vestra vt discedatis a deo vestro ⁊ seq̄mini deos earum ac seruiatis eis.

¶ Obiectio quemadmodum generi seth cum filiab⁹ cain prophana commixtio ante interdictum legis potuerit imputari. Capitulum.xxij.

Germanus. Merito potuisset illis ex hac p̄sumptiōe vel nouitate cōiugij crimē trāsgressionis ascribi: si data fuisset illis ista p̄ceptio. At cū reiunctionis istius obseruātia: necdū aliqua fuisset constitutione prefixa quēadmodū illis permixtio generis ad noxam debuit imputari que nullo fuerat interdicta mādato. Lex enim non preterita solet crimina sed futura damnare.

¶ Responsio ꝙ naturali legi ab initio hoīes iudicio seu pene fuerunt obnoxij. Capitulum.xxiij.

Serenus. Deus hominem creās omnē naturaliter ei sciētiam legis inseruit: que si fuisset ab homine ꝑm ꝓpositū dñi vt cepat custodita: nō vtiq̄ necessariuz fuisset aliam dari q̄ per litterā postea ꝓmulgata est. Erat eñ sup̄fluū extrinsecus offerri remediū: qđ adhuc intrinsecus tenebat̄ infertum Sed q̄z hec vt diximꝰ corrūpi cepit libertate vsuq̄ peccādi: velut huius exactor ⁊ executor ac vindex: ⁊ vt ipsis scripture verbis eloquar adiutrix apposita est mosayce legis seuerissima' diraq̄ districtio: vt vel metu pene p̄sentis non penitus bonū scie naturalis extinguerēt: ꝑm ꝓphete sententiā legē dans in adiutorium q̄ etiā ꝑm apl'm pedagogus velut p̄uulis data fuisse describit̄: erudiēs: scz eos atq̄ custodiēs: ne ab illa disciplina in qua naturaliter fuerāt instituti: quadā obliuione discederēt. Nā q̄z sit homi oīs scia legis ab initio creationis infusa: hinc manifeste ꝓbat̄ ꝙ mādata legis absq̄ lr̄e lectione añ legem: immo ante diluuiū oēs sanctos obseruasse cognoscimus. Quēadmodum eñ scire potuit abel necdum lege mādāte: ꝙ offerre deo de primitiuis ouiū suarū: ⁊ de adipe ipsarū ad sacrificiū debuisset nisi p̄insitā sibi legem naturalit̄ fuisset edoctus. Quēadmoduz noe qđ mundū vel qđ immūdū esset animal decreuisset: nondū hec legali distinguente mandato: nisi scia naturali fuisset instructus. Unde enoch didicit ambulare cū deo: nullā legis illuminationē ab aliquo cōsecutus. Ubi sem ⁊ iapheth legerant. Turpitudinē p̄ris tui nō reuelabis: vt incedētes retrorsum: patris verenda velarēt. Uñ monitus abraā deuictis hostib⁹ nihil accipere de eorum spoliis acq̄escit: ne retributionē laboris sui consequeret̄: abstinuit: vel decimas sacerdoti melchisedech q̄ mosaica lege p̄cipiunt̄ exsoluit. Uñ idē ipse abraā: vñ loth: transeūtib⁹ ac p̄egrinis: hñanitatis iura ⁊ ablutionē pedū: necdū euan-

Gala.3.
Gene. 4
Gene. 7.
Gene.5.
Leui.18.
Gene.9.
Gene.14.
Gene.24.
Eiusdē.19.

gelico coruscāte mādato suppliciter obtulerūt. Unū iob tantā de
uotionem fidei: tātam castimonie puritatē: tantā humilitatis:
māsuetudinis: misericordie: humanitatis scientiā cōsecutus est
quantā nūc ne ab illis quidē q̄ euangelia memoriter tenent: vi-
demus impleri. Quem sanctorū legimus ante legē vllum legis
violasse mandatū. Quis illorū non custodiuit. Audi israel dn̄s Deuter. 6.
deus tuus dn̄s vnus est. Quis nō impleuit illorū. Nō facies ti- Exo. 20.
bi sculptile neq; vllā similitudinē eoꝝ que in celo sunt siue q̄ in
terra: vel eoꝝ q̄ sunt in aquis sub terra. Quis eorum non obser
uauit. Honora patrē tuū ⁊ matrē tuā: vel illa q̄ in decalogo sub- Ibidem.
sequunt. Nō occides: nō adulterabis: nō facies furtū: nō falsū
testimoniū dices: non cōcupisces vxorem ꝓximi tui: aliaq; his
multo maiora: quibus non solū legis sed etiam euangelij preue
nere mandata..

¶ De eo ꝙ iuste puniti sunt hi qui ante diluuiū peccauerunt. Capitulum. xxiiij.

Ita ergo intelligimus ab initio deū omnia creasse perfe
cta: nec fuisse qd̄ ordinationi eiꝰ principali velut impro
uide ⁊ imꝑfecte necesse eēt suꝑinduci: vel qd̄ ei addi post
hec oporteret: si in illo statu ac dispositione qua ab ipso creata
sunt vniuersa mansissent. Et idcirco in eos qui ante legem im-
mo ante diluuiū peccauerunt: iusto iudicio deum animarduer-
tisse ꝓbabimus: qꝛ transgressi naturalem legē sine vlla merue-
runt excusatione puniri. Nec in illoruꝫ incidemus blasphemiā
calumniāq;: qui ignorantes hanc rationē: derogant deo veteris
testamēti: ac detrahentes nostre fidei subsanātesq; dicūt. Quid
ergo placuit deo nostro: vt post tot annorū milia legem voluerit
ꝓmulgare: tanta secula passus hominē sine lege transire Quod
si postea melius aliquid adinuenit: apparet eum in primordio
mundi inferiora vel deteriora sapuisse: ⁊ post hec velut experi-
mentis edoctum cepisse rectiora ꝓspicere: ac principales ordi-
nationes suas in melius emendare. Quod immense prescientie
dei penitus conuenire nō poterit: nec sine ingenti blasphemia
hec de ipsa heretica insania ꝓferentur: dicente Ecclesiaste: Co-
gnoui qm̄ omnia q̄ fecit deus ab initio: ipsa erūt in eternū. Su
per illa non est qd̄ addat: ⁊ ab illis non est qd̄ auferat. Et idcir
co iustis non est lex posita: iniustis autē ⁊ non subditis impijs
⁊ peccatoribꝰ: sceleratis ⁊ contaminatis. Illi nāq; habētes natu
ralis illius atq; insite legis sanam atq; integram disciplinam:
nequaq̄ lege hac extrinsecus adhibita litteris descripta que
q; in adiutoriū illi naturali data est indigebāt. Ex quibus aptis
sima rōne colligit nec legē istā ꝑscriptam litteris ab initio dari
debuisse: erat em̄ hoc suꝑfluū fieri stāte adhuc naturali lege ⁊ in
tegra ꝑmanēte: nec euangelicā ꝑfectionē tradi ante legis potuis
se custodiā. Nō em̄ poterāt audire. Qui te ꝑcusserit in dextra ma Matthe. 5.

xilla tua: p̄be illi ⁊ alterā: qui cōtenti nō erāt talionis equalitate iniurias ꝓprias vlcisci: sz letales calces ac telorū vulnera ꝑ alapa leuissima rependebāt: ⁊ ꝑ minimo dente percutientium aīas expetebant. Sed nec dici poterat illis. Diligite inimicos vestros: in quibus magnꝰ fructꝰ ⁊ vtilitas ducebatur vt amicos suos diligerēt: declinarēt vero inimicos: ⁊ solo ab eis odio desinerent: nec opprimere illos ⁊ interficere festinarent.

Ibidem.

¶ De diabolo quod dicit̄ in euangelio quomodo intelligendum sit. Quia mēdax est ⁊ pater eiꝰ. Ca.xxxv.

Illud vero qđ vos de diabolo mouerat: qꝛ mēdax ē ⁊ pater eius: ꝙ videlicet tā ipse ꝙ̄ pater suus mendax ꝓnunciari videatur a dn̄o: satis absurdū est hoc vel leuiter opinari. Ut eñ paulo ante diximus. Spiritus spiritū non generat: sicut nec animā quidē potest anima ꝓcreare: licet concretionem carnis non dubitemꝰ hūano semine coalescere: ita de vtraq; substantia: id est carnis ⁊ anime apostolo ꝓnunciante: ⁊ quequo auctore procedat manifestius explanāte. Deinde patres inquit carnis nostre habuimꝰ eruditores ⁊ reuerebamur: nō multo magis subijciemur patri spirituū ⁊ viuemus. Quid hac diuisione clarius potuit definire: vt carnis quidē nostre patres homines ꝓnunciaret: animarū vero deū solum esse patrem cōstāter exprimeret. Quāq̄ ⁊ in ipsa corporis huius concretione ministeriū tñmō hoī sit ascribēdū: summa vero cōditiōis deo oīm creatori dicēte dauid. Manꝰ tue fecerūt me ⁊ psalmauerūt me. Et beatꝰ Job. Nōne sicut lac inquit mulsisti me ⁊ coagulasti me vt caseum: ossibus ⁊ neruis inseruisti me. Et dominꝰ ad hieremiā. Priusq̄ te formarē in vtero: noui te. Ecclīastes vero vtriusq; substantie naturam atq; originē: examinatione ortus atq; initij ex quo videlicet vnaqueq; ꝓcessit: ⁊ cōsideratione finis ad quē vnaqueq; cōtendit: satis euidenter ac ꝓprie colligens pariterq; de corpis huius atq; anime sepatione disputans: ita disseruit. Priusq̄ cōuertat̄ puluis in terrā sicut fuit: ⁊ spiritus reuertat̄ ad deū qui dedit eū. Quid apertiꝰ potuit dicere ꝙ̄ vt materiā carnis quā puluerē nominauit: qꝛ de hominis semine sumit exordiū eiusq; videt̄ ministerio seminari: velut e terra sumptam: iterum reuerti ꝓnunciaret ad terrā: spiritū vero qui non per cōmixtionē sexus vtriusq; procreat̄: sz specialiter a deo solo tribuit̄: ad auctorem suū redire signaret. Quod etiam per illā dei insufflationē q̄ adā primitꝰ animauit: euidēter exprimitur. Quibus testimonijs manifeste colligimꝰ patrem spirituū neminem dici posse nisi deū solū: qui eos ex nihilo cum voluerit facit subsistere: homines vero carnis nostre patres tantummodo nominari. Itaq; ⁊ diabolus ꝑm hoc quod vel spiritus vel angelus bonus creatus est patrem neminem habuit nisi deum conditorem suum. Qui cum superbia fuisset elatus ⁊ dixisset in cor

Hebre.12.

Ps.118.

Job.10.

Hiere.1.

Eccle.12.

de suo. Ascendā super altitudinem nubiū: ero similis altissimo. Esa. 14.
Factus est mendax: ⁊ in veritate non stetit: sed de ꝓprio nequi-
tie thesauro mendaciū ꝓferēs: non solum mendax sed etiā pa- Johā. 8.
ter ipsius mendacij factus est: quo deitatē homini repromittēs
ac dicēs. Eritis sicut dij. In veritate nō stetit sed ab initio fact⁹ Gene. 3.
est homicida. Uel adā mortalem faciens: vel abel instigatione Johan. 8.
sua ꝑ manū fratris interimēs. Sed iam disputationem nostrā
duarū ferme noctiuꝫ lucubratiōe cōfectā: diei tertij subsequens
aurora concludit: ac de profundissimo questionū pelago naui-
culam collationis huius ad tutissimū silentij portū compēdio
nostre rusticitatis attraxit. In quod nos quidem ꝓfundū quan
to interius flatus diuini spiritus introduxit: tanto diffusior ꝑ
cedens oculorū aciem semꝑ aperietur immēsitas: ac ſm sentē-
tiā Salomōis. Longi⁹ fiet a nobis magis q̄ erat ⁊ alta ꝓfundi
tas q̄s inueniet eā. Quāobrē dn̄m deꝑcemur vt in nobis vel ti- Eccle. 7.
mor ei⁹ vel charitas q̄ cadere nescit immobilis ꝑseueret: q̄ nos
⁊ sapiētes prudentesq̄ poterit cōseruare: ⁊ a diaboli telis ꝓte-
gere ⁊ custodire semꝑ illesos. His etem̄ custodib⁹ ī possibile est
quēpiā laqueos eius incurrere. Inter ꝑfectos aūt ⁊ imꝑfectos
ista distantia est: q̄ in illis quidem fixa (⁊ vt ita dixerim) ma-
turior charitas tenacius perseuerans firmius eos custodit: ac
facilius facit in sanctitate durare: in illis vero velut infirmius
collocata: ac facilius refrigescens citius facit eos peccatorum
laqueis ac sepius implicari. Quibus auditis ita sermonibus
eius accensi sumus: vt cum maiore sitis ardore ad nostrā cellā
reuerteremur q̄ ad ipsius veneramus.

¶ Explicit collatio secunda abbatis Sereni.

¶ Incipit annotatio capitulorū collationis prime abbatis Isaac de oratione.

Ca. j. Proemiale.
ij Uerba abbatis Isaac sup orationis qualitate.
iij Quemadmodū pura ac sincera paratur oratio.
iiij De mobilitate anime plume vel pēnule compate.
v De causis quibus mens nostra aggrauat.
vj De visione cuiusdā senis quā super fratris inquieta ope ratione prospexit.
vij Interrogatio de eo q̄ maioris difficultatis sit custodire cogitationes bonas q̄ parare.
viij Responsio de diuersis orationū qualitatibus.
ix De quadripartita orationū specie.
x De ordine specierum que super orationis qualitate ponuntur.
xj De obsecratione.
xij De oratione.
xiij De postulatione.

xliij. De gratiarum actione.
xlv Utrum quattuor orationū species simul & omnibus: an singillatim & vicissim vnicuiq; sint necessarie.
xlvj Ad quas orationum species nosmetipsos tendere debeamus.
xlvij De quattuor supplicationū generibus a dño initiatis.
xlviij De oratione dominica.
xlix De eo q dicit. Adueniat regnum tuum.
l De eo q dicit: fiat voluntas tua.
li De pane supersubstantiali siue quotidiano.
lij De eo q dicit. Dimitte nobis debita nostra: & reliqua.
liij Deeo q dicit. Et ne nos inducas in temptationem.
liiij De eo q non debeant alia postulari q̄ hec tantum que orationis dominice modulo continentur.
lv De qualitate sublimioris orationis.
lvj De diuersis compunctionum causis.
lvij De variis compunctionum qualitatibus.
lviij Interrogatio de eo q non sit in nostra potestate profusio lachrymarum.
lix Responsio de diuersitate compunctionum que per lachrymas digeruntur.
lx De eo q elici non debeant lachryme quando non spontanee proferuntur.
lxj Sententia abbatis Antonij, super orationis statu.
lxij De exanditionis indicio.
lxiij Obiectio q̄ predicte exanditionis fiducia tantum sanctis conueniat.
lxiiij Responsio de diuersis exanditionum causis.
lxv De oratione intra cubiculū & clauso ostio deferenda.
lxvj De vtilitate breuis ac tacite orationis.
Explicit annotatio capitulorum.

Incipit collatio prima abbatis Isaac de oratione

Proemiale Capitulum.j.

Deperpetua orationis atq; incessabili puritate qđ in secūdo institutionum libro promissum est: collationes senis buius quem nunc in medium proferimus: id est abbatis Isaac domino fauente complebunt. Quibus explicatis: & preceptis beatissime memorie pape castoris: & desiderio vestro o beatissime papa leonti & sancte fratres belladi satisfeciss̄e me credo: voluminis amplitudine primitus excusata: que studentibus nobis nō solum sermone succincto narrāda perstringere: sed etiā plurima silētio preterire: in maiorem modum q̄ disposueramus extensa est. Premissa nāq; super diuersis institutis disputatione copiosa: quam nos stu-

dio breuitatis resecare maluimus: hec ad extremū beatus Isaac intulit verba.

¶ Verba abbatis Isaac sup oratiōis qualitate. C. ij.

Omnis monachi finis cordisq; pfectio: ad iugē atq; indiruptā oratiōis pseuerantiā tendit: ⁊ quātū hūane fragilitati concedit ad immobilē trāquillitatē mētis ac pfectā nitit puritatē. Ob quā possidendā omnē tā laborē corporis q̄ cōtritionē spūs indefesse querimus ⁊ iugiter exercemus: ⁊ est inter alterutrū reciproca quedā inseparabilisq; cōiunctio inuicē sibi mutuā rōne cōnexa. Nam sicut ad orationis perfectionē omniū tendit structura virtutū: ita nisi huiꝰ culmine hec oīa fuerint colligata atq; cōpacta: nullo mō firma poterūt vel stabilia pdurare. Quēadmodū sine illis acquiri vel cōsummari nō potest hec de qua loq̄mur ppetua oratiōis iugisq; tranquillitas: ita ne ille quidē virtutes q̄ hāc prestruūt absq; huius possunt assiduitate cōpleri. Et ideo nec recte tractare de orationis affectu: nec ad eius principalē finē q̄ vniuersarū virtutū molitione pficit: subitanea disputatione poterimus intrare: nisi p̄us vniuersa q̄ illiꝰ obtētu vel abscindēda sunt vel parāda p ordinē dinumerata fuerint atq; discussa: ⁊ s̄m euāgelice parabole disciplinā: ea que ad spiritalis ac sublimissime illius extructionē pertinēt turris supputata fuerint ac diligēter ante cōgesta. Que tamen nec proderunt p̄parata: nec recte superponi sibimet excelsa culmina perfectionis admittent: quia nec superposita poterunt molem tante celsitudinis iustinere: nisi prius vt communi vsus verbo pprius aliquid exprimā: diligēter egesto prius omni repurgio vitioꝝ ⁊ effossis succiduis mortuisq; ruderibꝰ passionū viue (vt aiunt) ac solide terre pectoris nr̄i: immo illi euangelice petre in sublime scāsura supiecta fuerīt simplicitatis ⁊ hūilitatis firmissima fundamēta: quibꝰ hec turris spūaliū virtutū molitionibꝰ extruēda ⁊ immobiliter valeat stabiliri: ⁊ ad summa celoꝝ fastigia cōfidētia pprie firmitatis attolli. Fundamētis etenim talibꝰ innitētē: q̄uis passionū imbres largissimi pfundant: q̄uis ei psecutionū violenti torrentes instar arietis illidant: q̄uis irruat ⁊ incumbat aduersariorū spirituū seua tempestas: non solum ruina nō diruet: sed nec ipsa aliquatenus vexabit impulsio.

¶ Quēadmodū parat pura ⁊ sincera oratio. Ca. iij.

Et idcirco vt eo feruore ac puritate qua debet emitti possit oro: hec sunt omnimodis obseruāda. Primū sollicitudo rerū carnaliū generalr abscindenda est: deinde nullius negocij causeve: nō solū cura sed ne memoria quidē penitꝰ admittēda: detractiōes vaniloquia seu multiloquia: scurrilitates q̄ similr amputande: ire pre omnibꝰ siue tristicie pturbatio funditꝰ eruēda: cōcupiscētie carnalis ac philargyrie noxius fomes radicitus euellēdus: ⁊ ita his ac similibꝰ vicijs extrusis pe

aitus ⁊ abscisis: que hominū quoq; possunt patere ac notari cō
spectibus: taliq; vt diximus repurgij emundatione premissa: q̄
simplicitatis ⁊ innocētie puritate perficit̄ iaciēda sunt: primū
ꝓfunde humilitatis incōcussa fundamina: que scz turrē pulsatu
rā celos valeant sustinere: deinde sup̄ponēda virtutū spiritalis
extructio: ⁊ ab omni discursu atq; euagatione lubrica animus
inhibendus: vt ita paulatim ad cōtemplationē dei ac spiritalis
intuitus incipiat sublimari. Quicquid eñ ante orationis horā
anima nr̄a cōceperit: necesse est vt orātibus nobis per ingestio
nē recordationis occurrat. Quāobrem quales orātes volumus
inueniri: tales nos ante orationis tēpus preparare debemus.
Ex precedēti eñ statu mens atq; animus in supplicatiōe forma
tur: eorundēq; actuū ꝓcumbentibus nobis ad precē: verborū q̄
vel sensuū ante oculos imago preludēs: aut irasci vos s̄m prece
dentē qualitatē faciet: aut tristari: aut cōcupiscētias causasve p̄
teritas retractare: aut risu fatuo (qđ ēt pudet dicere) cuiusq̄ scur
rilis dicti vel facti titillatione pulsari: aut ad priores faciet vo
litare discursus. Et idcirco quicquid orātibus nobis nolumus
vt irrepat: ante orationē de abditis nr̄i pectoris extrudere fe
stinemus: vt illud apl̄i possimus implere. Sine intermissione
orate: ⁊ i omni loco leuātes puras man⁹ sine ira ⁊ disceptatiōe
Alias nanq; mandatū istud perficere nō valebimus: nisi mens
nr̄a ab omni vitiorū purificata cōtagio: virtutib⁹ tm̄ velut natu
ralib⁹ bonis dedita: iugi omnipotētis dei cōtēplatione pascat̄.

f. Thes. 5.
i. Ti. 2.

De mobilitate anime: plume vel pēnule cōparate. Capitulum. iiij.

Tenim qualitas aīe nō inepte subtilissime plume seu
penne leuissime comparat̄: q̄ si humoris cuiuspiā extrin
secus accidētis corruptiōe vitiata nō fuerit: vel infusa
mobilitate substātie sue tenuissimi spūs adiumēto: velut natura
liter ad sublimia celestiaq; sustollit̄. Si vero humoris cuiusq̄
aspergine vel infusiōe fuerit pregrauata: nō mō in nullos aereos
volat⁹ naturali mobilitate raptabit̄: sz etiā ad ima terre cōcepti
humoris pōdere deprimet̄. Ita mens q̄ nr̄a si accedentibus vi
tijs curisq; mundanis aggrauata non fuerit: noxieve libidinis
humore corrupta: velut naturali puritatis sue bn̄ficio subleua
ta: leuissimo spiritalis meditatiōis afflatu sublimabitur ad sup̄
na: ⁊ bn̄ilia deserēs atq; terrena: ad celestia ⁊ inuisibilia trāsfe
ret̄. Un̄ ꝓprie satis p̄ceptis dominicis admonemur. Uidete ne
qn̄ grauent̄ corda vr̄a in crapula ⁊ ebrietate curis secularib⁹. Et
idcirco si volumus oratiōes nostras nō solū celos sed ēt ea que
sup̄ celos sunt penetrare: curemus mentē ab omnib⁹ terrenis vi
tijs expurgatā cūctisq; emūdatā fecib⁹ passionū ad subtilitatem
ꝑducere naturalē: vt ita ad deū vel ipsa vel oratio eius nullo vi
tiorū pondere p̄grauata: vltra celorū fastigia possit ascendere.

Luce. 21.

De causis quibus mens nostra aggrauat. Ca.v.

Notandū tñ quibus ex causis grauari mentē dñs designauerit. Non eñ adulteria: nō fornicatiōes: nō homicidia nō blasphemias: nō rapinas: que mortalia esse ⁊ dānabilia nullus ignorat: sed crapulā posuit ⁊ ebrietatē ⁊ curas siue sollicitudines seculares. Que intñ nemo hominū mūdi huius cauet aut damnabilia iudicat: vt etiā nōnulli (qđ pudet dicere) semetipsos monachos nūcupantes: hisdem ipsis distentionib⁹ velut innoxijs ⁊ vtilib⁹ implicent. Que tria licz ꝟm litterā ꝑpetrata ꝙ carnalē faciant ⁊ aggrauent animā: atq; a deo separent ac deprimāt ad terrena: dubitare non possumus: esset tamen eorum facilis declinatio si hucusq; pertingeret istius precepti necessitas: ⁊ maxime nobis qui tā longa remotiōe ab omni actuali huius conuersatione disiungimur. ⁊ istis visibilibus curis atq; ebrietatibus ⁊ crapulis penitus nulla occasione miscemur. Uerum est alia quoq; crapula nō minus noxia: ⁊ ebrietas spiritalis difficilius euitanda: cura q̄ ac solicitudo secularis: que nos etiam post omniū facultatū nostrarū perfectam renunciationē: ⁊ vini epularūq; continentiam cunctarū. equidem in solitudine constitutos frequenter inuoluūt: de quibus ꝓpheta. Expergiscimini inquit qui estis ebrij ⁊ nō a vino. Alius quoq;. Obstupescite: ⁊ admiramini: fluctuate ⁊ vacillate: inebriamini ⁊ nō a vino: mouemini ⁊ nō ab ebrietate. Cuius ebrietatis ⁊ crapule vinū: cōsequenter necesse est vt ꝟm ꝓphetā: furor draconum sit. Ipsumq; vinū de qua radice ꝓcedat: aduerte. Ex vinea eñ sodomorum vitis eorum: ⁊ sarmentū eorum ex gomorra. Uis etiam fructum vitis istius atq; sarmenti germen agnoscere? Una eorū vna fellis: botrus amaritudinis in ipsis. Que omnia nisi fuerimus cunctis vitijs expurgati: ⁊ ab omnium passionū crapula sobrij: absq; vsu ⁊ ebrietate vini epularūq; delitijs ⁊ affluētia: erit cor nostrū ebrietate ⁊ crapula magis noxia pregrauatū. Nā quia seculares cure etiā in nos qui nullis actibus mundi istius admiscemur cadere nōnūq̄ possint: manifesta ratiōe monstrat ꝟm regulā seniorum: qui quicquid necessitatē victus quotidiani ⁊ ineuitabilem vsum carnis excedit: ad secularem definierūt curaz ⁊ sollicitudinē pertinere: vt verbi gratia: si cum possit operatio vnius solidi necessitatem nostri corporis expedire: ad duorum vel trium solidorū acquisitionem nosmetipsos propensiore velimus opere ac labore distendere: ⁊ cum duarum velamen sufficiat tunicarum ad vsum scz noctis ac diei: trium vel quattuor fieri procuremus domini: cūq; vnius siue duarū habitatio sufficiat cellarum: ambitione seculari atq; amplitudine delectati: quattuor seu quinq; cellas: ⁊ has easdem exquisito ornatu: ⁊ capaciores q̄ vsus desiderat extruamus: passionem libidinis mundialis in quibus possumus: preferentes.

Iobel. 5.
Esa. 29.
Deute. 32.
Ibidem.

¶ De visione cuiusdā senis quā super fratris inquieta operatione prospexit. Capitulum.vj.

Quod nō sine instinctu demonū fieri manifestissima nos experimēta docuerūt. Nā quidā probatissimus seniorū cū transiret iuxta cellā fratris cuiusdā hac animi qua diximus egritudine laborantis: vtpote qui in extruendis reparādisq; superfluis inquiet⁹ quotidianus distētionib⁹ desudaret: ⁊ eminus cōspexisset eū graui malleo saxū durissimū conterentem: vidissetq; ethiopē quendā astantē illi: ⁊ vna cū eodē ictus mallei iunctis consertisq; manib⁹ illidētē: eūq; ad operis illi⁹ instantiā ignitis facibus instigantē: diutissime substitit: vel impressionē dirissimi demonis vel fraudem tante illusionis admirans. Cū enim nimia lassitudine fatigat⁹ frater reqescere iamiāq; finē opi voluisset imponere: instigatione spiritus illius animatus: iterū resumere malleum: nec desinere ab intētione cepti operis vrgebat: ita vt ijsdē eius incitamētis infatigabiliter sustentat⁹: tanti laboris nō sentiret iniuriā. Tandē igit senex tā dira demonis ludificatione ꝑmot⁹: ad cellā fratris diuertit: salutāsq; eū: quid inquit est frater istud opus qđ agis? At ille. Laboramus ait cōtra istud durissimū saxū: vixq; illud potuim⁹ aliquāto cōterere. Ad hec senex. Bñ dixisti: vix potuim⁹. Nō enim solus eras cū illud cederes: sed fuit alius tecū quē non vidisti: qui tibi in hoc opere nō tā adiutor q̄ violētissim⁹ impulsor astabat. Et idcirco morbū ambit⁹ secularis nr̄is mentib⁹ nō inesse: nō vtiq; eoꝝ tm̄ negocioꝝ abstinētia cōprobabit: que etiā si velimus expetere vel explere non possumus: neq; illarum rerū despectus q̄s si affectauerimus tā apud spiritales viros q̄ apud seculi homines notabiles prima fronte reddemur: sed cū etiam illa que nostre suppetunt potestati: ⁊ honestate quadā videntur obnubi: nec apud cunctos homines ex aperto reprehensibiles faciunt: rigida mentis districtione respuimus. Et reuera nō minus hec que parua vident ⁊ minima: queq; ab his qui nostre professionis sunt cernimus indifferenter admitti: ꝑ qualitate sua aggrauant monachi mentem: q̄ illa maiora que ꝑm suū statum seu comparationem: secularium sensus inebriare cōsueuerunt: non sinentes deposita fece terrena ad deum in quo semper defixa esse debet intentio monachum respirare: cui ab illo summo bono vel parua separatio: mors presens ac perniciosissim⁹ interitus est credendus. Cumq; mens tali fuerit tranquillitate fundata: vel ab omnium carnaliū passionū nexibus absoluta: ⁊ illi vni summoq; bono tenacissima adheserit cordis intētio: apostolicū illud implebit. Sine intermissione orate. Et in omni loco leuantes puras manus sine ira ⁊ disceptatione. Hac em̄ puritate si dici potest: sensu mentis absorpto: ac de terreno situ ad spiritalem atq; angelicam similitudinē reformato: quicquid

j.Tes.v.
j.Ti.ij.

in se receperit: quicquid tractauerit: quicquid egerit purissima ac sinceriſſima erit oratio.

¶ Interrogatio de eo q̄ maioris difficultatis sit cu stodire cogitationes bonas q̄ parare. Cap. vij.

Ermanus. Utinam simili nō atq; ea dē facilitate qua se
g mina spiritaliū cogitationum plerūq; concipimus: etiā perpetuitatem earum possidere possimus. Cū enim fue rint sine per memoriā scripturaꝝ seu per recordationem spiritaliū quorūq; actuū: vel certe per intuitum sacramentorum celestium nostro corde concepte: insensibili quadam fuga dilapse a nobis quamtotius euanescunt atq; depereunt. Cunq; alias quasi libet occasiones spiritaliū sensuū mens nostra repperierit: rursus aliis casualiter irrepētibus: ipse quoq; q̄ apprehēse fue rant lubrica volubilitate diffugiunt: ita vt nullam constantiam sui retinens animus nec potestate propria sanctarum cogitationum possidens firmitatem: etiam tunc cum eas videt vtiq; retinere: fortuitu illas: t non de industria concepisse credat. Quomodo enim ortus earum nostro arbitrio putabitur ascribendus: quarum perseuerantia nō consistit in nobis? Sed ne forte sub huius questionis indagine a cepto narrationis ordine longius euagantes: expositionē propositā sup oratiōnis statu diutius retardemus: de qua principali⁹ firmi⁹ institui: suo hāc tēpori reseruantes: De qualitate orationis instantissime quesi mus informari: presertim cū nullo tempore nos ab ea cessare beatus ap̄lus moneat: dicēs. Sine intermissione orate. Et iō *1. Thes. v.*
primū de qualitate eius desideramus institui: id est qualis debeat emitti semper oratio: deinde qualiter hanc eandem quecūq; est possidere vel exercere sine intermissione possimus. Nō effi parua cordis intentione eā perfici posse: t experiētia quotidiana: t prosecutio tue sanctitatis ostendit: qua finem monachi ac totius perfectionis culmen in orationis consummatione consistere diffinisti.

¶ Responsio de diuersis orationum qualitatibus. Capitulum. viij.

Isaac. Uniuersas oīnium species absq; ingenti cordis
i atq; animi puritate t illuminatione sancti spiritus arbitror cōprehēdi nō posse. Tot enim sunt: quot in aia vna immo in cunctis aliab⁹ status queūt qualitates q̄ generari. Et iō licet sciamus nos pro hebetudine cordis nostri vniuersas orationū species nō posse p̄spicere: tñ inquātū mediocritas expiens tue nfe assecā prevalverit: digerere eas vtiq; tēptabimus. Secundū mensurā nāq; puritatis in qua mens vnaquēq; proficit t qualitatē status in quo vel ex accidentibus inclinatur: vel p suā renouat industriā: ipse q̄ momētis singulis reformant: t

idcirco vniformes orationes emitti semp a nemine posse: certissimū est. Aliter enim quisq; supplicat cū alacer est: aliter cū tristicie seu desperationis pondere pregranat: aliter cū spiritalibus successibus viget: aliter cū impugnationū mole deprimit: aliter cū venia peccatoꝝ: aliter cū acquisitione gratie seu cuiuslibet virtutis exposcit: vel certe extinctione cuiuslibet vitij deprecatur: aliter cū cōsideratione gehenne ac futuri iudicij timore cōpungit: aliter cuꝝ spe futuroꝝ bonoꝝ desiderioq; inflammat: aliter cū in necessitatib⁹ ac periculis: aliter cū in securitate ac tranquillitate versat: aliter cū sacramentoꝝ celestiū revelationibus illustrat: aliter cū sterilitate virtutū ac sensuū ariditate cōstringit.

De quadripertita orationum specie. Cap. ix.

Idcirco bis sup orationū qualitate digestis: licet non
e quantū exposcit materie magnitudo: sed quātū vel tpis admittit angustia: vel certe capere temitas ingenij nostri t cordis prevalet debendo: maior nobis nūc imminet difficultas vt ipas singillatim orationū species exponamus: ḡs
§. Lib. ix. aplus quadripertita rōe distinxit: ita dicēs. Deprecor itaq; primo oium fieri obsecrationes: orationes: postulationes: gfarū actiones. Que nō inaniter ab apl̄o ita fuisse divisa minime dubitādū est. Et primū indagandū quid obsecratione: qd oratione: qd postulatione: qd gratiaꝝ actione signet. Deinde pquirendū: vtrū be species ab oratione sint pariter assumēde: id est vt oēs simul in vna quaq; supplicatione iungant: an vicissim singillatimq; sint offerēde: vtputa nūc quidē obsecrationes: nunc vero orationes: nunc aūt postulationes seu gfarumactiones oportear promi: an certe alius quidē obsecrationes: alius vero orationes: alius aūt postulationes: alius gfarūactiones deo debeat exhibere sm mensuram: scilicet etatis sue: in qua vnaquēq; mens per intentionis profitiat industriam.

De ordine specieꝝ que super orationis qualitate ponuntur. Capitulum. x.

Idcirco primū proprietates ipse sunt nominū verbo
e rumq; tractande: ac discutiendū quid inter orōnē t obsecrationē ac postulationē interfit. Deinde silr perscrutandū vtrū singillatim sint an pariter exhibende. Tertio indagandū: vtrū eiā ipse ordo qui ita est apl̄i auctoritate dispositꝰ aliquid amplius instruat auditorē: an simpliciter accipiēda sit ista distinctio: t indifferenter putāda sit ab illo taliter fuisse dictata: quod mihi satis videtur absurdū. Non enim credendū est aliquid transitorie ac fine ratione spiritumsanctum per apostolum protulisse. Et idcirco eodem quo cepimus ordine prout dominus donauerit singula retractemus.

De obsecratione. Capitulum. xj.

Eprecor itaq; primo omniũ fieri obsecrationes. Obse- j. Thi. ij.
b cratio est imploratio seu petitio pro peccatis: qua vel pro presentibus vel pro preteritis admissis suis vnusquisq; compunctus veniam deprecatur.

De oratione. Capitulum. xij.

Rationes sunt quibus aliud aliquid offerimus seu vo-
o uemus deo: qđ grece dicit: euche: id est votũ. Nã vbi dicitur in greco: ta euchata eme kyrio podaso: in latino legitur: vota mea dño reddã. Qđ ſm proprietatem verbi ita exprimi põt: orationes meas dño reddaz. Et illud qđ legimus in Ecclesiaste. Si voueris votũ deo ne morã feceris redde illud: in greco similiter scribitur: ean euche euchẽto kyrio: id est: si oraueris orationem domino: ne moram feceris reddere illã. Qđ ita ab vno quoq; nostrũ implebit. Oramus cũ renunciantes huic mundo spondemus nos mortificatos cũctis actibus ⁊ cõuersationi mũdane: tota cordis intentione dño seruituros. Oramus cũ promittimus seculari onere cõtẽpto ac terrenis opibus spretis: in omni cõtritione cordis ac pauptate spũs nos dño cohesuros. Oramus cũ pollicemur nos purissimã corporis castitatem seu immobilẽ patientiã exhibituros esse perpetuo: vel cuz de corde nostro radices ire siue tristicie mortẽ operantis: vouemus funditus eruẽdas: q̃ cũ desidia resoluti: atq; ad antiqua vitia recurrẽtes minime fecerimus: erimus orationũ nostraꝝ ac votoꝝ rei: diciturq; de nobis. Melius est nõ vouere: q̃ vouere ⁊ non reddere. Quod ſm grecum dici potest. Melius est non orare q̃ orare ⁊ non reddere.

ἐὐχὴ
ταὲν
χατὰ
ἐμεχῦ
ριὸπὸ
δασω
ἐἄμεὐ
χὴ εὐ
χὴμτὸ
χὐρίο
Eccs. v.

De postulatione. Capitulum. xiij.

Ertio loco ponunt postulationes quas pro alijs quoq;
t dũ sumus in feruore spũs constituti solemus emittere: vel pro charis scz nostris: vel pro totius mũdi pace poscentes: ⁊ vt ipsius apostoli verbis eloquar: cũ pro oibus hominibus pro regib⁹ ⁊ oibus qui in sublimitate sunt: supplicam⁹. j. Ti. ij.

De gratiarum actione. Capitulum. xiiij.

Uarto deinde loco gr̃arũactiones ponunt. quas mens
q vel cũ preterita dei recolit bñficia: vel cũ pñtia cõtẽplatur: seu cũ in futurũ q̃ ⁊ quãta prepauerit de⁹ his q̃ diligunt eũ prospicit: ꝑ ineffabiles excessus deo refert. Qua etiam intẽtione nõnũq̃ preces vberiores emitti solẽt: dũ illaq̃ reposita sunt in futuro sctõꝝ p̃mia purissimis oculis intuendo: ineffabiles deo gratias cũ imẽso gaudio spũs nr instigat effundere.

Utrum quattuor orationũ species simul ⁊ oibus an singulatĩ vicissim vnicuiq; sint necessarie. Ca. xv.

e X quibus quattuor speciebus licet nonnunq̃ soleant occasiones supplicationum pinguium generari: nam

⁊ de obsecrationis specie que de cōpunctione nascit peccatorū: ⁊ de orationis statu que de fiducia oblationū ⁊ cōsummatione votorū ꝑ conscientie profluit puritate: ⁊ de postulatione que de charitatis ardore procedit: ⁊ de gratiarū actione q̄ de beneficiorum dei ⁊ magnitudinis ac pietatis eius cōsideratione generatur: feruentissimas sepissime nouimus p̄ces ignitasq̄ prodire: ita vt cōstet omnes has quas prediximus species omnibus hominibus vtiles ac necessarias inueniri: vt in vno eodēq̄ viro: nūc quidē obsecrationū: nūc autē orationū nunc postulationum puras ac feruētissimas supplicationes variatus emittat affectus: tamen prima ad incipientes videt peculiarius pertinere qui adhuc vitiorū suorū aculeis ac memoria remordent. Secūda ad illos qui in ꝓfectu iam spiritali appetitusq̄ virtutū quadam mētis sublimitate consistunt. Tertia ad eos qui perfectionem votorū suoꝝ operibus adimplentes: intercedere pro alijs quoq̄ consideratione fragilitatis eoꝝ ⁊ charitatis studio prouocātur. Quarta ad illos q̄ iam penalis cōscientie spina de cordibus euulsa: securi iaꝫ munificētias dñi ac miserationes quas vel in preterito tribuit vel in presenti largitur vel preparat in futuro: mente purissima retractantes ad illam ignitā ⁊ que ore hominū cōprehēdi nec exprimi potest orationē: feruētissimo corde raptant. Nōnunq̄ tamē mens que in illū verū puritatis proficit affectū: atq̄ in eo iā ceperit radicari: solet hec oīa simul pariterq̄ cōcipiens atq̄ in modū cuiusdam imcōprehensibilis ac rapacissime flamme cuncta peruolitans: ineffabiles ad deū preces purissimi vigoris effundere: quas ipse spūs interpellans gemitibus inenarrabilibus ignorantibus nobis emittit ad deum tanta scꝫ in illius hore momēto cōcipiens: ⁊ ineffabiliter in supplicatione profundens: quāta non dicam ore percurrere: sed ne ipsa quidem mēte valeat alio tpe recordari. Et inde est q̄ in qualibet mensura quis positus: nonnunq̄ puras intentasq̄ preces inuenitur emittere: quia ⁊ de illo primo ⁊ humili ordine qui est super recordatione futuri iudicij: is qui adhuc sub terroris pena ac metu examinis constitutus est: ita ad horam compūgitur vt non minore spūs alacritate de obsecrationis pinguedine repleatur: q̄ ille qui ꝑ puritatē cordis sui munificentias dei perlustrans atq̄ percurrens: ineffabili gaudio leticiaq̄ resoluitur incipit enim ꝑm sententiā dñi plus diligere: qꝛ sibimet ampliora cognoscit indulta.

¶ Ad quas orationū species nosmetipsos tendere valeamus. Capitulum.xvj.

Tamē expetende sunt nobis per profectum vite cōsummationēq̄ virtutum ille potius supplicationū species que vel de contemplatione futurorum bonorum vel de charitatis ardore funduntur: seu certe vt humilius ⁊ ꝑm inci-

pientium mēsurā loquar: pro acquisitione quarūq; virtutū: seu vitij cuiuslibet extinctione generantur. Aliter eñ ad illa sublimiora que prediximus supplicationū genera ꝑuenire nullatenꝰ poterimꝰ: nisi ꝑ ordinē postulationū istarū sensim mens nostra fuerit gradatimq; prouecta.

¶ De quattuor supplicationū generibus a domino initiatis. Capitulū.xvij.

b As quattuor supplicationū species ita etiā dñs exemplo suo nobis initiare dignatus est: vt in hoc q̄ꝫ impleret illud qđ de ipso dicit. Que cepit iesus facere ⁊ docere. Nā obsecrationis genus assumit cū dicit. Pater si possibile est trāseat a me calix iste: vel illud qđ ex ꝑsona eius cantat in Ps̄. Deus deus meus respice in me: quare me dereliquisti: aliaq; his similia. Oratio est cū dicit. Ego te clarificaui sup terram opus cōsummaui qđ dedisti mihi vt facerē. siue illud. Et ꝑ eis sanctifico meipsum vt sint ⁊ ipsi sanctificati in veritate. Postulatio est cū dicit. Pater quos dedisti mihi: volo vt vbi ego sum ⁊ ipsi sint mecū. vt videant gloriā meam quā dedisti mihi. Uel certe cū dicit. Pater: ignosce eis: non enim sciunt quid faciunt. Gratiarū actio est cum dicit. Confiteor tibi domine pater celi ⁊ terre: qꝛ abscondisti hec a sapientibus ⁊ prudentibus: ⁊ reuelasti ea paruulis: ita pater qꝛ sic fuit placitū ante te. Uel certe cū dicit. Pater gratias ago tibi quoniā audisti me: ego aūt sciebā qꝛ semp me audis. Que tamē quattuor supplicationū genera lꝫ singillatim ac diuerso tēpore ꝟm illū quē cōprehendimus modū: idē dominus noster distinxerit offerenda: tamē etiā simul ea in supplicatione ꝑfecta cōprehendi posse: identidē suis ostendit exemplis: ꝑ illam scꝫ orationē quam ad finē euāgelij ꝟm Joannē legimus eum copiosissime profudisse. Ex cuius textu qꝛ longū est vniuersa percurrere: diligēs inquisitor hec ita esse lectionis ipsius serie poterit edoceri. Quē sensuꝫ apl'us quoq; in epistola ad Phili. has quattuor supplicationū species aliquantū immutato ponens ordine: euidenter expressit: ostēditq; debere eas nōnunq̄ simul sub ardore vnius supplicationis offerri: ita dicēs. Sed in omni oratione ⁊ obsecratiōe cū gratiarū actione petitiones vestre innotescant apud deū: per quod voluit nos in hoc specialius erudire: ꝙ ⁊ in oratione ⁊ obsecratione: gratiarū actio debeat cum postulatione misceri.

Act.1. Mat.26. Ps̄.21. Joan.17. Ibidem. Ibidem. Luce.23. Mat.11. Joan.11. Phili.4.

¶ De oratione dominica. Capitulū.xviij.

b Ec itaq; supplicationū genera sublimior adhuc status ac precelsior subsequetur: qui cōtemplatione dei solius ⁊ charitatis ardore format: per quem mens illius dilectione resoluta atq; deiecta: familiarissime deo velut patri proprio peculiari pietate colloquitur. Quem statum debere nos di

ligenter, expetere: formula dominice orationis instituit dicens:
Mat. 6. Pater noster: q̃ vniuersitatis deũ ac dñm patrẽ esse voce ꝓpria
cõfitentes: de cõditione seruili in adoptionẽ filioꝝ nos profite-
mur ascitos: adijciẽtes deinde. Qui es in celis: vt cõmorationẽ
vite presentis qua in hac degimus terra: velut perregrinã: atq̃
a nostro patre nos longissime separantem: toto horrore, vitantes
ad illã potius regionẽ in qua patrẽ nr̃m cõmorari fatemur sum
mo desiderio ꝓperemus: nihilq̃ admittamus eiusmodi qđ indi
gnos nos hac nr̃a ꝓfessione ac nobilitate tante adoptionis effi
ciẽs: ⁊ hereditate paterna velut degeneres priuet: ⁊ irã nos fa-
ciat iusticie eius ac seueritatis incurrere. In quẽ filiorũ ordinem
gradũq̃ ꝓfecti: illa cõtinua que est in bonis filijs pietate flagra
bimus ⁊ affectu: vt iã nõ ꝓ nostris vtilitatib⁹ sed ꝓ nr̃i patris
gloria totũ impendam⁹ affectũ: dicẽtes ei. Sanctificet nomen
tuũ nostrũ desideriũ: nr̃m gaudiũ: gloria nostri patris esse testã
tes: imitatores effecti illius q̃ dixit. Qui a semetipso loquitur:
Joan. 7. gloriã ꝓpriã querit: qui aũt querit gloriã ei⁹ q̃ misit illũ hic ve-
rax est: ⁊ iniusticia in eo nõ est. Deniq̃ vas electionis hoc reple
Roma. 9. tus affectu: etiã anathema fieri optat a christo: dũmõ ei familia
multiplex acquirat: ⁊ ad gloriã sui pr̃is salus totius israelitice
plebis accrescat. Securus em̃ optat interire ꝓ xp̃o q̃ nouit ne-
minẽ mori posse ꝓ vita. Et iterũ. Gaudem⁹ inq̃t qñ nos infirmi
2. Coꝝ. 13. sumus: vos aũt potẽtes estis. Et q̃d mirũ si vas electiõis ꝓ xp̃i
gl̃ia ⁊ fratrũ suoꝝ cõuersione gẽtisq̃ priuilegio anathema fieri
optat a xp̃o: cũ micheas q̃ ꝓpheta vellet se mẽdacẽ: fieri: ⁊ ab
inspiratiõe sanctispũs alienũ: dũmõ plagas illas ⁊ captiuitatis
exitia q̃ sua vaticinatione p̃dixerat: plebs iudaice nationis eua
Michee. 2. dat. Utinã inquiẽs nõ essez vir habẽs spiritũ: ⁊ mẽdaciũ potius
loquerer: vt p̃termittamus illũ legislatoris affectũ: q̃ cũ fratri-
bus suis etiã pituris nõ renuit interire dicẽs. Obsecro dñe pec-
Exo. 32. cauit populus iste peccatũ magnũ. aut dimitte eis hãc noxam:
aut si non facis dele me de libro tuo quẽ scripsisti. Potest aũt cõ
grue satis illud qđ d̃r. Sãctificet nomẽ tuũ: etiã taliter accipi.
Sanctificatio dei nostra ꝑfectio est. Itaq̃ dicẽtes ei: sanctifi-
cetur nomẽ tuũ: alijs, verbis hoc dicimus. Tales nos facito pa
ter vt sanctificationẽ tuã, vel intelligere quanta sit vel capere me
reamur: vel certe vt in nostra cõuersatione spiritalis actus ap-
pareat. Qđ tunc efficaciter impletur in nobis: quando vident
boies opa nostra bona: ⁊ glorificant patrẽ nostrũ q̃ in celis est.

¶ De eo q̃ dicit. Adueniat regnũ tuũ. Capitulũ. xix.

Secũda petitio mẽtis purissime aduenire iamiamq̃ re-
gnũ sui patris exoptat: vel istud scz quo quotidie chri-
stus regnat in sanctis: qđ ita fit cũ diaboli ĩperio ꝑ ex-
tinctionẽ fetentiũ vitiorũ de nostris cordibus pulso: de⁹ in no-
bis ꝑ virtutũ bonã fragrãtiã ceperit dñari: ⁊ deuicta fornicatio

ne: castitas: supato furore trãquillitas: calcata superbia hũili-
tas in nostra mẽte regnauerit: vel certe illud qđ p̃stituto ipe om
nibus est pfectis ac dei filijs gñaliter repromissum: in quo eis
dicet a christo. Uenite bñdicti pr̃is mei: possidete paratũ vobis Mat. 25.
regnũ a cõstitutiõe mũdi: intentis illud quodãmõ obtutibus ac
defixis desiderans ⁊ expectãs dicensq; ad eũ. Ueniat regnũ tuũ
Nouit eñ testimonio cõscientie sue: cũ apparuerit: mox eius se
futurũ esse cõsortem. Hec eñ dicere vel optare criminosorũ nul
lus audebit: qui nec videre tribunal iudicis volet: quisquis sub
aduẽtu eius nõ palmã nec p̃mia suis meritis: sed penam nouit
protinus repensandam.

¶ De eo q̃ dicit. Fiat volũtas tua. Capi. xx.

Tertia supplicatio filiorũ est. Fiat voluntas tua sicut in
celo ⁊ in terra. Nõ põt esse iã maior oro q̃ optare vt ter
rena mereant celestibus coequari. Nã q̃d est aliud di-
cere. Fiat volũtas tua sicut in celo ⁊ in terra: q̃ vt sint homines
similes angelis: ⁊ sicut volũtas dei ab illis implet in celo: ita
etiã hi qui in terra sunt: nõ suã sed eius vniuersi faciãt volũtatẽ.
Hoc quoq; nemo ex affectu dicere preualebit nisi is solus q̃ deũ
credit oĩa q̃ vident vel aduersa vel ꝓspera ꝓ nr̃is vtilitatib⁹ di
spẽsare: magisq; eũ ꝓ suoꝝ salute, ⁊ cõmodis ꝓuidũ atq; sollici
tũ q̃ nosipsos esse ꝓ nobis. Uel certe aliter accipiendũ. Uolũtas
dei salus oĩm est: s̃m illã beati pauli sententiã: qui oẽs homĩes 1. Timo. 2.
vult saluos fieri ⁊ ad agnitionẽ veritatis venire. De qua etiam
voluntate Esaias ꝓpheta ex ꝑsona dei patris. Et omnis inquit Esa. 46.
voluntas mea fiet. Dicẽtes ergo ei. Fiat volũtas tua sicut in ce
lo ⁊ in terra. Hoc eum alijs oramus verbis: vt sicut hi qui in
celo sunt: ita omnes qui in terra consistunt: tua pater agnitio-
ne saluentur.

¶ De pane supsubstantiali siue quotidiano. Ca. xxj.

Deinde panẽ nostrũ: epiusion id est supsubstãtialẽ da no ἐπῐοῦ
bis hodie. Qđ alius euãgelista quotidianũ dixit. Illud σῖον
nobilitatis ac substãtie eius significat qualitatem: qua
scz sup omnes substãtias sit: atq; omnes creaturas sublimitas Mat. 6.
magnificentie eius ac sanctificatiõis excedat: hoc vero ꝓprie- Luce. 11.
tatẽ vsus ipsius atq; vtilitatis expressit. Nã cũ dicit quotidia-
nũ: ostẽdit q̃ sine ipso nullo die spiritalẽ vitã capere valeamus
Cũ dicit hodie: ostẽdit eũ quotidie esse sumẽdũ: ⁊ hesternã prebi
tionẽ ei⁹ nõ sufficere nisi nobis hodie q̃ similiter fuerit attribu-
tus: omniq; nos tpe hanc orationẽ debere ꝓfundere: indigẽtia
eius quotidiana cõmoneat: qr nõ est dies quo nõ opus sit nobis
huius esu ac perceptione cor interioris nr̃i hoĩs cõfirmare. Zz
istud qđ dicit. Hodie. ⁊ ad p̃sentẽ vitã possit intelligi: id est dũ in
hoc seculo cõmoramur. p̃sta nobis hũc panẽ. Nouimus eñ eum
bis qui meruerint a te ⁊ in futuro esse prestandũ: sed rogamus

vt eū nobis hodie largiaris: qꝛ nisi eum ꝑcipere quis in hac vi
ta meruerit: in alia eius particeps esse non poterit.

¶ De eo ꝙ dicit. Dimitte nobis debita nostra ⁊ reliqua. Capitulum.xxxij.

Et dimitte nobis debita nr̄a: sicut ⁊ nos dimittim⁹ debi
e toribꝰ nr̄is. O ineffabilis dei clemētia: q̄ non solum no
bis orationis tradidit formā: ⁊ acceptabilē sibi in no
bis, morū nr̄oꝝ instituit disciplinā: ac ꝑ necessitatē tradite for
mule q̄ se ꝑcepit a nobis semꝑ orari: ire ꝑiter ⁊ tristicie euellit
radices: sꝫ etiā occasionē rogātibus tribuit eisq̄ reserat viā qua
clemēs ac piū ꝓbent erga se dei iudiciū ꝓmulgari vel prodire:
⁊ quodāmodo potestatem tribuit qua iudicis nostri possimus
sentētiā temperare ad veniā delictorū nostrorū: exemplo eū no
stre remissionis coartātes: dū dicim⁹ ei. Et dimitte nobis sicut
⁊ nos dimittim⁹. Itaq̄ securus hui⁹ orationis fiducia de suis
admissis veniam postulabit: quisquis remissus erga suos dun
taxat non erga dn̄i sui extiterit debitores. Solemus nōnulli qđ
est deterius erga illa q̄dē que admittunt̄ ad iniuriā dei: q̄uis ma
gnorū sint criminū: placidos nos ⁊ clementissimos exhibere: er
ga nostrū vero vel paruissimaꝝ offensionū debita: exactores im
mites atq̄ inexorabiles inueniri. Quisquis igit̄ in se delinquē
ti fratri non ex corde dimiserit: nō indulgentiā sed condēnatio
nē deprecatione hac sibimet impetrabit: suaq̄ ꝓfessione semet
ipsum poscet dirius iudicari dicens. Remitte mihi sicut, et ego
remisi. Qđ cū illi s̄m suā petitionē fuerit repensatū: quid aliud
subsequet̄ q̄ vt exemplo suo implacabili ira ⁊ irremissa senten
tia puniatur. Ideoq̄ si clementer volum⁹ iudicari: nos quoq̄
erga illos qui in nos deliquerunt oportet esse clementes. Tan
tū em̄ remittet̄ nobis quātū nos remiserim⁹ eis: q̄ nobis quacū
q̄ malignitate nocuerūt. Qđ formidātes nōnulli cū in ecclesia
hec oratio ab vniuersa plebe cōcinit̄: hunc locū taciti ꝑtermit
tunt: ne scꝫ semetipsos obligare potius q̄ excusare sua ꝓfessio
ne videant̄: nō intelligentes ꝙ frustra cauillationes has iudici
omniū ꝑtendere moliant̄: qui quēadmodū iudicaturus sit sup
plicibus suis voluit demonstrare. Dū em̄ erga eos non vult im
mitis atq̄ inexorabilis inueniri: formā sui iudicij designauit:
vt quemadmodum nos ab illo iudicari cupim⁹: ita nostros fra
tres si quid in nobis deliquerint iudicemus: qꝛ iudicium sine
Iacobi.2. misericordia fiet ei qui non fecerit misericordiam.

¶ De eo ꝙ dicit. Et ne nos inducas in temptationē Capitulum.xxxiij.

Deinde sequit̄. Et ne nos inducas in temptationem. De
d quo non minima nascit̄ questio. Si em̄ oramus ne per
mittamur temptari vnde erit in nobis virtus constan

tie cōprobanda: ꝟm illā sententiā. Dis vir q̄ nō est temptat⁹ nō est ꝓbat⁹. Nō ergo hoc sonat ne inducat nos in temptationē q̄ñ non ꝑmittat nos aliqñ tēptari: sed ne ꝑmittat in temptatione positos superari. Temptat⁹ est eñ iob sed nō est ducti⁹ in tēptationē. Nō eñ dedit insipiētiā deo: nec ad illā ad quā trahebatur tēptatoris volūtatē: ore impio blasphem⁹ intrauit. Tēptat⁹ est abraā: tēptat⁹ est ioseph: sz neuter illoꝝ induct⁹ est in tēptationē: qꝛ null⁹ eoꝝ cōsensum ꝑbuit tēptatori. Denicꝫ sequit.: Sed libera nos a malo: id est ne ꝑmittas nos a diabolo temptari supra id qđ possum⁹ sz fac cū tēptatione exitū vt sustinere possim⁹ Eccs. 34.

De eo ꝙ non debeant alia postulari q̄ hec tm̄ que orationis dominice modulo cōtinent. Capitu. xxiiij.

v Idetis ergo qualis nobis ab ipso qui ꝑ illā exorandus est iudice: orationis sit modulus ⁊ forma proposita: in qua nulla diuitiarū petitio: nulla memoria dignitatum nulla potentat⁹ ac fortitudinis postulatio: nulla corporee sanitatis seu tēporalis vite mētio cōtinet. Nihil eñ caducū vult a se nihil vile: nihil tēporale: eternitatū cōditor implorari. Itaqꝫ magnificentie ei⁹ ac munificētie maximam irrogabit iniuriā: quisquis his sempiternis petitionib⁹ ꝑtermissis: transitoriū aliq̄d ⁊ caducū ab eo maluerit postulare ⁊ offensam potius q̄ ꝓpiciationem iudicis: sui vilitate orationis incurret.

De qualitate sublimioris orationis. Capitu. xxv.

b Ec igitur oratio lz oēm videatur ꝑfectionis plenitudinē continere: vt pote que ipsius domini auctoritate vel initiata sit vel statuta: ꝓuebit tamen domesticos suos ad illū ꝑcelsiorē quē suꝑius cōmemorauimus statū: eosqꝫ ad illam igneam ac ꝑpaucis cognitā vel expertā (immo vt ꝓprius dixerim) ineffabilē orationē gradu eminētiore ꝑducit: que omnē trāscendēs humanū sensum: nullo nō dicam sono vocis nec lingue motu nec vlla verborū pronūciatione distinguit sed quam mēs infusione celestis illius luminis illustrata: non hūanis atqꝫ angustis designat eloquijs: sed cōglobatis sensibus velut de fonte quodam copiosissimo effundit vbertim: atqꝫ ineffabiliter eructat ad dominū: tanta promēs in illo breuissimo temporis pūcto: quanta nec eloqui facile: nec mēs percurrere in semetipsam reuersa preualeat. Quem statum dominus quoqꝫ inter illarum supplicationum formulas: quas vel solus in monte sedens vel tacite fudisse describitur: similiter figurauit cum in oꝛonis agonia constitutus: etiam guttas sanguinis inimitabili intentionis profudit exemplo.

De diuersis compunctionum causis. Capitulum. xxvj.

Quis vero possit diuersitates ⁊ causas ip̄as atq; origines cōpunctionū quantalibet experientia p̄ditus sufficienter exponere: q̄bus inflammata mens atq; succēsa: ad orōnes puras ac feruētissimas incitat̄. Quar̄ pauca quātū potuerim⁹ ad p̄ns p̄ illuminationē dn̄i reminisci: exempli gratia p̄ponemus. Nonnūq̄ etenim psalmi cuiuscūq; versiculus occasionē orationis ignite decantantib⁹ nobis p̄buit: interdum canora fraterne vocis modulatio ad intentā supplicationē stupētiū animos excitauit. Nouim⁹ q̄z distinctionē grauitatēq; psallentis: etiā astantib⁹ plurimū cōtulisse feruoris: necnō exhortatio viri p̄fecti: ⁊ collatio spiritalis: frequēter ad vberrimas preces iacentiū erexit affectū. Scimus etiam fratris seu chari cuiuslibet interitu non minus nos ad plenā cōpunctionē fuisse raptatos. Recordatio q̄z tēporis ac negligētie: nr̄e nōnūq̄ nobis salutarē spiritus inuexit ardorē. Atq; in hūc modū nulli dubiū est occasiones innumeras non deesse: quibus p̄ dei gratiam tepor ac somnolentia nostrarū mentium valeat excitari.

¶ De varijs compunctionum qualitatib⁹. Ca. xxvij.

Quemadmodū vero vel quibus modis isteip̄e cōpunctiones de intimis aīe cōclauib⁹ p̄ferant̄: nō minoris difficultatis est indagare. Frequēter em̄ p̄ ineffabile gaudiū ⁊ alacritatem spiritus: saluberrime cōpunctionis fruct⁹ emergit: ita vt etiam in clamores quosdā intolerabilis gaudij immēsitate prorumpat: ⁊ cellam vicini iocūditas cordis ⁊ exultationis penetret magnitudo. Nōnunq̄ vero tanto silentio mens intra secretum p̄funde taciturnitatis abscondit̄ vt omnē penitus sonum vocis stupor subite illuminationis includat: omnesq; sensus attonitus spiritus: vel contineat intrinsecus vel emittat: ac desideria sua gemitib⁹ inenarrabilib⁹ effundat ad deū. Interdū vero tāta cōpunctionis abundantia ac dolore suppletur vt alias eā digerere nisi lachrymarū euaporatione non possit.

¶ Interrogatio de eo q̄ non sit in nostra potestate profusio lachrymarū. Capitulum. xxviij.

Germanus. Hunc quidē cōpunctionis affectum ex p̄te aliqua: mea quoq; exiguitas nō ignorat. Frequenter em̄ recordatione delictorū meor̄ obortis lachrymis: ita sum hoc ineffabili vt prefatus es gaudio: visitante dn̄o: vegetatus: vt desperare me illorum veniam non debere: leticie ip̄sius magnitudo dictaret. Quo statu nihil reor eē sublimi⁹: si reparatio eius nostro subiaceret arbitrio. Nā nōnunq̄ cupiens ad similē me lachrymarū compūctionem totis viribus excitare: omnesq; errores meos atq; peccata ante oculos statuens: vbertatem illam fletuū reuocare non possuz: ⁊ ita oculi mei in modū cuiusdam durissime silicis predurant̄: vt nulla prorsus ex eis humoris gutta distillet ⁊ ideo quantum mihi in illa lacrimarum pro

fusione cōgaudeo: tantū doleo ꝙ illam cum voluero recuperare non valeam.

¶ Responsio de diuersitate compunctionū que per lachrymas digeruntur. Capitulum.xxix.

Isaac. Nō omnis lachrymarum profusio vno affectu vel virtute depromit. Aliter enī ille emanat fletus qui peccatorū spina cor nostrum compūgente profertur: de quo dicitur. Laboraui in gemitu meo: lauabo ꝑ singulas noctes lectum meum: lachrimis meis stratum meum rigabo. Et iterum Deduc quasi torrentem lachrymas per diem ⁊ per noctem ⁊ nō des requiem tibi: neq; taceat pupilla oculi tui. Aliter qui de cōtemplatione eternorū bonorū: ⁊ desiderio illius future claritatis exoritur: pro qua etiā vberiores lachrymarū fontes de intolerantia gaudij ⁊ alacritatis immensitate prorūpunt dum sitit anima nostra ad deum fontem viuum: dicens. Quando veniā ⁊ apparebo ante conspectum dei: fuerunt mihi lachryme mee panes die ac nocte: cuz eiulatu quotidie ⁊ lamentatione proclamans. Heu mihi: quoniam incolatus meus prolongatus est ⁊ multum incola fuit anima mea. Aliter ꝓfluunt lachryme que absq; vlla quidem taliū criminū conscientia: sed tamen de metu gehenne ⁊ horribilis illius iudicij recordatione ꝓcedūt: cuius terrore propheta ꝑculsus orat ad deū. Nō intres inquiens in iudicio cum seruo tuo: qr nō iustificabitur in cōspectu tuo oīs viuens. Est etiā aliud lachrimarū genus: qđ nō ꝑ sua ꝯscīa sz pro aliena duricia peccatisq; generat: q̄ samuel saulē: q̄ illāq; hierusalem: vel in preteritis hieremias: vel in euangelio dn̄s fleuisse describit ita dicēs. Quis dabit capiti meo aquā ⁊ oculis meis fontē lachrymarū: ⁊ plorabo in die ⁊ in nocte interfectos filie ppl̄i mei. Vel certe q̄les ille sūt lachryme de q̄bus in psalmo cētesimoprimo canit. Quia cinerem sicut panē māducaui: ⁊ potum meum cum fletu miscebam. Quas certum est non illo affectu promi quo in sexto psalmo ex persona penitentis emergunt sed pro anxietatibus vite huiusatq; augustijs ⁊ erumnis: quibus iusti in hoc mundo positi depmunt. Qđ etiā psalmi ipsius nō solū textus sz etiā titulus euidēter ostendit: q̄ ex persona pauperis illius de quo in euangelio dicit. Beati pauperes spiritu qm̄ ipsorū est regnū celorū: ita describit. Oratio pauperis cum anxiatus fuerit: ⁊ coram deo effuderit precez suā. Ab his ergo lachrymis multū distāt ille que obdurato corde de siccis oculis exprimūtur q̄s scz nō penitus infructuosas eē credamus: bono enī ꝓposito earū attemptatur emissio: ab his p̄sertim qui necdū vel ad sciam ꝑuenire ꝑfectam: vel pristinoꝝ seu presentiū vitiorum potuerūt ad purū labe mundari.

Ps. 6. Threñ. 2. Psal. 41. Psal. 119. Psal. 142. Hiere. 9. Mat. 5.

¶ De eo ꝙ elici non debeant lachryme quando non spontanee proferuntur. Capitulum. xxx.

a B his tamē qui in affectū iam trāsiere virtutū: neq̄uaq̄ debet hoc modo extorqueri ꝓfusio lachymarū: nec exterioris hominis magnopere affectandi sunt fletus: qui etiā si fuerint vtcunq̄ ꝓducti: nunq̄ pertingere ad illā spontanearū lachrymarū poterunt vbertatem. Magis eñ supplicantis animū suis conatibus distrahētes: humiliabunt atq̄ ad ima demergent: ⁊ ab illa celesti sublimitate deponēt: in qua attonita mens orantis indeclinabiliter debet esse defixa: eamq̄ compellent precū suarū intentione laxata: erga steriles ⁊ coacticias lachrymarum guttulas egrotare.

¶ Sententia abbatis Antonij super orationis statu. Capitulum.xxxj.

e T'vt orationis vere percipiatis affectū: nō meā vobis sed beati antonij sententiā proferā. Quē ita nonnunq̄ in oratione nouimus perstitisse: vt eodē in excessu mentis frequenter orante: cum solis ortus cepisset infundi: audierimus eum in feruore spiritus proclamantē. Quid me impedis sol: qui ad hoc iam oriris: vt me ab huius veri luminis abstrahas claritate. Cuius etiā hec quoq̄ est super orationis fine: celestis ⁊ plus q̄ humana sententia. Nō est inquit perfecta oratio in qua se monachus vel hocipsuz quod orat intelligit. Et vt nos quoq̄ ꝟm mensuram tenuitatis nostre huic admirande sententie superadijcere aliquid audeamus: orationis que exaudit̄ a domino inquantum experti sumus: indicia proferemus.

¶ De exauditionis indicio. Capitulū.xxxij.

c Um orantes nos nulla interpellauerit hesitatio: ⁊ fiduciam petitionis nostre quadam desperatione deiecerit: sed obtinuisse nos hora ipsa orationis effusione quod poscimus: senserimus: non ambigamus preces nostras ad deū efficaciter penetrasse. Tantuz enim quis exaudiri atq̄ obtinere merebitur: quantum vel inspici se a deo: vel deum crediderit posse prestare. Irretractabilis nanq̄ est domini nostri illa sententia. Quecunq̄ orantes petitis: credite quia accipietis ⁊ venient vobis. Marci.ii.

¶ Obiectio ꝙ predicte exauditionis fiducia tantum sanctis conueniat. Capitulum.xxxiij.

g Ermanus. Hanc exauditionis fiduciā nimirū de conscientie puritate credimus emanare. Ceterū nos quoruz cor adhuc peccatorū spina compungit: quemadmodum eam habere possumus nullis patrocinantibus meritis: quibus exaudiendas orationes nostras fiducialiter presumamus.

¶ Responsio de diuersis exauditionum causis. Capitulum.xxxiiij.

Saac. Diuersas exauditionū causas esse ꝑm animaꝝ di
uersuꝫ ac variū statū euāgelica siue ꝓphetica testant̄ elo
quia. Habes em̄ in duorū cōsensione fructū exauditio-
nis dn̄ica voce signatū: ꝑm illud. Si duo ex vobis: ꝯsenserint Matth. 18.
super terrā: de omni re quācūq; petierint: fiet illis a patre meo q̄
in celis est. Habes aliaꝫ in fidei plenitudine que grano sinapis
comparat̄. Si em̄ inquit habueritis fidē sicut granū sinapis: Eiusdē. 19.
dicetis monti huic: trāsi hinc ⁊ trāsibit: ⁊ nihil impossibile erit
vobis. Habes in assiduitate orationū quā ꝓpter indefessam pe
titionum perseuerantiā: importunitatē sermo dominicus nomi
nauit. Amē em̄ dico vobis: quia si non ꝓpter amicitiam: vel ꝓ Luce. 11.
pter importunitatē eius surget ⁊ dabit ei quantū opus habue-
rit. Habes in elemosynarū fructu: Include inquit elemosynā in Eccli. 29.
corde pauperis: ⁊ ipsa orabit ꝓ te in tempore tribulatiōis. Ha
bes in emēdatione vite ⁊ operibus misericordie: ꝑm illud. Dis Esa. 58.
solue colligationes impietatis: solue fasciculos deprimentes.
Et post pauca quib⁹ infructuosa ieiunij sterilitas castigat̄. Tūc
inquit inuocabis ⁊ dominus exaudiet te: ⁊ clamabis ⁊ dicet.
Ecce assum. Nonnunq̄ sane exaudiri etiam tribulationū nimie
tas facit. ꝑm illud. Ad dominū cum tribularer clamaui ⁊ exau Ps. 119.
diuit me. Et iterū. Ne afflixeritis aduenam: qui si clamauerit Exo. 22.
exaudiā eū: quia misericors sum. Uidetis ergo quot modis obti
neat̄ exauditiōis gratia: vt nullus ad impetrāda ea que saluta
ria sunt ⁊ eterna: cōscientie sue desperatione frangat̄. Ut enim
miseriarū nostrarū cōtemplatione cōcedamus nos omnibus il-
lis quas supra memorauimus penitus destitutos esse virtuti-
bus: ⁊ nec illā nos habere laudabilem duorū consensionē: nec
illam fidem grano sinapis comparataꝫ: nec illa opera pietatis
que ꝓpheta describit: non vel importunitatē que omni volenti
suppeditat habere non possumus. Per quā etiam solā si non ꝓ
amiciciarū merito atq; virtutum: interpellationis assiduitate
daturum se dominus quicquid oratus fuerit: repromittit. Et id
circo absq; hesitationis infidelitate p̄cibus insistendū est. ꝯtē-
turosq; nos earū iugitate cūcta q̄ ꝑꝫ deū poposcerimus minime
dubitandum. Hortat̄ em̄ nos dominus: volens ea que sunt eter
na celestiaq; prestare. vt eū importunitate nr̄a quodāmodo co-
artemus: qui importunos nos nō mō nō despicit nec refutat: sed
etiā inuitat ⁊ laudat. eisq; prestiturū se quicquid perseueranter
sperauerint benignissime pollicetur dicens. Petite ⁊ accipietis
querite ⁊ inuenietis: pulsate ⁊ aperiet̄ vobis. Omnis enim qui Luce. 11.
petit: accipit: ⁊ qui querit: inuenit: ⁊ pulsanti aperiet̄. Et iterū.
Omnia quecunq; petieritis in oratione credētes accipietis: et
nihil impossibile erit vobis. Et idcirco si cūcte nos exauditionū Mat. 21.
quas prediximus cause omnino deficiūt: saltez anime importu
nitatis instantia: que absq; vlla vel meriti vel laboris difficulta
te in cuiuscūq; volentis sita est potestate. Pro certo aūt nō exau

diendū se supplicās quisq; nō dubitet cū se dubitauerit exaudiri
Hic dilucide manifestatq; infatigabiliter deū debeamus orare ⁊
nō deficere. Quod aūt infatigabiliter domino supplicandū sit:
etiā illo beati danielis docemur exemplo: q; nō exauditus a pri
ma die qua cepit orare: post primā ⁊ vicesimā diem cōsequit̄ sue
petitionis effectū. Uñ nō debemus nos q̄ a cepta orationū no-
strarū intētione cessare: si nos exaudiri tardius senserimus: ne
forte aut exauditiōis gr̄a dispensatione dñi vtiliter differat̄: aut
angelus diuinū ad nos bñficiū delatur⁹: a facie oīpotētis egres-
sus resistēte diabolo remoret̄: quē certū est trāsmissum muneris
desideriū ingerere nō posse: si nos a ꝓposite petitionis intentiōe
cessasse reppererit. Qd̄ etiā supradicto ꝓphete ꝓculdubio acci-
dere potuisset: nisi virtute incōparabili in primū atq; vicesimuz
diem orationū suarū perseuerātiā ꝓtelasset. Ab huius igit̄ fidei
cōfidentia: nulla penitus desperatione frāgamur: cū orationem
nr̄az nos obtinuisse minime senserimus: nec hesitemus sup dñi
Mat. 21. sponsione dicētis. Omnia quecūq; petieritis in or̄one credentes
accipietis. Retractare nāq; nos cōuenit illā beati iohānis euā-
1. Joh. 5. geliste sniam: qua ambiguitas huius questionis euidēter absol
uit̄. Hec est inquit fiducia quā habemus ad deū: qr quicquid pe
tierimus s̄m voluntatē eius: audit nos. Ergo sup his tm̄ plenā
nos ⁊ indubitabilē iussit exauditionis habere fiduciā: q̄ nō no
stris cōmodis nec solacijs tēporalib⁹: sed dñi cōgruūt volūtati.
Roma. 8. Qd̄ ēt in oratiōe dñica admiscere p̄cipimur dicētes. Fiat volun
tas tua scz nō nostra. Si em̄ ⁊ illud apl̄i recordemur. Qm̄ quid
oremus s̄m quod oportet: nescimus: intelligimus nos nōnun-
q̄ saluti nostre contraria postulare: ⁊ cōmodissime nobis ab eo
qui vtilitates nostras rectius q̄ nos ac veracius intuetur: ea q̄
poscimus denegari. Quod illi quoq; magistro gentium accidis-
se non dubiū est: cum oraret auferri a se angeluz sathane qui vti
liter ad colaphisandū eum appositus fuerat domini voluntate
2. Co. 12. dicens. Propter quod ter dominū rogaui vt discederet a me: et
dixit mihi. Sufficit tibi gratia mea: nā virtus in infirmitate p̄
ficitur. Quem sensum etiā dominus orans ex persona hominis
assumpti: vt formā q̄ orandi nobis quēadmodū ⁊ cetera suo pre
Mat. 26. beret exemplo: ita cū oraret expressit. Pater si possibile est tran
seat a me calix iste: verūtamen non sicut ego volo sed sicut tu: cū
Eiusdē. 18. vtiq; eius a p̄ris volūtate nō discreparet voluntas. Uenerat em̄
Marci. 10. saluare quod perierat. ⁊ dare animā suā redemptionē pro mul-
Johā. 10. tis: de qua ipse dicit. Nemo tollit animam meam a me: sed ego
pono eam a meipso. Potestatem habeo ponēdi eam: ⁊ potesta
tem habeo iterum sumendi eam. Ex cuius persona super vnita-
te voluntatis sue quā cū p̄re iugiter possidebat: per bim̄ q̄ da-
uid in psalmo. xxxix. ita cantatur. Ut facerē voluntatē tuā deus
Johā. 3. meus volui. Nā ⁊ si de p̄re legimus. Sic em̄ deus dilexit mun
dū vt vnigenitū filiū suū daret: ⁊ de filio nihilominus inuenim⁹

Qui dedit semetipsum pro peccatis nostris. Et quēadmodū de illo refertur. Qui etiā ꝓprio filio suo non pepercit: sed ꝑ nobis omnib⁹ tradidit eū: ita de isto narrat. Oblat⁹ est qꝛ ipe voluit. Et ita patris ⁊ filij volūtas vna ꝑ oīa designat: vt etiā in ipo resurrectiōis dñice sacramēto operatio non dissona fuisse doceat. Nā sicut resurrectionē corꝑis eius patrē opatū btūs apl's predicat dicēs. Et deū patrē qui suscitauit eū a mortuis: ita filius suscitaturū se templū sui corporis ꝓtestatur. Soluite inquiēs tēplū hoc: ⁊ ego in trib⁹ dieb⁹ suscitabo illud. Et idcirco his que ꝑdiximus exēplis dñicis eruditi: cunctas obsecrationes nostras simili, nos quoqꝫ debemus oratione cōcludere: ⁊ hāc vocē cunctis petitionibus nostris semꝑ adiungere. Uerūtū nō sicut ego volo sed sicut tu. Satis vero constat illum trine curuatiōis numerū qui solet in cōgregatione fratrū ad cōcludendā synaxim celebrari: eū qui intento animo nō supplicat obseruare non posse.

Gal. 1. Roma. 8. Esa. 53. Gal. 1. Johā. 2. Mat. 26.

De oratione intra cubiculum ⁊ clauso ostio deferenda. Capitulum. xxxv.

Ante oīasane illud euāgelicū preceptū diligenti⁹ obseruādū est vt intrātes in cubiculū nostrū: clauso ostio nostro oremus patrē nostrū: qđ a nobis ita implebit. Intra nostrū cibiculū supplicamus: cum ab omniū cogitationū sine sollicitudinū strepitu cor nostrū penitus amouētes: secreto quodāmodo ac familiariter ꝑces nostras dño reseramus. Clauso oramus ostio: cū strictis labijs omniqꝫ silentio supplicamus: nō vocū sed cordiū scrutatori. In abscondito oramus qñ corde tantū ⁊ intenta mēte petitiones nostras soli pandimus deo: ita vt ne ipse quidem aduerse valeāt potestates genus nostre petitionis agnoscere. Propter quod cū summo est orandū silētio: nō solum ne fratres astantes nostris susurrijs vel clamorib⁹ auocemus: ⁊ orantiū sensus obstrepamus: sed vt ipsos quoqꝫ inimicos nostros qui orantib⁹ nobis maxime insidiantur: lateat nostre petitionis intentio. Ita eñ preceptum illud implebimus. Ab ea que dormit in sinu tuo custodi claustra oris tui.

Mat. 6. Michee. 7.

De vtilitate breuis ⁊ tacite orationis. Capi. xxxvj.

Ob qđ frequēter quidē sed breuiter est orandū: ne immorantibus nobis locū vel tēpus: inserere aliq̄d nr̄o cordi insidiator possit inimicus. Istud nāqꝫ est sacrificiū verū qꝛ sacrificiū deo spūs cōtritus. Hec salutaris oblatio: ista sunt pura libamina: istud sacrificiū iusticie: istud sacrificiū laudis: he sunt vere ac pingues hostie: iste sunt holocaustomata medullata: que contritis ⁊ humilitatis cordibus offerunt: queqꝫ hac qua diximus disciplina ⁊ intentione spūs exhibentes: efficaci poterimus virtute cantare. Dirigatur oratio mea sicut incensus in ꝯspectu tuo: eleuatio manuū mearū sacrificiū vespertinū. Qđ ēt nos oportuna ꝯmonet deuotiōe ꝑsoluere: hore ipius ac noctis

Ps. 50. Ps. 140.

aduentus: de quo quidem licet pro tenuitatis nostre mensura multa prolata videant: diuq; sit protracta collatio: pro sublimitate tñ ac difficultate materie: paucis admodū credimus disputatus. His sancti isaac sermonibus stupefacti potius q̄ repleti: vespertina synaxi celebrata: sopore paululū membra laxauimus: primoq; diluculo sub placito plenioris tractatus iterum reuersuri: ad nostra discessimus: tam de preceptorum acquisitione q̄ de promissorum satietate gaudentes. Excellentiam si quidem orationis nobis tantummodo premonstrata: ordinem vero atq; virtutem qua etiam perpetuitas eius vel acquirenda: est vel tenenda: necdū nos integre percepisse illius disputationibus senseramus.

¶ Explicit collatio prima abbatis isaac de orationis qualitate.

¶ Incipit annotatio capitulorum collationis secunde eiusdem senis de orationis iugitate.

Ca.ſ. ¶ Prohemiale.

ij De consuetudine q̄ super significatione pasche intra egypti proninciam retentatur.

iij De abbate serapione t anthropomorfitar; hereſi quam simplicitatis errore contraxit.

iiij De reditu nostro ad abbatem isaac: t inquisitione erroris quem senex predictus incurrit.

v ¶ Responsio de origine hereseos superius comprehense.

vj Quibus ex causis vnicuiq; nostrum aut humilis christus iesus aut glorificatus appareat:

vij In quo noster finis seu perfecta beatitudo consistat.

viij Interrogatio super eruditione perfectionis: p quā possimus ad perpetuam dei memoriam peruenire.

ix ¶ Rsio de efficacia intellectus: q̄ per experientiā colligit.

x De institutione orationis perpetue.

xj De perfectione orationis ad quam predicta traditione conscenditur.

xij Interrogatio quemadmodum spiritales cogitationes immobiliter teneantur.

xiij De mutabilitate cogitationum.

xiiij ¶ Responsio quemadmodum stabilitas cordis seu cogitationum possit acquiri.

¶ Explicit annotatio capitulorum.

¶ Incipit collatio secunda abbatis isaac de orationis iugitate.

¶ Prohemiale Capitulum.j.

Inter hec anachoretarum instituta sublimia: quæ vtcumque donante deo licet imperito digesta sunt stillo: quiddam nos interserere atque contexere: quod velut pulchro corpori nevum quendam videatur apponere: narrationis ipsius ordo compellit: quamquam non dubitemus ex hoc ipso non minimam instructionem super omnipotentis dei quæ in Genesi legitur imagine: quibusque simplicioribus conferendam: prefertim cum tanti dogmatis causa vertatur: vt error seu ignoratio eius sine ingenti blasphemia: et catholice fidei detrimento esse non possit.

De consuetudine que super significatione pasche intra egypti prouinciam retentatur. Capitulum.ii.

Intra egypti regionem mos iste antiqua traditione seruatur: vt peracto epiphaniorum die: quem prouincie illius sacerdotes vel dominici baptismi: vel secundum carnem natiuitatis esse definiunt: et idcirco vtriusque sacramenti solennitatem non bifarie vt in occiduis prouincijs: sed sub vna diei huius festiuitate concelebrant: epistole pontificis Alexandrini per vniuersas dirigantur egypti ecclesias: quibus et initium quadragesime et dies pasche non solum per ciuitates omnes sed etiam per vniuersa monasteria, designentur. Secundum hunc igitur morem post dies admodum paucos quam superior cum abbate Isaac fuerat agitata collatio. Theophili predicte vrbis episcopi solennes epistole commearunt: quibus cum denunciatione paschali contra ineptam quoque anthropomorphitarum heresim longa disputatione disseruit: eamque copioso sermone destruxit. Quod tanta est amaritudine ab vniuerso propemodum genere monachorum: qui per totam prouinciam egypti morabantur: pro simplicitatis errore susceptum: vt econtrario memoratum pontificem velut heresi grauissima deprauatum: pars maxima seniorum ab vniuerso fraternitatis corpore decerneret detestandum: quod scilicet impugnare scripture sancte sententiam videretur: negans omnipotentem deum humane figure compositione formatum: cum ad eius imaginem creatum adam scriptura manifestissime testaretur. Denique et ab his qui erant in eremo scythie commorantes: quique perfectione ac scientia omnibus qui erant in egypti monasterijs preminebant: ita est hec epistola refutata: vt preter abbatem Pafnutium nostre congregationis presbyterum: nullus eam ceterorum presbyterorum qui in eadem eremo alijs tribus ecclesijs presidebant: nec legi quidem ac recitari in suis conuentibus prorsus admitterent.

De abbate Serapione et anthropomorphitarum heresi quam simplicitatis errore contraxit. Cap.iii.

Inter hos ergo qui hoc detinebantur errore fuit antiquissime districtionis, atque in actuali disciplina per omnia consumatus nomine Serapion: cuius imperitia super predicti dogmatis opinione tantum preiudicabat cunctis veram tenentibus

fidē: quantū ipse vel vite merito vel antiquitate temporis oēs fere monachos anteibat. Cūq; hic sancti presbyteri Pafnutij multis adhortationibus ad tramitē recte fidei nō posset adduci eo q̄ nouella ei hec persuasio: nec ab anterioribꝰ aliqñ cōperta vel tradita videret: accidit vt quidā diaconꝰ summe sciētie vir nomine Photinus desiderio videndi fratres qui in eremo eadē cōmanebāt de capadocie ꝑtibꝰ aduenirет. Quem beatus pafnutius summa gratulatione suscipiens: ad cōfirmationē fidei que fuerat predicti pontificis litteris cōprehensa producēs in mediū: corā cūctis fratribus sciscitat: quēadmodū illud qđ in Genesi dicit. Faciamus hoīem ad imaginē ⁊ similitudinē nostrā: catholice totiꝰ orientis interpretarent ecclesie. Cūq; ille nō ꝑm humilē littere sonū sed spiritalr imaginē dei ac similitudinē tradi ab vniuersis ecclesiaꝝ principibus explanaret: idq; copioso sermone ac plurimis scripturaꝝ testimonijs approbaret: ne posset in illā immēsam ⁊ incōprehēsibilē atq; inuisibilē maiestatē aliq̄d huiusmodi cadere qđ hūana cōpositione valeat ac similitudine circūscribi: quippe q̄ incorporea ⁊ incōposita simplexq; natura sit: queq; sicut oculis deprehēdi ita mēte nō valeat estimari tandē senex multis ac validissimis doctissimi viri assertionibꝰ motꝰ: ad fidē catholice traditionis attractꝰ ē. Cūq; sup hoc eius assensu: infinita vl abbatē pafnutiū vel nos oēs leticia repleuisset: q̄ scz virū tāte antiquitatis tātisq; virtutibꝰ cōsummatū: imperitia sola ⁊ simplicitate rusticitatis errātē: nequaq̄ vsq; ad finē deuiare dominus a tramite recte fidei ꝑmisisset: ⁊ pro gratiarūactione surgētes preces dño pariter funderemus: ita est in orone senex mēte cōfusus: eo q̄ illā antropomorphon imaginē deitatis quā proponere sibi in oratione ꝯsueuerat aboleri de suo corde sentiret: vt in amarissimos fletus crebrosq; singultus repente prorumpens: in terrāq; prostratꝰ: cū eiulatu validissimo proclamaret. Heu me miserū: tulerūt a me deū meū ⁊ quē nūc teneā non habeo: vel quē adorē aut interpellē iam nescio. Sup qua re valde ꝑmoti: necnō etiā preterite collationis virtute adhuc in nostris cordibus insidente: ad abbatez Isaac rediuimꝰ: quē cominus intuētes his sermonibꝰ adorsi sumus.

Gen. 5.

De reditu nostro ad abbatem Isaac: ⁊ inquisitione erroris quē senex predictus incurrit. Cap. iiij.

Licet nos etiā citra eius rei q̄ nuper oborta est nouitatē preterite collationis q̄ super orationis statu digesta est: desideriū recurrere ad tuā beatitudinē postpositis oībꝰ inuitaret: adiecit tñ aliquid huic cupiditati etiam abbatis serapionis tā grauis error: neq̄ssimoꝝ vt arbitramur demonū calliditate cōceptꝰ. Nō enim parua desperatione deijcimur: considerantes eū labores tātos quos ꝑ quinquaginta annos in hac eremo laudabiliter exegit ignorantie huius vitio nō solum pe-

nitus perdidisse: sed etiã ꝑpetue mortis incurrisse discrimẽ. Unde ergo vel cur ei hic tã grauis error irrepserit: primũ desideramꝰ agnoscere: deinde quesumus edoceri: quẽadmodũ ad illã orationis qualitatẽ: de qua pridẽ nõ solũ copiose sꝫ etiã magnifice disputasti ꝑuenire possimus. In hoc eniꝫ profecit in nobis admirabilis illa collatio vt stuporẽ tantũmõ mẽtis incuteret: nõ quẽadmodũ eã ꝑficere vel apprehendere valeremus ostenderet.

¶ Responsio de origine hereseos superius comprehense. Capitulum. v.

Isaac. Non est mirandũ hoiem simplicissimũ: ⁊ de substantia ac natura diuinitatis nunq̃ penitꝰ eruditũ: rusticitatis vitio ⁊ ꝯsuetudine erroris antiq̃ vsq̃ nũc detineri vel decipi potuisse: ⁊ vt verius dicã in errore pristino ꝑdurare: q̃ nõ recẽti sicut putatis demonũ illusione: sed ignorantia pristine gẽtilitatis infert: dũ ſm ꝯsuetudinẽ erroris illiꝰ quo demones hoium figura cõpositos excolebãt: nunc q̃ illã incõprehensibilẽ atq̃ ineffabilẽ veri numinis maiestatẽ sub circunscriptione alicuiꝰ imaginationis existimẽt adorandã: nihil se tenere vel hr̃e credẽtes: si ꝓpositã nõ habuerint imaginẽ quãdã quã in supplicatione positi iugiter interpellẽt: eãq̃ circũferãt mẽte: ac pre oculis teneãt semꝑ affixã. Suꝑ quoꝝ hoc errore cõpetenter dirigit̃ illa sentẽtia. Et mutauerũt gl̃iam incorruptibilis dei in similitudinem imaginis hominis corruptibilis. Hieremias quoq̃. Populus inquit meus mutauit gloriã suã in idolũ. Qui error licet origine hac qua diximus quorũdã sensibꝰ sit inolitꝰ: nihilominus tñ in illoꝝ quoq̃ animis q̃ nũq̃ gentili suꝑstitione polluti sunt: sub colore testimonij huius quo dicit̃. Faciamꝰ hoiem ad imaginez ⁊ sil̃itudinẽ nostrã: imperitia seu rusticitate faciente contractus est: ita vt etiã heresis que dicitur anthropomorphitaruꝫ sub occasione detestande huius interpretationis emerserit: que immensam illã ac simplicẽ diuinitatis substãtiã liniamentis nostris: ⁊ humana figuratione compositam pertinaci peruersitate contendit: quam tamen si quis fuerit catholicis dogmatibꝰ institutus: vt gentilẽ blasphemiã detestabitur: ⁊ ita ad illam orationis purissimã perueniet qualitatẽ: que nõ solum nullam diuinitatis effigiem: nec liniamẽta corporea (qđ dictu quoq̃ nefas est) in sua supplicatione miscebit: iꝫ nec vllã quidem in se memoriam dicti cuiusq̃ vel facti speciem seu formam cuiuslibet characteris admittet.

Roma. j.
Hiere. ij.
Gen. j.

¶ Quibus ex causis vnicuiq̃ nostrum: aut humilis christus iesus: aut glorificatus appareat. Cap̃. vj.

Secundũ mensurã nãq̃ puritatis sue sicut suꝑiore collatione prefatꝰ sum: vnaqueq̃ mẽs in or̃one sua vel erigit̃ vel formatur: tm̃ scꝫ a terrenaꝝ ac materialiũ reꝝ cõtem

platione discedens: quantum ea status sue puerperij puritatis: fecerit̃q; iesum vel humilē adhuc t carneū: vel glorificatum t in maiestatis sue gloria venientē: internis obtutibus anime pernideri. Nō enim poterunt iesum intueri venientē in regno suo: qui adhuc sub illa quodāmodo iudaica infirmitate detēti: non
2. Cor. 5. quennt dicere cum apostolo. Et si cognouimus sm carnē christū sed, nūc iam nō nouimus. Sed illi soli purissimis oculis diuinitatē ipsius speculanť: qui de humilibus ac terrenis operibus t cogitationibus ascendentes: cum illo secedūt in excelso solitudinis monte: qui liber ab omniū terrenarū cogitationū ac perturbationū tumultu: t a cunctorū vitiorum pmixtione secretus fide purissima ac virtutū eminentia sublimatus: gloriam vultus eius ac claritatis eius reuelat imaginem bis qui merentur cum mūdis anime obtutibus intueri. Æternum videt iesus etiā ab his qui in ciuitatibus t castellis ac viculis cōmorant̃: id est qui in actuali cōuersatione sunt atq; in operibus constituti: sed non in illa claritate qua illis apparuit qui cum ipso possunt in p̄dicto virtutū monte cōscendere: id est petro iacobo t Ioanni. Ita essi in solitudine t moysi apparuit: t belie locutus est. Qō volens noster dominus confirmare ac pfecte nobis relinquere puritatis exempla: t quidē cū ipse fons inuiolabilis sanctitatis ad obtinendā puritatē secessionis: aditorio ac solitudinis bñficio extrinsecus non egeret: non enim poterat vllis turbarum sordibus puritatis plenitudo maculari: nec contaminari humano consortio qui vniuersa polluta mundat atq; sanctificat: secessit tamen solus in montem orare: per hoc scilicet nos instruēs sue secessionis exemplo: vt si interpellare nos quoq; voluerimus deū puro t integro cordis affectu: ab omni inquie
1. Cor. 15. tudine t confusione turbarū similiter secedamus: vt in hoc corpore cōmorantes ad similitudinē quandā illius beatitudinis q̄ in futuro repromittit̃ sanctis: vel ex pte aliqua nos aptare possimus: fitq; nobis omnia t in omnibus deus.

¶ In quo noster finis seu pfecta beatitudo consistat. Capitulum. vij.

Joan. 17. Ibidem
Hunc essi pfecte cōsummabitur in nobis illa nostri salua t torīs oratio: qua pro suis discipulis orauit ad patrem dicēs. Ut dilectio q̄ dilexisti me: in eis sit: t ipsi in nobis. Et iterum. Ut omnes vnum sint: sicut tu pater in me t ego in te: vt t ipsi in nobis vnū sint quando illa dei perfecta dilectio qua pior nos ille dilexit. in nostri quoq; transierit cordis affectū: hac dñica oratione cōpleta quā credimus nullo modo posse cassari. Qō ita fiet cum omnis amor: omne desiderium: omne studium: omnis conatus: ois cogitatio nostra: omne quod videmus: quod loquimur: quod speramus: deus erit. Illaq; vnitas que nunc est patris cum filio; t filij cum patre: in nostrum

fuerit sensum mentesq; transfusa: id est vt quemadmodum nos ille sincera ⁊ pura atq; indissolubili diligit charitate: nos quoq; ei perpetua ⁊ inseparabili charitate iungamur: ita scz eidē copulati: vt quicquid speram⁹: quicqd intelligimus: quicqd loqmur deus sit: in illū inq̄ ꝑueniētes quē ꝑdiximus finem: quē idē dn̄s orans in nobis optat impleri: vt omnes sint vnū sicut nos vnū sumus: ego in eis ⁊ tu in me: vt sint ⁊ ipsi cōsummati in vnū. Et iterum. Pater quos dedisti mihi: volo vt vbi ego sum ⁊ ipsi sint mecū. Hec igit̄ destinatio solitarij: hec debet esse oīs intētio: vt imaginē future beatitudinis in hoc corpore possidere mereatur ⁊ quodāmō arrā celestis illius cōuersationis ⁊ gloria incipiat in hoc vasculo pregustare. Hic inq̄ finis totius ꝑfectionis est: vt eo vsq; extenuata mēs ab oī situ carnali ad spiritalia quotidie sublimet̄: donec oīs eius cōuersatio oīs volutatio cordis: vna ⁊ iugis efficiatur oratio. Ibidem.

¶ Interrogatio sup̄ eruditione ꝑfectionis: ꝑ quā possimus ad ꝑpetuam dei memoriā ꝑuenire. Capi. viij.

Germanus. Maior nobis ad preterite collationis illi⁹ admirationē ob quā huc recurrimus magnitudo stuporis accrescit. Quātū eñ incitamēto doctrine huius ad desideriū ꝑfecte beatitudinis inflāmamur: tantū maiore desperatione cōcidimus: ignorātes quēadmodū disciplinā tante sublimitatis expetere vel obtinere possimus. Quapropter q̄ in cella positi diuina meditatione voluere cepamus: qr necesse est loquaci forsitā ꝓsecutione ꝓferri: quesum⁹ vt explicari ea a nobis patienter admittas. Quāq̄ sciam⁹ beatitudinē tuā nullis offendi solere ineptijs infirmorū: q̄ vel ob hoc sunt in mediū ꝓferende: vt q̄ in eis absurda sunt: corrigant̄. Quātū itaq; opinio nostra sese hz: cuiuslibet artis seu discipline ꝑfectio: necesse est vt a quibusdā mollibus incipiens rudimētis: facilioribꝰ ꝑmo ac tenerrimis initijs imbuat̄: vt quodā rōnabili lacte nutrita paulatim educataq; succrescat: atq; ita ab imis ad summa sensim gradatimq; cōscendat: quib⁹ cū fuerit planiora ꝑncipia ⁊ quodāmō ianuas arrepte ꝓfessionis ingressa: ad penetralia quoq; ꝑfectionis ⁊ excelsa fastigia cōsequēter ⁊ absq; labore ꝑueniat. Nā quē admodū ꝓnūciare puerorū quispiaz simplices poterit copulas syllabarū: nisi prius elemētorū characteres diligēter agnouerit. Vel quō citatā legendi ꝑitiā consequetur: qui breues ⁊ ꝑangustas descriptiones nominū necdū est idoneus cōiugare. Qua autē rōne is q̄ ꝑitia grāmatice discipline minus instructus est vel rhetoricā facundiā: vel philosophicā sciam cōsequet̄. Quapropter huic quoq; sublimissime discipline ꝑ quam instruimur deo iugiter inherere: nō dubito quedā institutionis inesse fundamina: quibus primū firmissime collocatis: post hec supposita extollant̄ ꝑfectionis excelsa fastigia. Cuius hec esse principia te-

nuiter suspicamur: vt primū nouerimus qua meditatiōe teneat̄ vel cogitet̄ deus. Deinde hāc eandē quecūq; est materiā quēadmodū valeamus immobiliter custodire: qd̄ etiā nō ambigimus culmē totius ꝑfectionis existere. Et idcirco quādam memorie huius materiā qua deus mente concipit̄ vel ꝑpetuo teneat̄ nobis cupimus demōstrari: vt eā ꝑ oculis retentantes cū elapsos nos ab eadē senserim⁹: habeam⁹ in ꝓmptu quo resipiscētes ilico reuertamur: ac resumere illā sine vlla circuitus mora ⁊ inq̄sitionis difficultate possim⁹. Euenit nāq; vt cū de theorijs spiritalib⁹ euagati ad nosmetipsos velut de letali sopore cōuertimur: ⁊ tāq̄ exꝑgefacti materiā q̄rimus q̄ illā q̄ obruta est spiritalē memoriā resuscitare possim⁹ retardati ipsi⁹ inq̄sitionis mora: ꝑus q̄ reperiam⁹ eā a nr̄o conatu iterū deuoluamur: ⁊ anteq̄ spiritalis q̄dā pariat̄ intuitus: cōcepta cordis euanescat intētio. Quā cōfusionē idcirco nobis accidere satis certū est: qꝛ speciale aliquid ꝑ oculis ꝓpositū velut formulā quandā stabiliter nō tenemus: ad quā possit vagus animus post multos anfractus ac discursus varios reuocari: ⁊ post longa naufragia velut portū q̄etis intrare. Itaq; fit vt hac ignoratione ac difficultate mēs iugiter ꝑpedita: errabunda semꝑ ⁊ velut ebria ꝑ diuersa iactet̄: ⁊ ne illud quidē qd̄ casu potius q̄ industria sibimet occurrerit spiritale diu ac firmiter teneat: dū aliud ex alio semꝑ recipiens: sicut introitus eoꝝ atq; ꝑncipia: ita etiā finē discessumq; nō sentiat.

¶ Responsio de efficacia intellectus qui ꝑ experientiā colligitur. Capitulum.ix.

Isaac. Inquisitio vestra tā minuta atq; subtilis proxime puritatis ꝑsignat indiciū. Nec em̄ de his saltē interrogare: nō dicā intro aspicere atq; discernere q̄spiam ꝑualebit: nisi quē diligēs ⁊ efficax mētis industria ac sollicitudo ꝑuigil ad ꝑscrutandā istarū ꝓfunditatē ꝓuexerit questionū: castigateq; vite iugis intentio ꝑ exꝑientiā fecerit actualē: attēptare puritatis huius lumina ianuasq; pulsare. Et idcirco qm̄ video vos: non dicā pro foribus orationis illius vere de qua disserimus astitisse: sed ipsis quodāmodo exꝑientie manibus penetralia eius ⁊ interiora palpare: ⁊ quedā membra iamiamq; cōtingere: nec me laboraturū credo: vt iam intra aulam quodāmodo ipsius oberrātes in abdita quoq; inquantū dn̄s direxerit introducā: nec vos ad introspicienda hec que demōstranda sunt vllo difficultatis obstaculo retardandos. Proximus em̄ cognitioni est q̄ quid inquirere debeat prudēter agnoscit: nec a scientia longe est qui cepit intelligere quid ignoret. Et idcirco nō vereor notā ꝓditiōis vel leuitatis incurrere: si ea q̄ in suꝑiore tractatu de ꝑfectione orationis differens disputationi subtraxerā: ꝓpalauero: quoꝝ virtutū vobis in h̄ exercitio ac studio collocatis: etiā sine ministerio nr̄i sermōis ꝑ dei gr̄am arbitior fuisse reserādā.

De institutione orationis perpetue. Capitulū. x.

Quapropter ſm illā institutionē quā paruuloꝝ eruditio
ni prudētissime cōparastis: q̄ alias elementoꝝ traditio
nē primū ꝑcipere nō possunt: nec eoꝝ vel agnoscere li-
neas: vel intrepida manu q̄unt describere characteres q̄ pro ty
pis quibusdā: ⁊ formulis cere diligenter impressis: effigies eoꝝ
exprimere cōtēplatione iugi ⁊ quotidiana imitatione cōsuescant
huius q̄ spiritalis theorie tradenda vobis est formula: ad quā
semꝑ tenacissime vr̄m intuitū defigentes: vel eandem salubriter
voluere indirupta iugitate discatis: vel sublimiores intuitus
scandere illius vsu ac meditatiōe possitis. Hec igit̄ vobis huius
quā queritis discipline atq̄ orationis formula proponet̄: quā
vnusquisq̄ monachus ad iugem dei memoriā tendēs: incessabi
li cordis volutatione meditari: expulsa omniū cogitationū va-
rietate cōsuescat: q̄r nec alias eā vllo mō poterit retentare: nisi
ab omnibus fuerit corporalibus curis ac sollicitudinibus ab-
solutus. Que sicut nobis a paucis qui antiquissimorū patrū re
sidui erant tradita est: ita a nobis quoq̄ nō nisi rarissimis ac ve
re sitientibus intimat̄. Erit nāq̄ ad perpetuā dei memoriā pos-
sidendā: hec inseꝑabiliter ꝓposita vobis formula pietatis. Deꝰ Ps. 69.
in adiutoriū meū intēde: domine ad adiuuandū me festina. Hic
nāq̄ versiculus non immerito de toto scripturarū excerptus est
instrumēto. Recipit eſſ omnes affectus quicūq̄ inferri hūma-
ne possunt nature: ⁊ ad omnē statum atq̄ vniuersos incursus
proprie satis ⁊ cōpatenter aptat̄. Hz siquidē aduersus vniuer-
sa discrimina inuocationē dei: habet humilitatē pie cōfessionis
habet sollicitudinis ac timoris ꝑpetui vigilātiam: habet cōside
rationē fragilitatis sue: exauditionis fiduciam: cōfidentiā pre-
sentis semꝑq̄ astantis presidij. Qui eſſ iugiter suum inuocat
protectorē: certū est eum esse semper presentē. Habet amoris ⁊
charitatis ardorē: habet insidiarū cōtemplationē inimicorūq̄
formidinē: quibus prospiciēs semetipsum die noctuq̄ vallatū:
confitet̄ se non posse sine sui defensoris auxilio liberari. Hic ver
siculus omnibus infestationū demonū laborātibus inexpugna
bilis murus est: impenetrabilis lorica ac munitissimꝰ clypeus
Iste in acidia ⁊ anxietate animi collocatos: seu tristicia vel co-
gitationibꝰ q̄buscūq̄ depressos salutis remedia desperare nō pa
tit̄: ostendēs illū quē inuocat inspicere iugiter nr̄a certamina: at
q̄ a suis supplicibus non abesse. Iste nos in spiritalibus succes
sibus cordisq̄ leticia cōstitutos: admonet extolli penitus non
debere: nec inflari de prospero statu quē sine ꝓtectore deo retine
ri non posse testat̄: dū nō solū eum semꝑ sed etiā velociter vt sibi
auxilietur implorat. Iste inq̄ versiculus vnicuiq̄ nostrū in qua
libet qualitate degenti: necessarius ⁊ vtilis inuenitur. Nam qui
semper ⁊ in omnibus desiderat adiuuari: manifestat q̄ non

tm̄ in rebus duris ac tristibus: sed etiā in secundis ac letis pa-
ri modo deo egeat adiutore vt quēadmodum ex illis erui: ita in
istis eum faciat immorari: in neutro sciens humanā fragilita-
tē sine illi⁹ opitulatiōe subsistere. Gastrimargie passione ꝑstrin
gor cibos quos eremus ignorat inquiro ⁊ in squalida solitudine
ingerunt̄ mihi odores regalium ferculorū: atq; ad illorū deside
ria sentio me inuitissimū trahi: dicendū subinde mihi est. Deus
in adiutoriū meū intēde: domine ad adiuuandū me festina. An
ticipare horaꝫ statute refectionis iustigor: seu modū iuste ac so
lite parcitatis retinere: cum magno cordis mei dolore cōtendo
cum gemitu mihi est proclamandū. Deus in adiutoriū meū in-
tende: domine ad adiuuandum me festina. Ieiunijs me ob im-
pugnationem carnis districtioribus indigentē: stomachi ꝓhi-
bet lassitudo: seu ventris ariditas cōstrictioq; deterret: vt effe-
ctus meo desiderio tribuatur: vel certe vt estus carnalis cōcupi
scētie absq; tēperamēto districtioris ieiunij cōquiescat: orandū
mihi est. Deus in adiutoriū meū intende: domine ad adiuuādū
me festina. Accedens ad refectionē hora legitima suggerente: ꝑ
ceptionē panis ex horreo: atq; ab omni esu naturalis necessi-
tatis excludor: cū eiulatu proclamandū est mihi. Deus in adiu-
torium meū intende: dñe ad adiuuandum me festina. Uolentē
me ob stabilitatē cordis insistere lectioni: interpellans capitis
prohibet dolor: horaq; tertia faciē meā ad sacrā paginā somn⁹
allidit: deputatū q̄eti tēp⁹ vel transgredi vel p̄uenire cōpellor:
ipsum deniq; canonicum synaxeos psalmorūq; modū intercide
re me grauissima somni cogit imp̄ssio: similiter ꝓclamandū est
Ps̄.69. mihi. Deus in adiutoriū meū intende: dñe ad adiuuandū me fe-
stina. Sublato ab oculis meis sopore: multis me noctib⁹ dia-
bolicis artibus in somnis video fatigatū: omnēq; a palpebris
meis refectionē nocturne q̄etis exclusam: cū suspirijs orādū est
mihi. Deus in adiutoriū meū intende: dñe ad adiuuandum me
festina. Adhuc me in colluctatione positū vitiorū titillatio car-
nis repente cōpungit: ⁊ ad consensum pertrahere dormientem
blanda oblectatione conat̄: ne ignis alienus exestuās: vrat sua
ue olentes flosculos castitatis: clamandū mihi est. Deus in ad
iutoriū meū intēde: dñe ad adiuuandū me festina. Per extincta
sentio libidinis īcētiua: genitalē mēbris meis intepuisse feruo
rem: vt ꝑta hec virtus immo gratia dei in me diutius vel ꝑpe-
tuo ꝑseueret intēte dicēdū est mihi. Deus in adiutorium meum
intēde: dñe ad adiuuandū me festina. Ire: philargyrie: tristicie:
stimulis inq̄etor: cogorq; ꝓpositā atq; amicā mihi interrūpere
lenitatē: ne in amaritudinē felis: ꝑturbatione furoris abducar
cum summo mihi gemitu ꝓclamandū est. Deus in adiutorium
meū intēde: dñe ad adiuuandū me festina. Acidie: cenodoxie su
perbie elatione pertemptor: ac de alioꝝ negligentia vel tepore
quiddā sibi mens subtili cogitatione blanditur: ne in me preua

leat hec inimici ꝑniciosa suggestio: cū oī cōtritione cordis oran-
dū est mihi. Deus in adiutoriū meū intende: dñe ad adiuuandū
me festina. Humilitatis ⁊ simplicitatis gr̄am: suꝑbie tumore de
posito: iugi cōpunctione spūs acquisiui: ne rursum veniat mihi
pes suꝑbie: ⁊ manus pctōris moueat me grauiusq; de victorie
mee elatione cōfodiar: totis mihi ꝓclamādū est viribꝰ. Deus in
adiutoriū meū intende: dñe ad adiuuādū me festina. Euagatio
nibꝰ aīe innumeris ac diuersis: ⁊ in stabilitate cordis exestuo:
nec cogitationū dispsiones valeo coercere: ip̄amq; oronē meam
fundere absq; interpellatione atq; phātasmate inaniū figurarū
sermonūq; ⁊ actuū retractatiōe nō possū: tātaq; me sentio sterili
tatis huiꝰ ariditate cōstrictū: vt nullas oīo spiritaliū sensuū ge
neratiōes ꝑturire me sentiā: vt de hoc animi squalore merear li
berari vñ me gemitibus multis atq; suspirijs expedire nō pos
sum: necessarie ꝓclamabo. Deus in adiutoriū meū intende: dñe
ad adiuuādū me festina. Directionē rursus aīe: stabilitatē cogi
tationū: alacritatē: cordis cū ineffabili gaudio ⁊ mētis excessu
visitatione scti spūs me sentio cōsecutū: exuberātia q̄z spirita-
liū sensuū redūdare: reuelationē sacratissimoꝝ intellectuū: ⁊ an
tea penitꝰ mihi occultorū: repētina dñi illustratiōe ꝑcepi: vt in
his merear diutiꝰ immorari: sollicite mihi ē frequēterq; clamā
dū. Deꝰ in adiutoriū meū intēde: dñe ad adiuuādū me festina. No
cturnis demonū terroribꝰ circūuallātibꝰ exagitor: ⁊ īmūdorum
spirituū phātasmatibꝰ inq̄etor: spes ip̄a mihi salutis acvite tre
pidatiōis horrore subtrahit: ad salutē versiculi huiꝰ portū ꝯfu
giēs: totis viribꝰ exclamabo. Deꝰ in adiutoriū meū intēde: dñe
ad adiuuādū me festina. Rursum cū fuero ꝯsolatiōe dñi repara
tus: ⁊ ipsiꝰ aīatꝰ aduētu: velut īnumeris angelorū milibꝰ me sen
sero circūseptū: ita vt eoꝝ q̄s morte grauiꝰ antea tremiscebā: ⁊
quorū tactū īmo viciniā horrore mētis ⁊ corpis sentiebā: repēte
cōgressus expetere audeā ac ꝓuocare cōflictꝰ: vt in me cōstātie
huiꝰ vigor ꝑ dei gr̄am diutiꝰ īmoret: totis mihi est viribꝰ ꝓcla-
mādū. Deꝰ in adiutoriū meū intēde: dñe ad adiuuādū me festina
Huiꝰ igit̄ ꝟ̄ siculi oro in aduersis vt eruamur: in ꝓsperis vt ser
uemur: ne extollamur: incessabili iugitate fundēda est. Huiꝰ in
q̄ versiculi meditatio in tuo pectore indirupta voluat̄. Hunc in
ope q̄libet seu ministerio vel in itinere cōstitutꝰ decātare nō desi
nas. Hūc ⁊ dormiens ⁊ reficiēs ⁊ in vltimis nature necessitati
bus meditare. Hec volutatio cordis velut formula tibi saluta
ris effecta: nō solū illesum ab oī demonū incursiōe custodiet: sz
etiā cūctis tevitijs terrene cōtagiōis expurgās: ad illas īuisibi
les theorias celestesq; ꝑducet: atq; ad illū ineffabilē ac ꝑpaucis
exꝑtū ꝓuehet oronis ardorē. Hūc versiculū meditāti tibi somnꝰ
irrepat: donec incessabili eiꝰ exercitatiōe formatꝰ: etiā ꝑ soporē
eūdē cātare cōsuescas. Hic tibi exꝑgefacto ꝑmꝰ occurrat iste eui
gilāti cogitationes āticipet vniuersas: iste te de tuo consurgen-

tē cubili curuationi genuū tradat: atq; illinc deinceps ad offic op⁹ actusq; deducat: hic te oī tpe ꝓsequat: hūc meditaberis ſm ꝑcepta legiſlatoris ſedēs in domo ⁊ ambulās in itinere: dormiens atq; cōſurgēs: hūc ſcribes in limine ⁊ ianuis oris tui: hūc in parietib⁹ dom⁹ tue: ac penetralib⁹ tui pectoris collocabis ita vt hec ad orationē ꝓcūbenti ſit tibi acclinis decātatio: ⁊ exinde cōſurgenti: atq; ad oēs vſus vite neceſſarios incedenti: fiat erecta ⁊ iugis oratio.

¶ De perfectione orationis ad quā predicta traditione conſcenditur. Capitulum.xj.

Stam mens indeſinenter formulā teneat: donec vſu ei⁹ inceſſabili ⁊ iugi meditatione firmata: cūctaꝝ cogitationū diuitias amplasq; ſubſtātias abijciat ⁊ refutet: atq; ita ꝑ ſeculi hui⁹ pauꝑtatē cōſtricta: ad illam euāgelicā beatitudinē que inter ceteras beatitudines ꝑmatū tenet: prona facilitate ꝑueniat. Beati eſſ inquit pauꝑes ſpū: qm̄ ipiſorū eſt regnū celoꝝ. Et ita quis ꝑ iſtiuſmodi pauꝑertatē egregius pauꝑer exiſtens: illud ꝓpheticū implebit eloquiū. Pauꝑ ⁊ inops laudabunt nomē dñi. Et reuera que maior aut ſanctior pōt eſſe pauꝑtas: q̄ illius q̄ nihil ſe ꝑſidij nihil viriū habere cognoſcens: de aliena largitate quotidianū poſcit auxiliū: ⁊ vitā ſuā atq; ſubſtantiā ſingulis quibusq; momētis: diuina ope intelligēs ſuſtētari: verū ſe mēdicū dñi nō immerito ꝓfitet: ſuppliciter ad eum quotidie clamās. Ego aūt mēdic⁹ ⁊ pauꝑ ſum de⁹ adiuua me. Et ſic ad illā quoq; multiformē ſciētiā dei: ipo illumināte conſcendens incipiet deinceps ſublimiorib⁹ ac ſacratiorib⁹ myſterijs ſaginari: ſm illud qd̄ dicit ꝑ ꝓphetā. Mōtes excelſi ceruis: petra refugiū herinacijs. Qd̄ ſatis ꝓprie huic quē diximus ſenſui coaptat: eo q̄ quiſquis in ſimplicitate atq; innocētia ꝑſeuerās: nulli eſt noxius vel moleſtus: ſed ſua tantum ſimplicitate cōtētus ſolūmodo ſe ab inſidiantiū ꝑda deſiderat contutari: velut herinaci⁹ ſpiritalis effectus: iugi euangelice illius petre velamine protegat: id eſt memoria dominice paſſionis: predictiq; verſiculi inceſſabili meditatione munitus: infeſtātis inimici declinet inſidias. De his ſpiritalib⁹ herinacijs ⁊ in ꝓuerbijs ita dicit. Et herinacij gens inualida: qui fecerunt in petris dom⁹ ſuas. Et reuera quid inualidi⁹ chriſtiano: q̄d infirm⁹ monacho cui non ſolum nulla iniuriarū vindicta ſuppeditat ſed ne leuis quidem tacitaq; cōmotio ſaltem intrinſecus pullulare concedi tur. Quiſquis autem ex hoc proficiens ſtatu: nō ſolum innocētie ſimplicitatem poſſidet: ſed etiam diſcretionis virtute munitus: virulentorū ſerpētium exterminator effectus eſt: habēs cōtritū ſathanaz ſub pedibus ſuis: ⁊ ad figurā rōnabilis cerui mētis alacritate ꝑuenit: paſcet in ꝓpheticis atq; apoſtolicis mōtibus: id eſt excellētiſſimis eorū ac ſublimiſſimis ſacramentis

Mat.5.
Ps.73.
Ps.39.
Pſal.103.
Prouer.30.

quoꝝ ingi pascua vegetamus: omnes quoq; psalmoꝝ affectꝰ in se recipiens: ita incipiet decātare: vt eos non tanꝯ a ꝓpheta cōpositos ſz velut a ſe editos: quaſi oſonē ꝓpriā fundēs cordis cō pūctiōe deprimat: vel certe ad ſuā pſonā eſtimet eos fuiſſe directos: eorūq; ſententias nō tūc tſſimo ꝓphetā aut in ꝓpheta fuiſſe cōperias: ſed in ſe quotidie geri impleriq; cognoſcat. Tūc eſſ ſcripture diuine nobis clariꝰ ꝓpatescunt. ⁊ quodāmodo earū vene medullaq; pandunt: qū expientia noſtra earū nō tſſi pcipit ſz etiā ꝑuenit notionē: ſenſuſq; verboꝝ nō p expoſitionē nobis ſz p documenta reſerant. Eundē nāq; recipiētes cordis affectū: quo quiſq; decantatꝰ vel cōſcriptꝰ eſt pſalmꝰ: velut auctores eiꝰ facti ꝑcedemꝰ magis intellectū ipſius q̄ ſeq̄mur: id eſt vt priꝰ dictoꝝ virtutē q̄ notitiā colligēres: q̄d in nobis geſtū ſit vel quotidianis geraſ incurſib⁹: ſi nr̄is ꝑueniēte eoꝝ meditatiōe quodāmodo recordemur: ⁊ quid in nobis vel negligētia nr̄a perierit: vel diligentia cōquiſierit: vel ꝓnidentia diuina cōtulerit: vel inſtigatio frandauerit inimici vel ſubtraxerit lubrica ac ſubtilis oblinio: vel intulerit būana fragilitas: ſen ſpronida fefellerit ignoratio: decantātes reminiſcamur. Oēſq; hos affectus in pſalmis innenimꝰ expreſſos vt ea que incurrerint velut in ſpeculo puriſſimo pnidētes efficaciꝰ agnoſcamꝰ: ⁊ ita magiſtris affectib⁹ eruditi: nō vt audita: ſ; tāq̄ pfecta palpemꝰ nec tanꝯ memorie cōmēdata: ſed velut ipſi rerū nature inſita: de interno cordis paraturiamꝰ affectu: vt eoꝝ ſenſus nō textu lectionis: ſed expientia ꝑcedēte penetremꝰ atq; ita ad illā oratiōis incorruptionē mēnr̄a ꝓuenīat: ad q̄ in ſupioꝛe tractatu q̄tum dñs donare dignaꝰ eſt: ordo collationis aſcēdit: q̄ nō ſolū nulli⁹ imaginis ocupaſ intuitu: ſed etiā nulla vocis nulla verboꝝ ꝓſecutione diſtinguit: ignita ꝙ o mētis intētiōe p ineffabilē cordis exceſſum: ineſplebili ſpūs alacritate ꝓferſ: quāq; mēs extra oēs ſenſus ac viſibiles effecta materias gemitib⁹ enarrabilib⁹ atq; ſuſpirijs ꝓfundit ad deum.

¶ Interrogatio quēadmodū ſpiritales cogitatiōes immobiliter teneantur. Capitulum. xij.

Ermanus. Nō ſolum nobis traditionē ſpiritalis huius
g quā popoſcim⁹ diſcipline: ſz ipſā plane pfectionē ſatis apte atq; dilucide putam⁹ exꝑſſaz. Quid eſſ pōt ee pfectius q̄ve ſublimiꝰ: q̄ dei memoriā tā cōpēdioſa meditatione cōplecti: atq; vniꝰ verſiculi voluntatione a cūtis viſibiliū terminis emigrare: ⁊ quodāmō affectꝰ oſonū cūctarū breui ſermōe cōcludere. Et idcirco vnū q̄ ſupeſt adhuc nobis ꝑcamur exponi quemadmodū hunc eundē verſiculū quē nobis vice formule tradidiſti ſtabiliter retinere poſſumus: vt ſicut per dei gratiam ſumus a ſecularium cogitationū ineptijs liberati. ita ſpiritales quaſq; immobiliter retentemus: aſſequi valeamus.

¶ De mutabilitate cogitationum. Capi. xiij.

c Um enim capitulū cuiuslibet psalmi mens nr̄a cōcepe
rit: insensibilr̄ eo subtracto ad alterius scripture textuz
nesciens stupensq; deuoluit. Cūq; illud in semetipsa ce
perit volutare: necdū illo ad integrū ventilato: oborta alterius
testimonij memoria: meditationem materie prioris excludit: de
hac q̄ ad alterā subintrante alia meditatione trāsfert: ⁊ ita ani
mus semp̄ de psalmo rotat⁹ ad psalmū: de euāgelij textu ad apo
stoli trāsiliens lectionē: de hac quoq; ad ꝓphetica deuolut⁹ elo
quia: ⁊ exinde ad quasdā spiritales delatus historias: per omne
scripturaruz corpus instabilis vagusq; iactat: nihil ꝑ arbitrio
suo preualēs vel abijcere vel tenere: nec pleno quicq̄ iudicio et
examinatione finire: palpator tm̄modo spiritaliū sensuuz ac de
gustator: nō generator nec possessor effectus: atq; ita mens mo
bilis semp̄ ac vaga: in tēpore quoq; synaxeos velut ebria per di
uersa distrahit: nullū officiū competenter exoluens. Uerbi gra
tia. Cū orat psalmū aut aliquā recolit lectionē: cū decātat aliud
quid vel meditat q̄ textus ip̄ius cōtinet psalmi: cum lectionez
recitat: faciendū aliquid voluit: factūve reminiscit: atq; in hūc
modū nihil disciplinate nec oportune recipiēs vel emittens: ve
lut fortuitis agi videt incursibus: retinendi ea quibus delectat
vel immorandi in eis non habens potestatem. Necessariū ergo
nobis est pre omnibus nosse: quēadmodū hec spiritalia compe
tenter explere possimus officia: vel certe hunc eundem versiculū
quem nobis vice formule tradidisti immobiliter custodire: vt
omnium sensuum ortus ac finis nō in sua volubilitate fluctuēt
sed in nostra dicione consistant.

¶ Responsio quemadmoduz stabilitas cordis seu cogitationum possit acquiri. Capitulum. xiiij.

i Saac. Licz pridē super hac re disputātibus nobis de
orationis statu quantū reor sit sufficiēter expressum: ta
men qr vobis hec eadē poscitis iterari: de cōfirmatiōe
cordis breuiter intimabo. Tria sunt que vagā mentē stabilē fa
ciunt: vigilie: meditatio: ⁊ oratio. Quarū assiduitas ⁊ iugis intē
tio cōferunt anime stabilem firmitatē. Que tamē alias nullo mō
poterit apprehendi: nisi per operis (nō philargyrie sz sacri ceno
bij vsib⁹ dedicati) infatigabilē iugitatē omnes omnino sollici
tudines ⁊ cure vite presentis prius fuerint abdicate: vt ita illud
i. Tes. 5. apostolicū mandatū. Sine intermissiōe orate: possimus imple
re. Perparū nāq; orat: quisquis illo tm̄ tp̄e quo genua flectunt
orare consueuit. Nunq̄ vero orat: quisquis etiā flexis genibus
euagatione cordis qualicunq; distrahit. Et idcirco quales orā
tes volumus inueniri: tales nos esse oportet ante tempus orā
di. Necesse est enim mentē in tempore supplicationis sue de sta
tu precedenti formari: illisq; eā cogitationibus orantē vel ad ce

lestia sublimari: vel ad terrena demergi: quibus ante orationez fuerit immorata. Hucusqꝫ abbas Isaac attonitis nobis secūdā collationē de orationis qualitate digessit. Cuius doctrinā sup illius predicti versiculi meditatione: quā velut informatiōis loco ab incipientibus tradiderat retinēdā: admirantes admodū: ⁊ excolere tenacissime cupientes: vt pote quā compendiosam ac facilē credebamus: difficiliorē satis ad obseruandū experti sumus: q̄ illud studiū nostrū quo solebamus antea per omne scripturarū corpus absqꝫ vllius obseruantie vinculo: varia passim meditatione discurrere. Constat igit̄ neminem prorsus ob imperitiā litterarū a ꝑfectiōe cordis excludi: nec rusticitatē obesse ad capessendā anime puritatē: que compendiosissime adiacet cunctis: si modo sanam ⁊ integrā mentis intentionem iugi ad deum versiculi huius meditatione seruauerint.

¶ Collatio secunda abbatis Isaac de oratione finitur.

¶ Expliciunt decem collationes Cassiani: patrum in scythica eremo commorantium: ad Leontium episcopum ⁊ fratrem Helladium.

¶ Clarissimi viri Joannis eremite qui Cassianus dicitur: in septem alias collationes patrum in Thebaida egypti eremo consistentium: ad Honoratum episcopum ⁊ Eleucherium: Prefatio.

Cum virtutem perfectionis vestre qua velut magna quedam luminaria in hoc mundo admirabili claritate fulgetis: etiā multi sanctorū qui vestro erudiunt̄ exemplo: vix queant emulari: tñ vos o sancti fratres honorate ⁊ eucheri: tanta illorū sublimiū virorū a quib⁹ ꝓma anachoreseos instituta suscepimus laude flāmamini: vt vnus q̄dē vestrū ingēti fratrū cenobio ꝑsidēs: cōgregationē suā que quotidiano sancte cōuersationis vr̄e docet̄ intuitu: illorū q̄ꝫ patrū ꝑceptis optet institui: alter vero vt etiā corꝑali eorundē edificaret̄ aspectu: egyptū penetrare voluerit: vt hāc quasi frigoris gallicani rigore torpentē ꝓuinciā derelinquēs: ad illas quas sol iusticie ꝓximus respicit terras: maturis virtutuꝫ fructibus redundātes: velut turtur castissimus transuolaret: necessario hoc mihi virtus charitatis extorsit: vt vnius desiderio: alterius etiā labori cōsulens: tā abruptū scribēdi periculū nō vitarē: dūmodo ⁊ priori apud filios adderet̄ auctoritas: ⁊ scd̄o tā ꝑiculose nauigationis necessitas demeret̄. Proinde: qꝛ fidei vr̄e atqꝫ feruori: nec illa instituta cenobioꝝ que. xij. libellis ad beate memorie episcopū castorē: quo potuimus sermone cōscripsimus: nec decē collationes in scythica eremo cōmorantiū patrū:

quas precipientib⁹ sanctis bellacio ⁊ leontio epis vtcūq; digessimus: satisfacere potuerūt: nunc etiā vt itineris nostri ratio et ordo cognoscatur: triū in alia eremo cōsistentiū quos primos vidimus patrū: septē collationes pari conscriptas stilo vobis credidi consecrandas: quibus ea que de perfectione in pteritis opusculis nostris obscurius forsitan cōprehensa vel pretermissa sunt: suppleant. Si vero sanctam studij vestri sitim etiā hec satiare non quiuerūt: septē alie collationes que ad sanctos qui in stoechadibus consistunt insulis emittende sunt fratres: desiderium vt arbitror vestri ardoris explebunt.

¶ Explicit prefatio.

¶ Incipit annotatio capitulorum collationis prime abbatis Cheremonis de perfectione.

Ca.j. De descriptione thenneseos oppidi.
ij De episcopo archebio.
iij Descriptio eremi in qua morabātur cheremon nesteros ⁊ ioseph.
iiij De abbate cheremone: ⁊ excusatione eius super postulata doctrina.
v De responsione nostra contra excusationem eius.
vj Propositio abbatis cheremonis: q̄ tribus modis vitia vincantur.
vij Quibus gradibus ad sublimitatē charitatis possit ascēdi: ⁊ que sit in ea stabilitas.
viij Quātū excellāt q̄ p charitatis affectū declinant a vitijs.
ix Quod charitas non solus de seruis filios faciat: sed etiā imaginem dei ac similitudinem conferat.
x Quod perfectio charitatis sit pro inimicis orare: ⁊ quo indicio anima necdum purgata noscatur.
xj Interrogatio cur affectū timoris ⁊ spei dixerit imperfectū.
xij Responsio de diuersitate perfectionum.
xiij De timore qui charitatis magnitudine generatur.
xiiij Interrogatio de consummatione castitatis.
xv Dilatio expositionis postulate.

¶ Explicit annotatio capitulorum.

¶ Incipit collatio prima abbatis Cheremonis de perfectione.

¶ De descriptione Thenneseos oppidi. Cap̄.j.

Cum in cenobio syrie cōsisteres: post p̄ma fidei rudimēta: succedentibus aliquatenus incremētis: majorē perfectionis desiderare gratiam cepissemus: statuimus confestim egyptū petere ac remotissima etiā thebaidos eremo penetrata: sanctorum plurimos quorum gloriam fama per vni-

uersa diffuderat: si non emulandi saltē agnoscendi studio inuisere. Igitur ad oppidum egypti cui thennesus nomen est: emensa nauigatione peruenimus. Cuius accole ita vel mari vel stagnis salsis vndiq; circunluuntur: vt solis (qz terra deest) negociationibus dedit: opes atq; substantiam nauali commertio parent: ita vt edificijs cum voluerint extruendis terra non suppetat: nisi de longinquo nauigijs apportetur.

De episcopo Archebio. Capitulum.ij.

Vbi cū aduenientibus nobis fauens desiderijs nostris diuinitas: beatissimi atq; precipui viri archebij episcopi prestitit aduentū: qui raptus de anachoretarū cetu: ⁊ ep̄us panephisi oppido datus: tanta districtione omni euo suo propositum solitudinis custodiuit: vt nihil de preterite humilitatis tenore laxauerit: aut de adiecto sibi honore blanditus sit. Non enim tanq̄ idoneum se ad istud officium testabat̄ ascituz: sed velut indignū ab illa anachoreseos disciplina querebat̄ expulsum: eo q̄ triginta ⁊ septem annis in eadē cōmoratus: ad puritatē tante ꝓfessionis nequaq̄ peruenire potuisset. Hic igit̄ cuz in supradicta thenneso quo eum eligendi illic episcopi causa ꝑduxerat: pie nos atq; humanissime suscepisset: agnito desiderio nostro quo sanctos patres etiam inulterioribus egypti partib⁹ inquirere desiderabamus. Uenite inquit ⁊ videte interim senes haud longe a nostro monasterio cōsistentes: quorū ita ⁊ antiquitas in corporibus iam curuatis: ⁊ sanctitas in ipso etiā fulget aspectu. vt vel sola cōtemplatio eorū magnam intuentibus possit cōferre doctrinam: a quibus id qd̄ ego amissum doleo: quodq; tradere iam perditum nequeo: nō tam verbis q̄ ipso sancte vite discatis exemplo. Credo autē inopiam meam hoc studio aliquatenus subleuandam: si inquirentibus vobis illam euangelicam margaritam quam ipse non habeo: saltem prouidero vbi eam commodius comparetis.

Descriptio eremi in qua commorabantur Cheremon ⁊ Nesteros ⁊ Joseph. Capitulum.iij.

Sumpto itaq; baculo ⁊ pera: vt illic cūctis viā ingrediētibus monachis moris est: ad ciuitatē nos suam: id est panephisim itineris dux ipse perduxit. Cui⁹ terras immo etiā contigue regionis plurimā partē quōdam opulētissimā si quidē ex ea cuncta (vt fama est) in regios cibos subministrabant̄: repētino terre motu excussum mare transgressis limitibus occupauit: atq; ita collapsis ferme omnib⁹ vicis: opimas olim terras salsis paludibus supertexit: vt illud quod in psalmo spūaliter decantatur. Posuit flumina in desertum: ⁊ exitus aquaruz in sitim: terram fructiferam in salsuginem a malicia inhabitantium in ea. Scd̄m litteram de illa putēt regione p̄dictū. In his igit̄ locis multa in hūc modū oppida eminētiorib⁹ tumulis col

Ps. 106.

locata: fugatis habitatoribus eluuies illa velut insulas fecit: q̄ desideratā secedētibus sanctis solitudinem prebent: in quibus tres senes: id est cheremon: nesteros: ⁊ ioseph anachorete antiquissimi consistebant.

¶ De abbate Cheremone ⁊ excusatione eius super postulata doctrina. Capitulum.iiij.

Itaq; beat⁹ Archebi⁹ p̄mū nos ꝑducere ad Cheremonē maluit: qr ⁊ monasterio eius propior: ⁊ duob⁹ alijs ꝓuectior esset etate. Nā cū cētenariū vite annū spū tm̄ alacer excessisset: ita dorsum eius tp̄is fuerat vetustate atq; orationum iugitate curuatū: vt q̄si in primeuā redact⁹ infantiā: submissis ac protētis terraten⁹ manib⁹ progrederet̄. Huius igit̄ ⁊ vultū mirabilē ⁊ incessum pariter intuētes: siq̄dē defectis mortificatisq; iam oībus mēbris: nequaq̄ cēsurā p̄terite districtionis amiserat: cū sermonē atq; doctrinā suppliciter posceremus: ac desideriū tm̄ spūaliū institutionū cām fuisse aduēt⁹ nr̄i protestaremur: grauiter ille suspirās: Quid vobis ait possum conferre doctrine: cū imbecillitas senectutis vt rigorē pristinū relaxauit: ita loquendi q̄ ademit fiduciā. Quēadmodū em̄ docere presumā qd̄ ipse nō facio: aut aliū in eo instruā qd̄ me iā vel minus vel tepidi⁹ exercere cognosco? Ob quā rem nullū iunioꝝ mihi in hac vsq; etate cohabitare permisi: ne exēplo meo: alterius districtio laxaretur. Nunq̄ enim erit efficax institutētis auctoritas: nisi eam effectu operis sui cordi affixerit audientis.

¶ De responsione nostra contra excusationē eius. Capitulum.v.

Ad hec nos non mediocri confusione compūcti ita respōdimus. Licet sufficere nobis ad omnē instructionē debeat: vel loci istius difficultas: vel ip̄a etiā solitaria ad hoc vita: quā iuuēt⁹ q̄ robusta vix posset tolerare: q̄ nos etiā te tacente satis abūdeq; instruūt atq; cōpungunt: rogamus tn̄ vt taciturnitate paululū pretermissa: ea nobis poti⁹ dignāter infundas: ꝑ q̄ hanc quā videmus in te virtutē: non tā imitatione cōplecti q̄ admiratione possimus. Nā etiā si reuelatus tibi tepor noster impetrare id quod expetimus non meretur: debet hoc saltem labor tanti itineris obtinere: quo huc de bethleemitici cenobij rudimentis institutionis vestre desiderio ⁊ profectus nostri amore properauimus.

¶ Propositio abbatis Cheremonis q̄ tribus modis vitia vincantur. Capitulum.vj.

Tunc beatus Cheremon. Tria sunt inquit q̄ faciūt hoīes a vitijs tēperare: id est aut met⁹ gehenne siue presentiū legū: aut spes atq; desiderium regni celoꝝ: aut affectus

boni ipsius amoꝛ ꝯ virtutū. Nā timoꝛ ita mali contagium legitur execrari. Timoꝛ domini odit malicia. Spes etiā vitioꝛ omniū excludit incursum. Non enim delinquent omnes qui sperāt in eū. Amoꝛ quoq; ruinā non metuit peccatoꝛ: qꝛ charitas nū ꝙ cadit. Et iterū. Charitas operit multitudinē pctoꝛ. Et idcir co beatus apl̄us omnē salutis summā: in ista ꝥ tꝛiū virtutū connumeratione cōcludens. Nūc inq̄t manēt fides: spes: charitas: tria hec. Fides nāq; est que futuri iudicij ac supplicioꝝ metu: vitioꝝ facit contagia declinari. Spes q̄ mentē nostrā de presentibus anocās: vniuersas coꝛpis voluptates celestiū premioꝝ exspectatione cōtemnit. Charitas q̄ nos ad amoꝛē xp̄i ꝥ spiritualiū virtutū fructū mentis ardoꝛe succēdens: quicquid illis contrariū est: toto facit odio detestari. Que tria ls ad vnū finē tendere videant: pronocant enim nos a rebus illicitis abstinere: magnis tñ excellentie sue gradib⁹ ab inuicē disparant. Duo nanq; superiora: proꝑie boꝝ sunt eoꝝ qui ad pfectū tēdētes: nec dū affectū concepere virtutū. Tertiū specialiter dei est ꝥ eoꝝ qui in sese imaginē dei ac similitudinē receperūt. Ille nāq; solus ea q̄ bona sunt: nullo metu: nulla remunerationis gratia pronocāte: sed solo bonitatis affectu operatur. Dia enim vt ait salomon operat⁹ est dñs proꝑ semetipsum. Bne nāq; bonitatis obtēntu: omnē bonoꝝ copiā dignis indignisq; largit: qꝛ nec fatigari iniurijs potest: nec iniquitatibus hominum passibiliter permoueri: semper. s. manēs perfecta bonitas immutabilisq; natura.

Pro. viij.
Ps. xxxiij.
j. Coꝛ. xiij.
j. Pet. iij.
j. Coꝛ. xiij.

¶ Quibus gradibus ad sublimitatē charitatis possit ascendi: ꝥ que sit in ea stabilitas. Capitulū vij.

I quis igit ad pfectionē tēdit: de illo primo timoꝛis gradu quē proꝑie dicimus esse seruilē: de quo dicit. Cum ois feceritis: dicite qꝛ serui inutiles sumus. Ad altioꝛes spei tramitē gradu proficiēte conscendet: qui iam non seruo sed mercenario cōparat: qꝛ mercedē retributionis exꝑectat: ꝥ quasi de peccatoꝝ absolutione ꝥ penali timoꝛe securus: ac bonoꝝ fibi operū cōscius: licet placiti premiū videat exꝑetere: tñ ad affectū illū filij q̄ de paterne indulgētie liberalitate confidēs ois q̄ patris sunt sua esse nō ambigit: puenire nō potuit. Ad quē etiaꝫ ille prodigus: q̄ cū subst̄atia patris ēt filij nomē amiserat: aspirare nō audet: dicēs: Jā non sunt dignus vocari filius tuus: fac me sicut vnū de mercenarijs tuis. Post illas enim poꝛcoꝝ filiquas quarum et sarietas negabatur: ista est virtutū fœtidos cibos: quia in semetipsum reuersus ꝥ saluatari timoꝛe compunctus: immundicia poꝛcoꝝ horrere iam ꝥperat: ac dire famis supplicia formidabat: velut iam seruus effectus: etiam mercenarij statum de mercede iam cogitās concupiscit ac dicit. Quā ꝫ mercenarij in domo patris mei abundant panibus: ꝥ ego hic fame pereo. Reuertar ergo ad patrem meum: ꝥ dicā illi. Pater:

Luc. xvij.

Luc. xv.

Ibidem.

peccaui in celum ⁊ coram te: iam non sum dignus vocari filius tuus fac me sicut vnum de mercenarijs tuis.

¶ Quantum excellant qui per charitatis affectū declinant a vitijs. Capitulum.viij.

Sed ad istā humilis penitētie vocē in occursum eius pater profiliēs: maiore q̄ amissa fuerat pietate suscepit: eūq̄ nō contētus minora cōcedere: vtroq̄ gradu sine dilatione transcurso: pristine filioꝝ restituit dignitati. Festinādū ꝓinde etiā nobis est: vt ad tertiū filiorū gradum qui omnia q̄ patris sunt sua esse credunt: per indissolubilē charitatis gratiā cōscendentes: celestis illius patris imaginē ac similitudinem recipere mereamur: ⁊ ad imitationem veri illius filij proclamare possimus. Omnia que habet pater: mea sunt. Quod etiam de nobis beatus apostolus profitet: dicens. Oīa vestra sunt: siue paulus: siue appollo: siue cephas: siue mundus: siue vita: siue mors: siue presentia: siue futura: omnia vestra sunt. Ad quā similitudinē etiam saluatoris precepta nos prouocāt. Estote inquit ⁊ vos perfecti sicut ⁊ pater vester celestis perfectus est. In illis enim nōnunq̄ solet interrūpi bonitatis affectus: cū aliquo vel tepore vel leticia vel oblectatione vigor animi relaxat⁹: aut metū ad presens gehēne: aut desideriū subtrahit futuroꝝ. Et est quidē in illis gradus cuiusdā profectus imbuens nos: vt dum vel penaꝝ metu vel premioꝝ spe incipimus vitia declinare: ad charitatis gradū trāsire possimus qꝛ timor inquit nō est in charitate: sed ꝑfecta charitas foras mittit timorē: quoniā timor penam hꝫ. Qui autē timet non est ꝑfectus in charitate. Nos ergo diligamus: qꝛ deus prior dilexit nos. Non ergo aliter ad illam verā perfectionē conscendere poterimus: nisi quēadmodū nullius alterius nisi nostre salutis gratia: prior nos ille dilexit: ita eum nos quoq̄ nullius alterius rei nisi sui tantum amoris dilexerimus obtentu. Quāobrem nobis studēdum est vt de hoc timore ad spem: de spe ad charitatem dei: vel ipsarū virtutum amorē: perfecto mentis conscendamus ardore: vt transmigrātes in affectum boni ipsius immobiliter quātum humane possibile est nature quod bonum est retentemus.

j. Cor. iij.

Math. v.

j. Joh. iiij.

Ibidem.

¶ Quod charitas non solū de seruis filios faciat: sed etiam imaginē dei ac similitudinē conferat. Cap. ix.

Multū nāq̄ differt inter eum qui metu gehenne vel spe retributionis future: vitioꝝ in se extinguit incendia: ⁊ eū qui diuine charitatis affectu. ipsam maliciā ⁊ immūdiciam perhorrescit. ac puritatis possidet bonuꝫ amore tm̄ ⁊ desiderio castitatis: nec iā remunerationē future promissionis aspiciens: sed presentis boni delectatus consciētia agit omnia: nec cōtēplatione penaꝝ sed delectatione virtutū. Hic nanq̄ status

nec submotis cunctoꝝ hominum testimonijs abuti occasione
pcti: nec ocultis cogitationū violari oblectationibus pōt: dum
affectū virtutis ipsius medulitus retinēs: quicquid illi contra
riū est: non solū corde nō recipit: verūetiā summo detestat̄ hor-
rore. Aliud nanq; est presenti bono quempiā delectatū: odio ha
bere vitioꝝ carnisve contagia: aliud future remunerationis in-
tuitu illicitas concupiscētias refrenare: aliudq; est presens me
tuere detrimentū: ⁊ aliud futurum formidare suppliciū. Postre
mo multo maius est propter bonū ipsum a bono nolle discede-
re: q̄ propter metū mali malis nō prebere cōsensum. In illo eñ
voluntariū bonū est: in isto vero velut coactū ⁊ tanq̄ nolēti vio
lenter exortū: vel metu supplicij: vel cupiditate premioruz. Nā
qui timoris obtentu a vitioꝝ abstinet blandimentis: adempto
timoris obstaculo: rursum ad illud qd̄ diligit reuertet̄: ⁊ ob id
nec stabilitatē boni iugiter obtinebit: sed nec ab impugnatione
quidē aliqñ requiescet: qꝛ nec firmā ac perpetuā pacem castimo
nie possidebit. Ubi est enim inquietudo bellorū: non possunt nō
etiā vulnerū interuenire discrimina. Necesse est enim quempiaz
in conflictu sitū: q̄uis bellator sit ac fortiter dimicans ⁊ letalia
aduersarijs vulnera frequēter infligat: nonnunq̄ tñ hostili mu-
crone perstringi. Qui vero supata impugnatione vitioꝝ: pacis
iam securitate perfruit̄: ⁊ transijt in ipsius virtutis affectū iu-
gem statuz illius boni cuius iam totus est retētabit: qꝛ damno
intime castitatis nihil credit esse damnosius. Nec enim chari⁹
ac preciosius quicq̄ presenti iudicat puritate: cui pena grauis
est: vel virtutū ꝑniciosa transgressio: vel ipsius vitij virulēta cō
tagio. Huic inq̄ nec reuerentia humane presentie quicq̄ adijciet
honestatis: nec minuet solitudo: sed vbiq; secū semperq; circūfe
rens arbitrā non solū actuū sed etiam cogitationū suarum con-
scientiam: illi potissimum studere contendit: quem nec circunue
niri nec falli: nec subterfugere se posse cognoscit.

¶ Quod perfectio charitatis sit pro inimicis orare: ⁊ quo indicio aīa necdū purgata noscatur. Cap̄. x.

Quē statū si quis de adiutorio dei nō de studij sui labore
presumēs meruerit possidere: de conditione seruili in q̄
timor est: ⁊ mercennaria spei cupiditate in q̄ non tā bo
nitas largiētis q̄ p̄miū retributionis expetit̄: in adoptionē in-
cipiet trāsire filioꝝ: vbi iā nō timor: nō cupiditas: sed illa chari
tas q̄ nunq̄ cadit iugiter perseuerat. De quo timore ⁊ charitate
quosdā increpās dñs: q̄d cuiq; ꝑsone cōueniret: ondit. Fli⁹ ho-
norat patrē: ⁊ seru⁹ dñm suū timet. Et si pr̄ ego sum: vbi est ho-
nor me⁹? Et si dñs ego sum: vbi est timor me⁹? Necesse est eñ eū
timere q̄ seru⁹ ē: qꝛ seru⁹ sciēs volūtatē dñi sui ⁊ nō faciēs: digne
vapulabit plagis mltis. Per hāc itaq; charitatē q̄squis ad ima
ginē dei sil̄itudinēq; ꝑuenerit bono iā propter boni ipsi⁹ delecta

f. Coꝝ. xiij.
Malac. f.
Luce. xij.

bitur voluntatem: ac similē quodammō possidens patientie ac
lenitatis affectū: nullis deinceps peccantiū vitijs irascetur: sed
veniam potius infirmitatibus eorum condolens atq; compa-
tiens implorabit: seq; reminiscens tandiu similiū passionū sti-
mulis impugnatū: donec miseratione domini saluaret: nec suo
erutū studio ab impugnatione carnali: sed dei ꝓtectione salua-
tum: nō iracundiā sed misericordiā errantibus intelliget impen
dendā: illū versiculū ad deū cū omni cordis trāquillitate decan
Ps. 115. tans. Tu dirupisti vincula mea: tibi sacrificabo hostiā laudis.
Ps. 93. Et. Nisi qr dominus adiuuit me: paulominus habitauerat in
inferno anima mea. Et in hac mentis hūilitate consistens: po-
Luce. 6. terit etiā euangelicū illud ꝑfectionis explere mandatū. Diligite
inimicos vestros: ⁊ benefacite his qui oderūt vos: ⁊ orate pro
persequētibus ⁊ calumniātibus vos. Et ita ad illud premiū qd
subiungit merebit peruenire: ꝑ qd nō solū imaginē dei ⁊ simili-
Math. 5. tudinē preferamus: verūetiā filij dei nūcupemur: vt sitis inquit
filij patris vestri qui in celis est: qui solē suum oriri facit sup bo
nos ⁊ malos: ⁊ pluit super iustos ⁊ iniustos. Quē affectū bea-
1. Joan. 4. tus Joannes assecutū se esse cognoscēs ait. Ut fiduciā habeam⁹
in die iudicij: qr sicut ille est ⁊ nos sumus in hoc mundo. In quo
essi infirma ⁊ fragilis humana natura esse sicut ille est potest: ni
si se in bonos ⁊ malos: iustos ⁊ iniustos: ad imitationem dei
placida semper sui cordis extēderit charitate. Et vt bonū pro-
pter boni ipsius operet affectū: ꝑueniens ad illam veram ado-
1. Joan. 3. ptionē filiorū dei: de qua idem beatus apostolus ita ꝓnunciat.
Omnis qui natus est ex deo: peccatū nō facit: quia semē ipsius
in eo est: ⁊ nō potest peccare: quoniā ex deo natus est. Et iterum
1. Joan. 5. Scimus: qr oīs qui natus est ex deo non peccat: sed generatio
dei conseruat eū: ⁊ malignus nō tangit eum. Quod intelligen-
dū est nō de omni genere peccatorū: sed de capitalibus tantū cri
minibus dici. A quibus se quisquis extrahere atq; emūdare no
luerit: pro illo in alio loco predictus apostolus ne orari quidez
Ibidem. debere ꝓnunciat. Qui scit inquiēs fratrē suū peccare peccatum
non ad mortē: petat ⁊ dabit ei vita peccanti non ad mortē. Est
peccatū ad mortē: non pro illo dico vt roget quis. Ceterum de
illis que ꝓnunciant nō esse ad mortem: a quibus etiam hi qui
fideliter christo deseruiunt: quātalibet semetipsos circunspectio
1. Joan. 1. ne custodiāt: immunes esse nō possunt: ita dicit. Si dixerimus
quoniā peccatū non habemus: ipsi nos seducimus: ⁊ veritas in
Ibidem. nobis non est. Et iterū. Si dixerimus: qr nō peccauimus: men
dacē facimus eū: ⁊ verbū eius non est in nobis. Impossibile nā-
q; est quēlibet sanctorū non in istis minutis q̄ per sermonem:
per cogitationem: per ignorantiam: per obliuionem: per ne-
cessitatē: per voluntatē: per obreptionē: admittunt: incurrere.
Que licet ab illo peccato quod ad mortē esse dicitur aliena sint
culpa tamē ac reprehensione carere nō possunt. Cum ergo quis

hūc quē prediximus bonitatis affectū ⁊ imitationē dei fuerit
assecutus: tūc visceribus dominice longanimitatis indutus: ꝓ
ꝑsecutoribus quoq; suis orabit similiter: dicens. Pater ignosce Luce. 23.
eis: nō eñ sciunt q̄d faciūt. Ceterū euidens indiciū est aīe nec-
dū vitiorū fecibus eliquate: in criminibus alienis nō affectu
misericordie cōdolere: sed rigidā iudicantis tenere censurā. Nā
quēadmodū ꝑfectionē cordis poterit obtinere is qui nō habet
illud qd̄ apl̄us plenitudinē legis cōsummare posse signauit. Al Gal. 6.
terutrū inquiens onera vestra portate: ⁊ sic implebitis legē chri
sti. Sed nec illā virtutē possidet charitatis: que nō irritat̄. non 1. Cor. 13.
inflat̄: nō cogitat malū: q̄ oīa suffert: oīa sustinet. Iustus eñ mi Pro. 13.
seret̄ animas pecorum suorū: viscera autē impiorū sine miseri-
cordia. Ideoq; ijsdem vitijs monachū subiacere certissimū est:
q̄ in alio inclemēti atq; inhūana seueritate cōdemnat. Rex enim
rigidus incurrit mala ⁊ q̄ obturat aures suas, ne audiat infirmū Pro. 21.
⁊ ipse inuocabit ⁊ non erit qui exaudiat eum.

¶ Interrogatio cur affectum timoris ⁊ spei dixerit imperfectum. Capitulum. xj.

g Ermanus. Potēter quidē atq; magnifice de ꝑfecta dei
charitate dissertū est: verūtamē illud nos ꝑmouet qd̄ cū
eā tanta laude pretuleris: timorē dei ⁊ spem retributio
nis eterne imꝑfecta esse dixisti: cum vtiq; multo aliud videat̄
de eis ꝓpheta sensisse dicēs. Timete dominū omnes sancti eiꝰ Ps. 33.
quia nihil deest timentibus eū. Et iterū in obseruandis iustifi-
cationibus dei: retributionis se cōtemplatione fateat̄ exercita
tū. Inclinaui inquiens cor meum ad faciendas iustificationes Eius. 118.
tuas in eternū ꝓpter retributionē. Et apostolus. Fide inq̄t moy
ses grādis factꝰ negauit se esse filiū filie pharaōis: magis eligēs Hebre. 11.
affligi cū populo dei: q̄ tēporalis peccati habere iocūditatem:
maiores diuitias existimans thesauris egyptiorū improperiū
christi. Aspiciebat eñ in remunerationē. Quomō ergo imperfe
cta esse credēda est: cū ⁊ beatus dauid retributionis obtētu: iu-
stificationes dñi se fecisse glorieť ⁊ legislator p̄mia futura ꝓspi-
ciens: spreuisse adoptionē regie dignitatis: ⁊ afflictionē dirissi-
mā egyptiorū thesauris pretulisse dicatur.

¶ Responsio de diuersitate perfectionū. Capi. xij.

c Heremō. Pro statu atq; mēsura vniuscuiusq; mentis:
scriptura diuina ad diuersos ꝑfectionū gradus: arbi-
trij nostri ꝓuocat libertatē. Nec eñ poterat vniformis
omnibus ꝑfectionis corona proponi: quia nec omniū vna vir-
tus aut volūtas aut feruor est: ⁊ idcirco ipsarū quodāmodo per
fectionū diuersos ordines diuersasq; mēsuras sermo diuinus in
stituit. Qd̄ ita esse euāgelicarū q̄ beatitudinū varietas euidēter
ostēdit. Licz eñ beati dicant̄ quoꝝ sunt regna celorū: ⁊ beati qui Mat. 5.

possidebūt terrā: ⁊ beati qui consolationē recipient: ⁊ beati qui
saturitatē potientur: tamē multū credimus interesse inter habi-
tationem regni celoꝝ ⁊ possessionē illius quecūq; est terre: ⁊ in-
ter perceptionē cōsolationis ⁊ plenitudinē saturitatēq; iusticie:
multūq; distare inter illos qui misericordiā cōsequent̄: ⁊ illos q̄
1.Coꝝ.15. gloriosissima visione dei ꝑfrui merebuntur. Alia gloria solis: ⁊
alia gloria lune: ⁊ alia gl̄ia stellaꝝ. Stella eñ a stella differt in
gloria: ita ⁊ resurrectio mortuorū. Cū igitur iuxta hunc modū
Ps.127. scriptura diuina timentes deū laudet ⁊ dicat. Beati oēs qui ti-
mēt dominū: ⁊ plenā ꝑ hoc illis beatitudinē repromittat: iterū
1.Joan.4. tñ dicit. Timor nō est in charitate: sed perfecta charitas foras
mittit timorē: quoniā timor penā habet. Qui aūt timet: non est
ꝑfectus in charitate. Et rursus: cū seruire deo gloriosum sit ⁊ di-
Ps.2. cat̄. Seruite domino in timore. Et magnū tibi est vocari seruū
Luce.12. meū. Et. Beatus seruus ille quē cū venerit dñs suus inuenerit
Joan.15. sic facientē: tñ ad apostolos dicit̄. Jam nō dicā vos seruos: quia
seruus nescit q̄d faciat dñs suus: Uos aūt dico amicos: quia om-
Ibidem. nia quecūq; audiui a patre meo: nota feci vobis. Et iterū. Uos
amici mei estis: si feceritis ea q̄ precipio vobis. Uidetis ergo ꝑ-
fectionū gradus esse diuersos: ⁊ de excelsis ad excelsiora nos a
dño prouocari. ita vt is qui in timore dei beatus ⁊ ꝑfectus exti-
terit: ambulans sicut scriptū est: de virtute in virtutē. ⁊ de ꝑfe-
ctione ad aliam perfectionem: id est de timore ad spem mentis
alacritate cōscendens: ad beatiorē denuo statū q̄d est charitas
innitet̄. Et q̄ fuerit fidelis seruus ac prudēs: ad amicitie sodali-
tatē ⁊ adoptionē trāseat filioꝝ. Scd̄z ergo hūc sensum nr̄a q̄ est
intelligēda sententia: nō quo cōtemplationē perpetue illius pe-
ne vel beatissime retributionis q̄ repromittitur sanctis: nullius
ꝓnūciemus esse momenti: sed qꝛ cū sint vtiles: ⁊ sectatores suos
ad initia beatitudinis introducant: charitas rursum in qua ple-
nior fiducia ꝑpetuūq; iam gaudiū est: assumens eos de timore
seruili ⁊ mercennaria spe: ad dilectionē dei ⁊ adoptionē transfe-
Joan.14. ret filiorū: ⁊ quodāmodo ꝑfectiores faciet de perfectis. Multe
eñ ait saluator mānsiones sunt apud patrē meū. Et licz omnia
astra esse videant̄ in celo: inter claritatem tamē solis ⁊ lune at-
q; luciferi ceterarūq; stellarū multa distantia est. Et idcirco bea-
tus apl̄us: nō solū timori ac spei: sed etiā cūctis charismatibus
q̄ magna ac mirifica habent̄: eam preferens supra modū: excel-
lentiorē omnib⁹ viam charitatis ostendit. Nā cū vellet expleto
omni catalogo spiritaliū charismatū: virtutū eius mēbra descri-
bere: ita prefatus est. Et adhuc supra modū excellentiorē viam
1.Coꝝ.11. vobis demonstrat. Si linguis hominū loquar ⁊ angeloꝝ: ⁊ si ha-
1.Coꝝ.12. buero ꝓphetiā ⁊ nouerim mysteria omnia ⁊ omnē scientiā: ⁊ si
habuero omnē fidē ita vt mōtes transferā: ⁊ si distribuero in ci-
bos pauperū oēs facultates meas: ⁊ si tradidero corpus meū
ita vt ardeā: charitatē aūt nō habuero: nihil mihi prodest. Ui-

detis ergo nihil preciosius: nihil perfectius: nihilq; sublimius (⁊ vt ita dixeri) nihil charitate perennius inueniri. Sine eñ ꝓphetie euacuabunt: siue lingue cessabunt: siue scientia destruetur. charitas autē nūq̄ excidet: sine qua nō solū illa precellentissima charismatū genera: sed etiā martyrij ipsius gloria vacuat. Ibidem.

¶ De timore q̄ charitatis magnitudine generatur. Capitulum. xiij.

Quisquis igit in huius fuerit charitatis ꝑfectione fundatus necesse est vt ad illū sublimiorē charitatis timorē gradu excellētiore cōscēdat quē nō penarū terror nec cupido p̄mioꝝ sz amoris gñat magnitudo: q̄ vel filiꝰ indulgētissimū patrē: vel fratrē frater: vel amicū amicus: vel cōiugē coniunx sollicito reueret affectu: dū eiꝰ nō verbera neq; cōuitia: sed vel tenuē amoris formidat offensam: atq; in oībus nō solū actibus: verūetiā verbis attonita semp pietate distendit: ne erga se quātulūcūq; feruor dilectionis illiꝰ intepescat. Cuiꝰ timoris magnificētiā. Esaias vnꝰ ꝓphetarū elegāter exp̄ssit. Diuitie inq̄ens salutis: sapiētia ⁊ scia: timor dñi ipse thesaurus eiꝰ. Nō potuit timoris istius dignitatē ac meritū magis euidēter exp̄mere: q̄ vt diuitias salutis nr̄e q̄ in vera sapiētia dei sciētiaq; cōsistūt: diceret nisi a timore dñi nō posse seruari. Ad hūc igit metū nō peccatores: sz scti ꝓpheticis inuitant eloquijs: dicēte psalmigrapho. Timete dñm oēs scti eiꝰ: qz nihil deest timētibus eū. Qui eñ h timore dñm metuit: ꝑfectiōi eiꝰ certū est nihil deesse Nā de illo timore penali euidēter Jo. apl̄us dicit. Qui timet nō est ꝑfectus in charitate: qz timor penā hz. Multa ḡ distātia est inter istū timorē cui nihil deest: q̄ sapiētie sciētieq; thesaurus est: ⁊ illū imꝑfectū q̄ p̄ncipiū sapiētie nūcupat: q̄q; penā in sese cōtinēs. de ꝑfectorū cordibꝰ suꝑueniēte plenitudie charitatis extrudit. Timor eñ nō est in charitate: sz ꝑfecta charitas foras mittit timorē. Et reuera: si p̄ncipiū sapiētie in timore cōsistit: q̄ erit eiꝰ nisi in xp̄i charitate ꝑfectio: q̄ illū in sese ꝑfecte dilectiōis cōtinēs metū: nō iā principiū sed thesaurus sapientie ⁊ sciētie nuncupat. Et idcirco duplex timoris est gradus: vnus incipientiū: id est eorū q̄ adhuc sub iugo ⁊ terrore seruili sunt: de quo dicit. Et seruus dominū suū timebit. Et in euāgelio. Jā nō dico vos seruos: qz seruus nescit quid faciat dñs eius. Et ideo seruus inquit non manet in domo in eternū: filius manet in eternū. Imbuit eñ nos vt ab illo penali metu ad charitatis plenissimam libertatem ⁊ amicorū filioꝝq; dei fiduciā trāseamus. Deniq; beatus apl̄us q̄ seruilē illū timoris gradū olim charitatis dñice virtute transcenderat: inferiora despiciens: maioribꝰ se ditatū donis a dño sic ꝓfitet. Nō eñ inq̄t dedit nobis deus spm̄ timoris: sed virtutis ⁊ dilectiōis ⁊ sobrietatis. Eos etiā q̄ ꝑfecta celestis illiꝰ p̄ris dilectiōe flagrabāt: quosq; ex seruis filios adoptio diuina iā fe-

Esa. 33.

Ps. 33.

1. Joan. 4.

Ibidem.

Malac. 1.
Joan. 15.
Eius. 8.

2. Ti. 1.

Roma. 8. cerat hoc adhortat eloquio. Nō eīm accepistis spiritum seruitutis iterū in timore: sz accepistis spiritū adoptionis filiorū: in quo clamam⁹. Abba pater. De hoc etiā metu cū illā septiformē spūssancti gratiā ꝓpheta describeret: quē in domine illo dominico ꝑm incarnationis dispensationē descēdisse non dubiū est: Esa. 11. diriserēq. Et requiesceret sup eum spūs dñi spūs sapientie z intellectus: spūs consilij z fortitudinis: spūs sciētie z pietatis, nouissime velut quiddā precipuū intulit: dicens. Et replebit eum spūs timoris domini. In quo ꝑmittus illud diligētius est intuē dū: q̄ non diuerit. Et requiescet super eū spūs timoris domini: sicut de illis ꝓribus diuerat. Sed replebit inquit eū spūs timoris dñi. Tanta eīm vbertatis eius est magnitudo: vt quē semel sua virtute possederit nō partē sed totā eius occupet mētē. Nec immerito. Illi eteīm que nunq̄ excidet coherēs charitati: nō solum replet sed etiā ꝓpetua z inseparabili eum quē ceperit possidet iugitate: nullis leticie temporalis vel voluptatū oblectationibus imminutus. Nō nunq̄ illi qui fozas mittat timori euenire cōsuenit. Hic est igit ꝓfectionis timor: quo homo ille dominicus: q̄ nō solā redimere humanū genus: sz etiā ꝓdere venerat 1. Pet. 2. ꝓfectionis formā atq̄ exempla virtutū: repletus fuisse narrat. Illū eīm seruilē supplicioꝝ timorē: verus dei filius qui peccatū nō fecit nec dolus, inuentus est in ore eius: habere nō potuit.

¶ Interrogatio de cōsummatiōe castitatis. Ca. xiiij

Ermanus. Onia de ꝓfectione charitatis fermo desertus
g est: volumus etiā de castitatis fine aliqua liberius scisciari. Non eīm ambigimus illud ꝓcelsum fastigium charitatis: per quā sicut ducusq̄ diximus est: ad imaginē dei similitudinēq̄ cōsendit: sine castitatis perfectione subsistere omnino non posse. sed vtrū ita eius possit ꝓpetuitas obtineri: vt nū q̄ libidinis titillatio integritatē nostri cordis infester: z ita valeamus ab hac passione carnali degētes in corpore regenerari: vt nunq̄ incentiuoꝝ estibus aduramur: volumus edoceri.

¶ Dilatio expositionis postulate. Capitulum .xv.

Heremon. Sūme quidē beatitudinis ac singularis est
c meriti: ita istū p quē dño coherem⁹ affectū: vel discere iuuat vel docere: vt meditatio ei⁹ ꝑm psalmigraphi sententiā oēs vite nostre dies nocteq̄ consummat: z mentē nostrā insatiabiliter esurientem sitientemq̄ iustitiā: celestis huius cibi perpetua ruminatione sustentet. Sed cōsiderandum est etiā in mento corporis nostri ꝑm benignissimam saluatoris nostri pudentiā: ne deficiat in via. Spiritus enim ꝓmptus caro aūt infirma: q̄ etiā nunc vel exigui cibi ꝓceptione curanda est vt post refectionem eius etiā ad ea que desideratis diligentius indagā da: mentis quoq̄ addatur intentio. Mat. 26.

¶ Explicit collatio prima abbatis Cheremonis de ꝓfectione.

¶ Incipit annotatio capitulorū collationis secunde eiusdem abbatis de castitate.

Ca. j. De verbis abbatis Eheremonis de castitate.
ij De corpore peccati ⁊ membris eius.
iij De mortificatione fornicationis ⁊ immunditie.
iiij Quod ad obtinendam castimonie puritatem nō sufficiat humani laboris intentio.
v De vtilitate impugnationis que nobis de incentinorum estibus generatur.
vj Quod patientia ardorem fornicationis extinguat.
vij De differentijs ⁊ gradibus castitatis.
viij Quod de natura castitatis ⁊ effectu eius: inexperti tractare non possint.
ix Interrogatio an corporis motum etiam dormientes possimus euadere.
x Responsio ꝙ per somnū accidens carnis commotio non officiat castitati.
xj Quod multum interfit inter continentiam ⁊ castitatem.
xij De mirabilibus que peculiariter in sanctis suis dominꝰ operatur.
xiij Dō soli q̄ experiunt agnoscāt dulcedinē castitatis
xiiij Interrogatio de continentie qualitate ⁊ temporis modo in quo castitas perfici possit.
xv Responsio intra quod tempus possibilitas castitatis possit agnosci.
xvj De fine ac remedio castitatis.

¶ Explicit annotatio capitulorum.

¶ Incipit collatio secunda abbatis Eheremonis de castitate.

¶ De verbis abbatis Eheremonis de castitate. Capitulum. j.

REfectione transacta: q̄ne doctrine cibum desiderantibus nobis onerosa magis visa est ꝙ iocunda: cū illico nos p̄misit sermonis debitū senex expectare sensisset: grata est in quit mihi non solum attonita ad discendū vestre mentis intentio: sed etiā disciplina propositi que sit onis. Rationabilis essi renera interrogationis a vobis ordo seruatus est. Necesse est essi vt tam excelse plenitudinem charitatis imensa illa pfecte atq; ppetue castimonie p̄mia consequā tur: paręq; sit gaudium in tanta partilitate palmarū. Tanta essi sibi societate federant: vt vna absq; altera negat possideri. Hoc igit ꝓpositio vestra cōplexa est: vt vtrū ignis ille cōcupiscentie:

cui⁹ hec caro velut insitū sentit ardorē: ad plenū possit extingui: disputatione simili pāderem⁹. De quo primū q̄d beat⁹ apostol⁹
Colos.3. senserit diligētius inquiramus. Mortificate inquit membra vestra que sunt sup terram. Prius ergo q̄ cetera perscrutemur: q̄ ista sint membra que mortificari p̄ceperit indagem⁹. Neq; enim beat⁹ apostolus ad abscisionē manuū aut pedū aut genitalium: immiti nos p̄ceptione compellit: sz corp⁹ peccati qd̄ vtiq; cōstat ex membris: q̄ totius destrui zelo p̄fecte desiderat sanctitatis: de quo corpore alibi. Ut destruatur inquit corpus peccati.
Roma.6. Et que sit ei⁹ destructio cōsequēter exponit: vt iam inquit non seruiamus peccato. A quo etiā se liberari cum eiulatu postulat
Eiusdē.7. dicens. Infelix ego hō: q̄s me liberabit de corpore mortis hui⁹

¶ De corpore peccati ⁊ membris eius. Capitulū.ij.

Hoc itaq; peccati corpus multis vitiorū membris probat extructum: ⁊ ad eius attinere portionem quicquid vel facto vel dicto vel cogitatiōe peccat: cuius mēbra rectissime super terram esse dicūtur. Nō eñ possunt hi qui eorum
Phil.3. vtunt ministerio veridice profiteri. Nostra autē conuersatio in celis est. Huius igit corporis in hoc loco apostolus membra de
Colos.3. scribens. Mortificate inquit membra vestra que sunt super terram: fornicationem: immūdiciā: libidinem concupiscentiā malam: ⁊ auariciā que est simulacrorū seruitus. Primo itaq; loco fornicationem credidit inferendā: que carnali cōmixtione p̄ficitur. Secūdū etiā mēbrū immūdiciā nūcupauit: que nonnunq̄ absq; vllo mulieris tactu: vel dormiētibus vel vigilātibus per incuriā incircūspecte mētis obrepit: ⁊ ideo notat ac p̄hibet in lege: que immūdos quosq; non solū sacrarū carniū p̄ticipatiōe priuauit: verūetiā ne cōtactu suo sancta polluerēt: a castroꝝ iussit cōgregatiōe secerni: dicens. Ala q̄cūq; comederit de carnibus
Leui.7. sacrificij salutaris (qd̄ est dñi) in q̄ est immūdicia: p̄ibit coram
Deuter.23. dño: ⁊ quicquid tetigerit immundus: immundum erit. In Deuteronomio quoq;. Si fuerit inter vos hō qui nocturno pollut⁹ est somnio: egredieť extra castra: ⁊ non reuerteť p̄us q̄ ad vesperā: laueť aqua ⁊ post solis occasuz regredieť in castra. Deinde tertiū peccati membrū libidinem ponit: que in recessibus coalescens anime accidere quippiā etiā sine corporis passione potest. Libidinē eñ ab eo quod libeat dictā esse nō dubiū est. Post hec de maioribus peccatis ad minora descendēs: quartū intulit mēbrū cōcupiscentiā malā: q̄ nō solū ad p̄dictā impudicitie passionem: verūetiā ad oēs noxias cupiditates generaliter referri pōt q̄ corrupte tm̄modo voluptatis est egritudo. De q̄ dñs in euan-
Mat.5. gelio. Qui viderit mulierē ad cōcupiscendū eā: iā mechat⁹ est eā in corde suo. Multo eñ mai⁹ est etiā tunc mētis lubrice desideriū continere: cum ei illecrebrosi aspect⁹ offertur occasio. Quibus manifestissime cōprobat: ad p̄fectionē puritatis castimo-

niā cōtinētie corpalis solā nō posse sufficere: nisi ei ēt mentis ad dat integritas. Post que omnia nouissimū illud corporis membrū: ⁊ auariciā inquit: pculdubio ostendens nō solū ab appetitu rerū alienarū animū cōtinēdū: verūetiā ppria magnanimiter cōtemnēda. Hoc enim ⁊ in Actibus apostolorū fecisse legit credentiū multitudo: de q̄ dicit. Multitudinis aūt credentium erat cor vnū ⁊ aīa vna: nec quisq̄ eoꝝ que possidebant aliquid suū esse dicebat: sed erant illis oīa cōmunia. Quotquot eñ possessores agroꝝ aut domoꝝ erāt: vendentes afferebāt precia eoꝝ que vendebant: ⁊ ponebāt ante pedes apostolorū. Diuidebat aūt singulis prout cuiq̄ opus erat. Et ne ad paucos ptinere videret ista pfectio: auariciā simulacrorū seruitutem esse testatus est. Nec immerito. Quisq̄s eñ nō cōmunicat necessitatib⁹ egenoꝝ: ⁊ pecunie sue quā infideli tenacitate cōseruat: christi pcepta postponit: idolatrie crimen incurrit: amorem scilicet materie mundialis diuine preferens charitati. Actu. 4.

De mortificatiōe fornicatiōis ⁊ īmūdicie. Ca. iij.

Si ergo multos ita p christo suas videmus abiecisse substātias: vt nō solū possessionē pecuniarū verūetiā desideriū de cordibus eoꝝ in ppetuū pbemus abscisum: consequens est vt eodem modo etiā fornicationis ardorem extingui posse credam⁹. Neq̄ eñ rem impossibilē apostolus cū possibili cōiunxisset: sed vtraq̄ sciēs esse possibilia: pari mō mortificāda decreuit. Et intantum btūs apl's fornicationē siue immūdiciā de nostris mēbris extirpari posse cōfidit: vt nō solum mortificari ea: sz ne noīari q̄dē in nobis debere pnunciet. Fornicatio inquiēs ⁊ oīs immūdicia aut auaricia nec nominet in vobis: aut turpitudo: aut stultiloquiū: aut scurrilitas que ad rē non pertinet. Que etiam pari modo pernicosa esse: ⁊ equali nos a regno dei exclusione depellere: edocet dicens. Illud aūt scitote: qñ omnis fornicator aut immūdus aut auarus qd̄ est idolorū seruit⁹: non habet hereditatem in regno xp̄i ⁊ dei. Et iterū. Nolite errare: neq̄ fornicari neq̄ idolis seruiētes: neq̄ adulteri: neq̄ molles: neq̄ masculorum cōcubitores: neq̄ fures: neq̄ auari: neq̄ ebriosi: neq̄ maledici: neq̄ rapaces: regnū dei possidebūt. Dubiū pinde esse nōdz: fornicationis ⁊ immūdicie de membris nostris aboleri posse contagium: qñ quidē nō aliter eā q̄ auariciā stultiloquiū scurrilitatē ebrietatē ac furta quorū facilis amputatio est: mandauerit abscidenda: Ephe: 5. Ibidem. 1. Coꝝ. 6.

Quod ad obtinendā castimonie puritatē: nō sufficit huamani laboris intentio. Capitulū. iiij.

Certos tñ eē nos ꝯuenit: q̄ lz oēz cōtinētie districtionē: famē scz ac sitim: vigilias q̄z ⁊ opis iugitatē: atq̄ incessabile subeamus studium lectionis: perpetuam tamen ca

stimonie puritatē horū laborū merito contingere nequeamus: nisi in his iugiter desudātes: experiētie magisterio doceamur: in corruptionē eius diuine gratie largitate cōcedi. Ob hoc sane solūmodo se vnusquisq; infatigabilr in his exercitijs ꝑdurare debere cognoscat: vt ꝑ illoꝝ afflictionē misericordiā dñi ꝯsecut⁹ de impugnatione carnis a dñatione ꝓpotentiū vitiorū diuino mereat munere liberari: nō quo adepturū se ꝑ illa cōfidat istā quā cupit inuiolatā corporis castitatē. Tanto aūt erga acquisitionē castimonie desiderio atq; amore inflāmemur: quanto quis pecuniarū cupidissimus appetitor: vel qui summa honorū ambitione distendit: vel qui intolerabili pulchre mulieris amore raptat desideriū suū impatientissimo ardore optat expleri: ⁊ ita fiet vt dū pro integritatis perpetuitate insatiabili cupiditate succendimur. desiderabilis despiciat cibus: necessarius horreat potus: somnus deniq; ipse nature debit⁹ respuat: vel certe vt deceptor fraudulentissimus puritatis ⁊ emulus atq; cōtrarius castitati: attonita atq; suspecta mente capiat: ⁊ ita vnusquisq; quotidie integritatis sue matutinus explorator effect⁹: de collata sibi purificatione cōgaudeat eāq; se nō suo studio nec vigilātia sed ꝓtectione dñi sentiat cōsecutū: ac tādiu illius perseuerantiā suo corpori intelligat cohesurā: q̄diu eā dñs sua fuerit miseratione largitus. Qui eñ hāc stabiliter obtinet fidē: nequaq̄ superbū sapiens de sua virtute cōfidet: neq; seductus longis obsceni liquoris indutijs blādissima securitate soluet: sciens impurissime colluuionis aspergine se ꝓtinus maculandū: si vel paululū quid ab eo ꝓtectio diuina discesserit: ac ꝓinde ꝑ ꝑpetuitate eius cū omni cōtritione ⁊ hūilitate cordis: indefessis est oratiōlb⁹ excubādū

¶ De vtilitate impugnationis que nobis de incentiuorum estibus generatur. Capitulum.v.

Vltis aūt capere per huius rei quā dicimus veritatem euidēs argumentū: ꝑ qđ ⁊ hec que dicta sunt approbetis ⁊ istā corporis pugnā q̄ inimica vobis putat ac noxia: vtiliter mēbris nostris insertā esse doceamini? Cōsiderate queso illos qui corpore sunt spadones: q̄ precipue causa in virtutibus appetendis desides reddat ac tepidos. Nonne qr corrūpende castitatis credūt se periculū nō habere? Quod tamē nemo ita ꝓposuisse me credat: vt neminē eorū penitus inueniri posse confirmem: perfecta abrenūciatione flagrantem: sed quia naturā quodāmodo suā vincant: si qui forte eoꝝ ad ꝓpositā ꝑfectionis palmā summa animi districtiōe cōtendūt: cuius ardor ac desideriū eū quē semel accenderit: famē: sitim: vigilias: nuditatē: cunctosq; labores corporis: nō solū patienter verūetiam libenter sustinere cōpellit. Vir eñ in doloribus laborat sibi: ⁊ vim facit perditioni sue. Et iterum. Anime aūt egēti etiam amara dulcia vident. Alias nāq; nō poterunt desideria ꝑsentiū rerū vel reprimi

Proue.27

vel auelli: nisi ꝑ istis affectibus noxijs quos cupimus amputa
ri: alij salutares fuerint intromissi. Nullatenus eñ valet viua-
citas mētis: absq; alicuius desiderij vel timoris: gaudij vel me
roris affectione subsistere: nisi hec eadē in bonā partē fuerint im
mutata. Et idcirco si carnales cōcupiscētias de cordib⁹ nr̄is de
sideramus extrudere: spiritales in earū locis plātemus ꝓtinus
volūtates: vt his animus noster semꝑ innexus ⁊ habeat quib⁹
iugiter immoret: ⁊ illecebras presentiū ac tēporaliū respuat gau
diorū. Cūq; in hūc statū mens nostra quotidianis exercitijs eru
dita ꝓfecerit: tūc versiculi illius affectū experiētia docēte cōci-
piet: quē omnes quidē solita psallendi modulatione cōcinimus
virtutē vero eius nō nisi pauci expertiq; percipiūt. Prouidebā Ps. 15.
dñm in cōspectu meo semꝑ: qñ a dextris est mihi ne cōmouear.
Ille etem̄ solus vim atq; intellectū huius carminis efficaciter as
sequit: qui perueniēs ad istā de qua loquimur corporis atq; ani
me puritatē: intelligit se cūctis momētis ne rursus ab eadē de-
uoluat: a dño cōseruari: dextrasq; suas id est oꝑationes sanctas
ab eodem iugiter cōmuniri. Dñs eñ sanctis suis non a sinistris
(qꝛ nihil habet sinistrū vir sanctus) sed a dextris semꝑ assistit:
a peccatoribus vero ⁊ impijs nō videt: qꝛ nō habent illas de-
xteras quib⁹ dñs cōsueuit assistere: nec possunt dicere cū prophe
ta. Oculi mei semꝑ ad dñm: quoniam ipe euellet de laqueo pe-
des meos. Qđ nullus poterit veridice ꝓfiteri: nisi qui vniuersa Ps. 24.
que in hoc mundo sunt aut noxia aut superflua aut certe inferio
ra summis virtutibus iudicās: oēm intuitū suū: omne studiū:
omnem curam erga cultū sui cordis ⁊ castimonie defixerit puri
tatē: atq; ita mens istis exercitijs elimata: ⁊ ꝓfectibus expo-
liata: ad perfectā corporis atq; anime perueniet sanctitatē.

¶ Quod patientia ardorez fornicationis extinguat. Capitulum. vj.

Quantū eñ quis in lenitate ac patiētia cordis: tantū in
corporis puritate ꝓficiet quantoq; longius iracundie
ꝓpulerit passionē: tanto castitatē tenacius obtinebit.
Non eñ estus corporis declinabit nisi qui animi motus ante cō
presserit. Qđ apertissime saluatoris nostri ore laudata beatitu- Matthe. 5.
do declarat. Beati mites: qñ ipsi possidebūt terrā. Nō ergo ali-
ter nostrā possidebimus terrā: id est nō alias dicioni nostre re-
bellis huius corporis terra subdet: nisi mens nostra prius fue
rit patiētie lenitate fundata: nec poterit quis aduersus carnem
suā insurgentia libidinis bella cōprimere: nisi prius armis mā Ps. 36.
suetudinis instruat. Māsueti eñ possidebūt terram: ⁊ inhabi-
tabunt in seculū seculi super eā. Hāc inq̄ terrā quemadmodum
obtinere possimus: idē ꝓpheta in cōsequentibus psalmi ipsius
edocet. Expecta dñm ⁊ custodi viā eius ⁊ exaltabit te: vt heredi
tate capias terram. Cōstat ergo ad possessionem terre istius fir-

miter obtinendā: neminem posse cōscēdere: nisi illos tantū qui per immobilē patiētie lenitatē vias dñi duras ac p̄cepta seruantes: de ceno carnaliū passionū extrahēte eodē fuerint exaltati. Mansueti ergo possidebūt terrā: ⁊ nō solū possidebunt eā: sed etiā delectabunt in multitudine pacis: qua nemo in cuius carne adhuc bella cōcupiscētie suscitant stabiliter perfruet. Necesse est eñ infestari eū dirissimis demonū preliis: ⁊ ignitis luxu-
Ps.45. rie iaculis sauciatū: a terre sue possessione deuolui donec dominus auferat bella vsq; ad finis terre eius: arcū cōterat ⁊ cōfringat arma: ⁊ scuta cōburat igni: illo scz quē venit dominus mittere super terrā. Arcus etiam ⁊ arma cōfringat: quib⁹ aduersus eū nequitie spiritales diebus ac noctib⁹ dimicantes: ignitis cōfigebant cor eius iaculis passionū. Et ita cum eū dominus conterens bella ab omnibus incentiuorū estibus liberarit: ad illū puritatis perueniet statū: vt deposita confusione qua semetip̄m
Ps.90. id est carnē suam dū impugnaret horrebat: incipiat ea velut purissimo tabernaculo delectari. Non eñ accedent ad eū mala: et flagellum nō appropinquabit tabernaculo eius: ad illud scilicet propheticū patiētie virtute perueniens: vt mansuetudinis merito non modo suā hereditet terrā: verumetiā delectet in multitudine pacis. Ubi autē adhuc superest sollicitudo certaminis pacis esse nō potest multitudo. Nō enim ait delectabunt in pace sed in multudine pacis. Per qd̄ euidenter ostendit: ita efficacissimā medicinā cordis esse patientiam: s̄m illud. Salomonis. Mansuetus vir cordis est medicus: vt nō solū ire: tristicie: acidie: cenodoxie: superbie: verumetiā libidinis omniūq; pariter extirpet fomitem vitiorū. In longanimitate enim (vt ait Salomon) prosperitas regibus. Nā qui mitis semp atq; tranquillus est: nec iracundie perturbatione succendit: nec acidie atq; tristi-
Ps.118. cie angore consumit: nec cenodoxie vanitate distendit: nec superbie tumore sustollitur. Pax enim multa diligētibus nomen
Prouer.16. domini: ⁊ nō est illis scandalū. Et ideo nō immerito pronunciatur. Melior patiens forte: ⁊ qui continet irā capiēte vrbē. Hāc igit pacē donec firmā atq; perpetuā obtinere mereamur: multis necesse est nos impugnationib⁹ attēptari. Frequēterq; nobis est
Ps.37. versiculus iste cū gemitu lacrimisq; repetendus: Miser fact⁹ suz ⁊ afflict⁹ sum vsquequaq; tota die cōtristatus ingrediebar: quoniā lumbi mei impleti sunt illusionibus: ⁊ nō est sanitas in carne mea: a facie ire tue nō est pax ossibus meis a facie insipiētie mee. Tūc eñ cōpetēter hec ⁊ in veritate deflebimus: qñ post longā puritatē corporis nostri: sperātes iā carnalia nos omnimodis euasisse cōtagia: stimulos carnis ob elationem cordis aduersum nos rursuz sentimus insurgere: vel certe ad fallaciā somniorum impuritas nos pristine colluuionis aspergit. Cū ergo ceperit quis diuturna cordis ⁊ corp̄is puritate gaudere: necesse est vt dū se credit vlterius iam nō posse ab illa sinceritate deuol

ui: intra semetipsum quodammodo glorietur et dicat. Ego dixi in abundantia mea: non mouebor in eternum. Sed cum vtiliter a domino sub relictus: illum puritatis statum in quo sibimet confidebat senserit perturbari: seseque in illo spiritali viderit titubare successu: recurrat protinus ad illius integritatis auctorem: et agnoscens infirmitatem suam: confiteatur et dicat. Domine non in mea sed in tua voluntate prestitisti decori meo virtutem: Auertisti faciem tuam a me et factus sum conturbatus. Illud quoque beati Job. Si lotus fuero quasi aquis niuis et fulserint velut mundissime manus mee: tamen sordibus intinges me et abominabuntur me vestimenta mea. Quod tamen is qui suo vicio se in sordibus tingit: non potest dicere suo creatori. Donec ergo ad perfectum puritatis statum perueniat: necesse est eum inequalitatibus istis frequentius erudiri: quoadusque per dei gratiam confirmatus in illa quam appetit puritate efficaciter dicere mereatur. Expectans expectaui dominum: et respexit me: et exaudiuit precem meam: et eduxit me de lacu miserie et de luto fecis: et statuit supra petram pedes meos et dixerit gressus meos.

Ps. 29.

Ibidem.

Job. 9.

Ps. 39.

De differentijs et gradibus castitatis. Capitu. vij.

Multi sunt enim castimonie gradus: quibus ad illam inuiolabilem conscenditur puritatem: quos licet nec perspicere nec enunciare vt dignum est virtus nostra sufficiat: tamen quia series narrationis exposcit: secundum mediocritatem experientie nostre vtcumque proferre temptabimus: reseruantes perfectiora perfectis: nec preiudicantes his qui feruentiore studio puriorem castimoniam possidentes: quanto maioris industrie sunt tanto etiam perspicacie vigore precellunt. Proinde sex gradibus licet multa a se inuicem sublimitate distantibus: fastigia castitatis precelsa distinguam: ita vt media quedam que tamen multa sunt pretermittam: quorum subtilitas ita humanos subterfugit sensus: vt eam nec mens inspicere neque proloqui lingua preualeat: quibus sensim castitatis ipsius perfectio quotidianis profectibus adolescit. Secundum similitudinem nanque corporum terrenorum que singulis diebus insensibiliter sui capiunt incrementa: et ita dum nesciunt: ad perfectum habitum prouehuntur: anime quoque robur ac maturitas castitatis acquiritur. Primus itaque pudicitie gradus est: ne vigilans impugnatione carnali monachus elidatur. Secundus: ne mens illius voluptarijs cogitationibus immoretur. Tertius: ne femineo nec tenuiter ad concupiscentiam moueatur aspectu. Quartus: ne vigilans vel simplicem carnis perferat motum. Quintus ne cum memoriam generationis humane vel tractatus ratio vel necessitas lectionis ingesserit: subtilissimus mentem voluptarie actionis perstringat assensus: sed velut opus quoddam simplex ac ministerium humano generi necessario contributum: tranquillo ac puro cordis contempletur intuitu: nihilque amplius de eius recordatione concipiat: quam si operationem laterum vel cuiuslibet alterius officine mente pertractet. Sextus castimo

nie gradus est: ne illecebrosis phãtasmatibus feminaꝝ vel dormiens illudat. Licet enim hãc ludificationẽ peccato esse obnoxiam nõ credamus: cõcupiscẽtie tñ adhuc medullitꝰ latitantis indiciũ est. Quã tñ illusionẽ diuersis modis cõstat accidere. Nã ꝑm illũ vsum quẽ vigilãs exercere vel cogitare cõsueuerat: etiã dormiẽs vnusquisq; tẽpat. Aliter eñ fallunt hi qui carnalẽ copulã norunt: aliter qui femine sunt commixtionis expertes. Hi enim sicut: simplicioribꝰ ac purioribus somnijs inqetari solẽt: ita ẽt faciliore diligẽtia ac minore possunt labore purgari. Illi aũt sordidioribꝰ magisq; expressis phãtasmatibꝰ illudunt: donec paulatim ꝑm mẽsurã castitatis: ad quã vnusquisq; cõtẽdit: in odiũ illiꝰ rei quã voluptariã ante sentiebat: mẽs etiã somno sopita vertat: illudq; ei qđ fortibus viris pro summo laborum stipendio repromittit per prophetã: cõcedat a dño. Et arcũ ⁊ gladiũ ⁊ bellũ conterã de terra vestra: ⁊ dormire vos faciam fiducialiter: ⁊ ita demũ quis ad illã beati sereni paucoꝝq; similiũ viroꝝ ꝑueniet puritatẽ. Quã iccirco a predictis sex castimonie gradibꝰ sequestraui: qꝛ non solũ possideri sed etiã credi non nisi a rarissimis potest. Et qꝛ id qđ illi specialiter diuini muneris largitate collatũ est: proponi ad generalis precepti nõ põt formã: scz vt eousq; mens nostra castitatis ipsius puritate formet: vt etiã ipso naturali motu carnis emortuo: illũ obscenum liquorẽ omnino nõ perferat. Opinionẽ sane quorũdã quã super hac carnis colluuione definiũt: silere nõ debeo: qui dicunt non idcirco eã dormiẽtibus euenire: eo ꝙ eã producat fallacia somnioꝝ: sed potius qꝛ redũdantia humoris illius aliquas in egro tanti corde fingat illecebras. Deniq; aiuntq; illo tẽpore quo nõ inquietat illa concretio: quemadmodum fluxus eius ita etiam illusio conquiescat.

Osee. ij.

¶ Quod de natura castitatis ⁊ effectu eius: inexpti tractare non possint. Capitulum. viij.

Sed hec suscipere ⁊ probare vtrum possibilia an impossibilia sint: certo examine definire poterit nemo: nisi ꝑ experientiã longã ⁊ puritatẽ cordis ad confinia carnis ac spiritus verbo dñi dirigẽte peruenerit. De quo beatus apostolus. Uiuus est inquit sermo dei ⁊ efficax ⁊ penetrabilior omni gladio ancipiti: ⁊ pertingens vsq; ad diuisionẽ anime ac spiritus: compagum quoq; ac medularuz: ⁊ discretor cogitationum ⁊ intentionum cordis. Et ita inter illorum quodammodo terminos collocatus: quid humane conditioni necessarium sit atq; ineuitabiliter attributũ: quidve consuetudine vitiosa ⁊ incuria iuuentutis inuectum: velut inspector ⁊ arbiter iusta trutinatione discernet: ac super eorum effectu atq; natura non falsis vulgi opinionibus abducetur: nec preiudicatis inexpertorũ diffinitionibus acquiescet: sed puritatis modum certa experientie

Heb. iiij.

sue libra ⁊ iusta examinatione perpendens: nequaq̃ illoꝝ deci
pietur errore: qui negligentie sue vitio crebrioribꝰ q̃ natura cõ
pellit egestionibus sordidati: de naturali cõditione causant̃. Cũ
q̃ eos cõstet inferre potius vim nature: ⁊ extorquere ab ea pol
lutionẽ quã ipsa nõ ingerit: intẽperantiã suã ad necessitatẽ car
nis immo ad eius referũt creatorẽ: proprias culpas ad naturẽ
infamiã trãsferẽtes. De quibus in prouerbijs elegãter exprimi
tur. Insipientia viri corrũpit vias suas: deũ aũt causat̃ in corde
suo. Postremo si quis huic assertioni nostre fidem derogare vo
luerit: queso vt nõ ante preiudicata nobiscũ opinione disceptet:
q̃ discipline huius suscipiat instituta. Cũq̃ hec ꝑpaucis mensi
bus illa qua tradit̃ moderatione seruauerit: profecto hec q̃ di
ximus vero poterit ꝓbare iudicio. Ceterũ frustra de cuiuslibet
artis ac discipline fine contẽdit: quisq̃ non prius oĩa q̃ ad con
summationẽ eius ꝑtinent: summo fuerit studio ac virtute secta
tus: velut si verbi gratia similitudinẽ mellis ex tritico: aut rur
sum ex eo sicut etiã ex raphani liniq̃ seminibus lenissimi olei li
quorẽ produci posse cõfirmẽ. Si quis hoꝝ penitus ignarus assi
stat: nonne contra reꝝ naturã hoc esse conclamãs: me velut ap
tissimi auctorẽ mẽdacij deridebit. Cui si ego testes innumeros
qui hec se ⁊ vidisse ⁊ gustasse ⁊ fecisse testent̃ exhibeã: rõnem in
sup atq̃ ordinẽ quo ille species: vel in olei pinguedinem: vel in
mellis dulcedinẽ transforment̃ edisserã: ille autẽ in stultissime
persuasionis obstinatione persistẽs: neget ab illis seminibus
quicq̃ vel dulcedinis vel vnguedinis posse produci. Nõne ma
gis notãda est irrationabilis eius ꝑuicaxq̃ contẽtio: q̃ sermo
nis mei veritas irridenda: q̃ multoꝝ ac fideliũ testiũ grauitate:
⁊ euidẽtibus documentis: ⁊ qd̃ his amplius est experiẽtie pro
batione fulcit̃. Et ideo quisquis ad illũ puritatis statũ iugi cor
dis intẽtione ꝑuenerit: vt iam mente ab huius passionis titilla
tione penitus absoluta: ꝑ soporẽ caro eius velut redũdantiã su
perflui humoris expellat: cõditionẽ modũq̃ nature certissime
deprehendit: ⁊ ita cũ expergefactꝰ inuenerit carnẽ suã post lon
ga tẽpora se inscio atq̃ ignorante pollutã: tũ demũ de naturali
necessitate causet̃: ad illũ sine dubio ꝑueniẽs statũ: vt talis inue
niatur in nocte qualis in die: talis in lecto qualis in oratione:
talis solus qualis turbis hoĩum circunseptꝰ. Postremo vt nũ
q̃ se talẽ secretus aspiciat: qualis videri ab hominibus erube
scit: nec in eo tale aliquid ineuitabilis ille oculus deprehẽdat:
quod ab humanis aspectibus velit esse celatum: ⁊ ita cum cepe
rit suauissimo lumine castitatis iugiter delectari: dicere poterit
cum propheta. Et nox illuminatio mea in delitijs meis: quia Ps. xxxviii
tenebre non obscurabuntur a te: ⁊ nox sicut dies illuminabit̃:
sicut tenebre ius ita ⁊ lumen eius. Deniq̃ hoc ipsum (qr supra
conditionẽ nature videt̃ humane) qualiter obtinuerit idẽ pro
pheta subiungit dicens. Quia tu possedisti renes meos: id est

non industria mea neq; virtute hanc promerui puritatē: sed q̄r tu mortificasti insitū renib⁹ meis libidinose volūtatis ardorē.

¶ Iterrogatio an corporis motū etiam dormiētes possimus euadere. Capitulum.ix.

Germanus. Perpetuā quidē corporis puritatē ex parte aliqua experti sumus: a vigilātibus posse ꝑ dei gratiam possideri: ⁊ commotionē carnis districtionis rigore atq; iudicio resistēte: vigilātibus posse non contingere nō negamus Utrū aūt ⁊ dormientes hac inquietudine carere possimus: volumus edoceri. Duabus nāq; de causis possibile hoc esse nō credimus: quas licet absq; verecundia nequeamus effari: tñ quoniam hoc medicine ipsius necessitas cogit: quesum⁹ vt cū venia tui si qua forte inuerecundi⁹ fuerint denudata: suscipias. Primum ergo est qđ per somni quietē mentis vigore laxato: obseruari nequaq̄ illius valeat cōmotionis obreptio. Scđo ꝙ etiā vrine collectio cū vesice capacitatē quiescētib⁹ nobis indefinēti confluxu: interni humoris oppleuerit: excitet mēbra marcescētia: qđ etiā paruulis vel spadonibus eadē nihilominus lege cōtingit. Uñ fit vt si non oblectatio libidinis vulnerat mentis assensum: confusione tamen eam humiliet turpitudo membroꝝ.

¶ Responsio ꝙ ꝑ somnū accidēs carnis cōmotio nō officiat castitati. Capitulum.x.

Cheremon. Apparet vos necdū vere castitatis agnouisse virtutē: qñquidē districtionis auxilio eā a vigilātibus tantū creditis retentari. Et inde est ꝙ putatis a dormiētibus quasi rigore animi resoluto: integritatē non posse seruari. Porro castitas non vt arbitramini districtionis presidio: sed amore sui ⁊ proprie puritatis delectatione subsistit. Non enim castitas sz cōtinētia đr: vbi adhuc ei aliq̄ resistit aduersitas voluptatis. Uidetis ergo his q̄ castitatis affectū ꝑ dei gratiā medullitus receperunt: districtionis cessationē cum dormiūt non obesse: que infida etiam vigilantibus rōne certissima cōprobat. Quicquid enim cū labore cōprimit: tēporales dimicāti prestat indutias nō tñ perpetuā securitatis quietē tribuit post laborē. Quicq̄d aūt profunda fuerit virtute deuictū absq; vlla inquietudinis suspitione cōpositū: iugē pacis victori conferet firmitatem. Quāobrē donec pulsari nos carnis cōmotione sentimus: nouerimus nos ad castitatis necdū ꝑuenisse fastigia: sz adhuc sub infirmitate cōtinentie constitutos prelijs fatigari: in quib⁹ necesse est dubios semper esse euentus. Quod autē ineuitabilez esse commotionē carnis hoc astruere voluistis indicio: ꝙ ea ne ipsi quidem eunuchi carere demptis genitalibus pñt: sciendum est non eis carnales estus nec affectuz libidinis: sed solā satiue generationis deesse virtutē. Uñ manifestum est ne illos quidem

si ad hanc ad quam nos nitimur castitatem cupiunt peruenire: ab humilitate ⁊ contritione cordis vel continentie districtione debere laxari: licet nequaq̄ sit discredendū: minore ab eis castimoniam posse labore ac studio comprehendi.

¶ Quod multū intersit inter castitatem ⁊ continentiam. Capitulum.xj.

Quāobrē ꝑfectio castitatis: a laboriosis continētie rudimentis perpetua trāquillitate discernitur. Hec est enim vere consummatio castitatis: q̄ nō impugnans carnalis concupiscentie motus sed toto horrore detestans: iugē atq̄ inuiolabilē sui retinet puritatē: nec pōt aliud q̄d esse q̄ sanctitas. Hoc aūt fiet q̄n iam desinēs caro aduersus spiritū cōcupiscere: desiderijs eius virtutiq̄ cōsenserit: ceperintq̄ sibi inuicē pace firmissima federari: ⁊ ꝟm psalmigraphi sentētiā habitauerint fratres in vnū: illā repromissaz a dño beatitudinē possidentes: de qua ait. Si duo ex vobis consenserint super terrā: de omni re quācunq̄ petierint: fiet illis a patre meo q̄ in celis est. Quisquis ergo intellectualis illius iacob: id est supplantatoris trāscēderit gradū: ab illa continentie colluctatione ac supplantatione viciorꝫ: obstupefacto femoris neruo: ad israelis meritū ꝑpetua cordis directione cōscēdet. Quē ordinē etiā btūs dauid ita spiritusscti vaticinatione distinxit: in primis inq̄ens. Notꝰ in iudea deꝰ. i. in aīa q̄ adhuc sub pctōꝝ ꝯfessione retinet. Iudea essē ꝯfessio interp̄tat: in isrl aūt id est in eo q̄ videt deū: siue vt q̄dā interpretant: rectissimus dei est: nō solū notus sed ēt magnū est nomē eius. Deinde ad sublimiora nos prouocās: ac volens etiā locuz ipsum quo dñs delectat oñdere. Et factꝰ est inquit in pace locus eius. i. nō in conflictu certaminis ⁊ colluctatione viciorꝫ sz in castimonie pace ⁊ in cordis tranquillitate perpetua. Hunc igit pacis locū extinctione carnaliū passionū si quis meruerit obtinere: ex hoc q̄ ꝓficiēs gradu: ac sion spiritalis: id est specula dei cōsequēter effectus: erit etiā habitatio eius. Nō essē in cōflictu cōtinētie: sed in iugi virtutū specula dñs cōmoratur: vbi iā nō retūdit: nō cōprimit: sz in perpetuū cōfringit potētias arcuū: ex quibus videlicet aduersum nos libidinū quōdā iacula dirigebantur ignita. Uidetis ergo quia sicut non est in colluctatione continentie sed in castitatis pace locus domini: ita etiam habitatio eius in specula sit ⁊ contemplatione virtutum. Unde non immerito porte sion cunctis tabernaculis iacob preferuntur. Dilgit enim dñs portas sion super oīa tabernacula iacob. Qd aūt ꝑ h̄ ineuitabilē eē cōmotionē carnis asseritis: q̄ vrina cū vesicā iugi instillatione repleuerit: q̄eta etiā suscitet mēbra: lz vere sectatoribus puritatis ad obtinendā eam nihil preiudicet ista commotio: quaz hec sola interdū ⁊ tū per soporē necessitas

Ps. 134. Mat. xviii

Ps. lxxv.

Ibidem.

Ps. lxxxvi

excitarit. Sciendū tñ est: ꝙ ita si cōmota fuerint: ad quietē propriā reducant castitatis imperio vt nō mō cū nullo pruritu: sed ne cū minima quidē libidinis recordatione sedent. Et idcirco vt cū lege animi: lex quoq; cōgruat corporalis: etiā in ipsius aq̄ potu ita est nimietas castigāda vt humoris quotidiana illa collectio: pigrius arefactis influens mēbris: illū quē ineuitabilem putatis corporis motū: nō solū rarissimū verūetiā lentū reddat ac tepidū frigidūq; (vt ita dixerim) ignē: ⁊ absq; vllius adustionis ardore rorantē suscitet flammā: instar admirabilis illi⁹ mosaice visionis: vt carnis nostre rubus innoxio igne circūdatus
Exo. 3. nō vrat. Vel sicut illoꝝ triū iuuenū quibus ita rorante spiritu: fornacis chaldaice flamma discussa est: vt nec capillos eorū aut
Dañ. 3. fimbrias odor ignis afflaret: vt illud quodāmodo quod sanctis repromittitur per prophetam: incipiamus iam in hoc corpore
Esa. 43. possidere. Cū ambulaueris per ignem non combureris: ⁊ flamma non ardebit in te.

¶ De mirabilib⁹ q̄ peculiariter in sanctis suis deus operatur. Capitulum. xij.

Magna eñ vere atq; mirifica sunt: nec vlli hominū penitus nisi his tantū qui experti sunt nota: que dñs fidelibus suis adhuc in isto corruptionis vasculo cōstitutis ineffabili largit liberalitate. Que ꝓpheta mentis puritate perlustrans: tā ex sua q̄ ex illoꝝ persona qui in hūc statū affectūq;
Ps. 138. perueniunt: exclamauit. Mira opera tua: ⁊ anima mea cognoscet nimis. Alioquin nihil noui nec magni intelligitur ꝓpheta dixisse: si alio cordis affectu vel de alijs operibus dei hec ꝓnunciasse credat. Nullus etem est hominū qui mira esse opera dei etiam ex ipsius creature magnitudine nō agnoscat. Ceteruz illa que in sanctis suis quotidiana operatione dispensat: ac speciali munificentia affluenter effundit: nullus alius nisi anima perfruentis agnoscit: que in secreto cōscientie sue ita est beneficiorum eius arbitra singularis: vt ea nō solū nullo valeat sermone disserere sed ne sensu quidem ⁊ cogitatione complecti: cū ab illo ignito feruore discedēs: ad istos materiales ac terrenos intuitus fuerit deuoluta. Quis eñ in se opera dñi nō miret: cū insatiabilē ventris ingluuiē: ⁊ sumptuosaz gule perniciosamq; luxuriā: ita in se viderit fuisse compressam: vt vix ipsum exiguū ac vilissimum cibum raro inuitusq; percipiat. Quis non obstupescat opera dei: cū illum ignem libidinis quem naturalem antea ⁊ velut inextinguibilē esse credebat: ita refriguisse persenserit: vt ne simplici quidē se corporis motu sentiat incitari. Quomodo nō virtutē domini cōtremiscat quisq;: cū homines quondam diros atq; truculentos qui ad summū iracundie furorem etiam blandissimis subditoꝝ irritabātur obsequijs: ad tantam trāsisse viderit lenitatē: vt nō solū nullis iā cōmoueant iniurijs:

sed etiã cũ illate fuerint summa magnanimitate congaudeant. Quis plane nõ miretur opa dei: ac toto ꝓclamet affectu. Quia ego cognoui ꝙ magnus est dñs: cũ vel se vel aliũ quẽpiam ex rapacissimo liberalem: ex prodigo continentẽ: ex superbo humilem. ex delicato ac tenero squalidum hirsutumq; perspexerit: ⁊ egestate atq; angustia presentium rerum etiam voluntarie perfruẽtem. Ista sunt profecto mira opera dei: que peculiariter anima ꝓphete similiumq; eius mirifice cõtemplationis intuitu stupefacta cognoscit. Ista sunt prodigia que posuit super terram: que idem propheta considerans: ad admirationem eorum cunctos populos aduocat dicens. Uenite ⁊ videte opera dei: que posuit prodigia super terram: auferens bella vsq; ad fines terre: arcũ conteret ⁊ confringet arma: ⁊ scuta cõburet igni. Quod enim maius potest esse ꝓdigium: ꝙ sub momẽto breuissimo ex rapacissimis publicanis apostolos fieri: ex persecutoribus truculentis: predicatores euangelij patientissimos reddi: ita vt eã quam persequebatur fidem etiam effusione sui sanguinis propagarẽt. Ista sunt opera dei que se quotidie vna cũ patre operari filius protestat dicens. Pater meus vsq; hodie operatur: ⁊ ego operor. De istis operibus dei beatus dauid inspiritu canens. Benedictus inquit dominus deus israel qui facit mirabilia magna solus. De istis ⁊ amos propheta. Qui facit inquit omnia: ⁊ conuertit ea ⁊ transmutat in matutinam vmbrã mortis. Hec est nempe immutatio dextere excelsi. De hac salutari operatione dei: orat propheta dominum dicens. Confirma deus hoc qđ operatus es in nobis. Ut pretermittam illas secretas atq; absconditas dispensationes dei quas intra se peculiariter exerceri mẽs sanctorũ omniũ momentis singulis intuet: illam celestẽ infusionẽ leticie spiritalis: qua deiectus animus insperati gaudij alacritate sustollit ad illos ignitos cordis excessus: ⁊ tam ineffabilia ꝙ inaudita solatia gaudiorũ: quibus nonnũꝙ ignauissimo stupore torpentes: ad orationẽ feruentissimã velut de somno profundissimo suscitamur. Hoc inꝙ est gaudium de quo beatus apls. Quod oculus inquit nõ vidit: nec auris audiuit: nec in cor hominis ascendit: eius scz qui terrenis vitijs hebetatus: adhuc homo est ⁊ hũanis inheret affectib⁹: nihilq; de istis dei muneribus intuet. Deniq; idem apostolus tam de se ꝙ de similibus sibi qui iam de humana cõuersatione discesserant: subiecit dicens. Nobis aũt reuelauit deus per spiritum suum.

Ps. 134.

Ps. 45.

Joan. 5.

Ps. 71.

1. Cor. 2.

¶ Quod soli qui experiuntur: agnoscant dulcedinem castitatis. Capitulum. xiij.

In his igitur omnibus quantũ mens ad subtiliorẽ profecerit puritatẽ. tanto sublimius intuebitur deũ ⁊ admirationis intra semetipsam potius capiet incrementa ꝙ loquendi facultatem aut sermonẽ narrationis inueniet. Ut

essi vim istiꝰ dictis inexpertus mēte percipere: ita explicare sermone nō valebit expertus. tanꝯ si quis dulcedinē mellis et q̄ nō ꝯ quicꝯ dulce gustauerit velit sermonibus enarrare: profecto nec ille saporis illius suauitatē quā nunꝯ ore percepit auribus capiet: nec ille dulcedinē quā gustus voluptate cognouit: verbis poterit indicare: sed propria tantū agnitione suauitatis ille ctus: necesse est vt experti saporis iocunditatem intra semetipsum solūmodo tacitus admirentur. Ita igit̄ q̄squis in hūc quē prediximus virtutum statū meruerit puenire: hec omnia que infra peculiari gratia dñs operat: tacita mēte perlustrās hoꝛnꝯ oīm attonita cōsideratione flammatus: cū intimo cordis exclamabit affectu. Magnificata opera tua deus: et anima mea cognoscet nimis. Istud ergo est mirabile opus dei: dominē carneū carnales affectus in carne positū respuisse: et in tanta rerū atq; incursiū varietate: vnā tenere animi statum: atq; immobilē in omni accidentiū pmutatione durare. Qua virtute fundatus senex quidā cū apud alexandriā turbis infidelitū circūfusus: non solū maledictis verūetiā grauissimis impellentiū vrgeretur iniurijs: eiq; a subsannantibus diceret. Quid miraculi xp̄s vester quem colitis fecit. Ille inquit. Ut bis ac maioribus si intulerit̄ nō moueat nec offendar iniurijs.

Pa.xxs.

¶ Interrogatio de continentie qualitate: et tēporis modo in quo castitas perfici possit. Capitulū.xiiij.

Germanus. Quoniā nos admiratio nō humane huius neq; terrene: sed plane celestis atq; angelice castitatis ita subito stupore cōfudit: vt terrore magis desperationis incuteret: q̄ ad expetendā se nostros animos puocaret: que summa vt nos de obseruantie qualitate ac tēporis modo: quo acquiri vel perfici valeat: doctrina plenissime disputationis instituas: quatinus et consummari eam posse credamus: et ad expetendam deinceps spacio constituti tempoꝛis animemur. Incōprehensibilē nāq; eam in carne hac positis quodammodo indicamus: nisi nobis ordo quidam ac via qua ad illā valeat peruenir̄i: certa ratione pandatur.

¶ Responsio intra quod tempus possibilitas castitatis possit agnosci. Capitulum.xv.

Pheremon. Temerariū satis est sup cōsummatione duius de qua loquimur castitatis: in tāta presertim velo ignorātā diuersitate vel virtū: certā tēporis definire mēsuram: que nō facile etiā in istis materialibus artibus ac visibilibus disciplinis decerni potest: scōm intentionē nāq; animi ac q̄ ingenij qualitatē: necesse est eas ab vnoquoq; vel celerius vel tardius apprehendi: rationē tñ obseruantie et tēporis modū in ea quē eius possibilitas agnoscat̄ cōstantissime possumus defi-

nire. Quisquis igit extractus a cunctis cōfabulationibus ocio
sis: ⁊ mortificatus ab omni ira ac sollicitudine curaq; mūdana
duob⁹ tantū paximacijs fuerit quotidiana refectione cōtentus:
⁊ aque satietate subtracta: quietē somni triū sine (vt alij statue-
rūt) quattuor horarū spacio. terminarit: nec tū laborum aut con
tinētie huiꝰ merito: sed miseratiōe dñi eā se crediderit adepturū:
quia sine hac fide vana est omnis humani laboris intentio: non
amplius q̄ sex mensibus: perfectionē istius impossibilē sibi nō
esse cognoscet. Euidēs tamē est iam proxime puritatis indiciū
incipere eā de ꝓprij laboris industria nō sperare. Si enim vim
versiculi illius vnusquisq; in veritate conceperit. Nisi dominus Ps. 126.
edificauerit domū: inuanū laborāt qui edificant eam: sequitur:
vt nec de puritatis sue meritis extollat: intelligēs eā se nō sua
diligentia: sed dñi misericordia consecutū: nec cōtra alios immi
ti rigore moueatur: sciēs humanā nihil esse virtutē: si eā virtus
diuina non iuuerit.

¶ De fine ac remedio castitatis. Capitulum. xvj.

Proinde vnicuiq; nostrū aduersus spiritū fornicatiōis
totis virib⁹ desudāti: victoria singularis est: de merito
conatus sui remediū nō sperare: q̄ fides licet facilis ac
plana oībus videat: tamē tam difficile ab incipientib⁹ q̄ ipsius
castitatis ꝑfectio possidet. Nam cū eis vel particula puritatis
arriserit: cōtinuo in cōscientie sue secretis elatione quadā subti
liter illabēte sibimet blandiunt: credentesq; eā se diligentie sue
studio consecutos: necesse est vt superno illo presidio paululum
denudati: tādiu illis quas diuina virtus extinxerat passionib⁹
opprimantur: q̄diu experientia docēte cognoscāt se viribus at
q; industria sua puritatis bonū obtinere nō posse. Et vt disputa
tionē nostram de fine plenissime castitatis longa lucubratione
cōfectam breuiter cōcludam⁹: in vnū omnia q̄ copiose sparsim
q; digesta sunt colligētes. hec est cōsummatio castitatis: vt vigi
lantem monachū oblectatio libidinis nulla ꝑstringat: vt quie-
scentē somnioꝝ nō fallat illusio: sed cū dormienti tantū ꝑ sopite
mentis incuriā cōmotio carnis obrepserit: quēadmodū sine vlla
titillatione voluptatis excitata est: ita etiam sine vllo pruritu
corporis conquiescat. Hec de castitatis fine: quātum potuimus
non verbis sed experientia magistrante digessimus. Que licet
a desidiosis ac negligentibus arbiter impossibilia forsitan iu-
dicanda: certus tamē sum a studiosis ac spiritalibus viris agno
scenda pariter ac probanda. Tantū nāq; inter hominē distat ⁊
hominem: quantum: ⁊ illa in quibus animi eoꝝ tendit intētio:
ab inuicem disparantur: id est vel celum ab inferno: vel christus
a belial scdm sententiā domini saluatoris. Si quis mihi mini Joan. 12.
strat: me sequat: ⁊ vbi ego sum illic ⁊ minister meus erit. Et ite
rum. Ubi est thesaurus tuus ibi erit ⁊ cor tuū. Hucusq; beatus Matt. 6.

Eheremon de castitatis perfectione differuit: admirabilemq; doctrinam sublimissime puritatis tali sermone cōclusit: suades stupentibus atq; anxijs nobis: vt quia iam noctis pars maior effluxerat: tradita quieti paululum membra: naturali sopori cibo minime fraudaremus: ne languens torpore corporis sui etiam mens vigorem sancte intentionis amitteret.

¶ Explicit collatio secunda abbatis Eheremonis de castitate.

¶ Incipit annotatio capitulorum collationis tertie eiusdem abbatis de protectione dei.

Ca. j. Prohemiale.

ij Interrogatio quare non merita virtutum laborantis industrie deputentur.

iij Responsio q̄ fine adiutorio dei non solum perfectio castitatis: sed omnino nihil boni perfici possit.

iiij Obiectio quemadmodum gentiles absq; gratia dei castimoniam habuisse dicantur.

v Responsio de philosophorū imaginaria castitate.

vj Quod sine gratia dei nullos industrios conatus exequi valeamus.

vij De principali proposito dei: et prouidentia quotidiana.

viij De gratia dei ⁊ arbitrij libertate.

ix De virtute bone voluntatis nostre ⁊ gratie dei.

x De liberi arbitrij infirmitate.

xj Utrum bonam voluntatem nostrā sequatur an precedat gratia dei.

xij Quod voluntas bona nec semper gratie: nec semper fit bonis tribuenda.

xiij Quod gratiam dei humani conatus compensare non possint.

xiiij Quod temptationibus suis deus virtutem humani experiatur arbitrij.

xv De multiplici vocationum gratia.

xvj De gratia dei eo q̄ humane fidei transcendat angustias.

xvij De inscrutabili dispensatione dei.

xviij Definitio patrum eo q̄ arbitrium ad saluandum non sit idoneum.

¶ Explicit annotatio capitulorum.

¶ Incipit tertia collatio abbatis Eheremonis de protectione dei.

¶ Prohemiale. Capitulum. j.

Cum ad synaxim matutinā percepto paululum sopore remeantes: senē operiremur: ingenti abbas Germanus scrupulo mouebatur: ꝙ in preterita disputatione cuius virtus summū desiderium incognite nobis castitatis infuderat: vnius adiectione sententie beatus senex meritum humane causasset industrie: astruens hominem q̄uis summis ad bonam frugem viribus enitatur: tamen boni compotem esse non posse: nisi id diuini tantum muneris: largitate: nō operis sui studio percepisset. Hāc igit̄ questionem attonite volūtibus nobis progressus cellula beatus Cheremon cum quidem nos inuicem musitare sensisset: solito breuius orationum atq; psalmoꝝ solennitate transcursa: q̄d moueret inquirit.

¶ Interrogatio quare non merita virtutum laborātis industrie deputentur. Capitulum.ij.

Tunc Germanus. Quantum excellentissime inquit sublimitate virtutis que nocturna disputatiōe patefacta est: pene (vt ita dixerim) a fide possibilitatis excludimur tātum nobis (pace tui dictum sit) videtur absurdum: si laborum stipendium: id est perfectio castitatis que instantia proprij sudoris acquiritur: non specialiter laborantis deputet̄ industrie Ineptū est eff̄: vt si (verbi gratia) agricolā erga culturā terre irremissum studiū viderimus impēdere: non illius efficacie ascribamus ⁊ fructum.

¶ Responsio ꝙ sine adiutorio dei non solum ꝑfectio castitatis: sꝫ oīno nihil boni ꝑfici possit. Capitulū.iij.

Cheremon. Hoc ipso q̄d proposuistis exemplo euidenti approbatur nihil posse ꝓficere sine adiutorio dei laborātis industriam. Nec enim agricola cum omnes conatus suos in excolendis expenderit terris confestim etiam prouentum segetum ⁊ vbertatē frugum sue poterit industrie deputare quā irritam esse frequenter expertus est: nisi eam ⁊ pluuiarum oportunitas ⁊ hyemis trāquilla serenitas subsequatur: ita vt adultos iam fructus ac perfecta maturitate solidatos. quodāmodo de manu tenentiū videremus plerūq; prereptos: nihilq; laborantibus illā iugem sudoris instantiam contulisse: quia nō fuit domini opitulatione directa. Sicut igitur inertibus agricolis: qui sua frequenter vomere arua non subigunt: hanc vbertatem segetum pietas diuina non confert: ita laborantibus per nox sollicitudo nō proderit: nisi misericordia dn̄i fuerit prosperata. In quo tū humana superbia nullatenus se gratie dei vel exequare vel admiscere contendat: participēq; se in muneribus dei ꝑ hoc conet̄ inserere: vt laborē suum auctorē esse diuine existimet largitatis: ac ꝓuentū copiosissimarū frugū: industrie sue

meritis respondisse glozietur. Cōsideret nāq; ac veridica examinatione ppēdat q; ne ipsos qdē conatus quos pro desiderio opuletie intentus exercuit: suis viribus impendere potuisset: nisi eū ad exercendū offe opus ruris: precio domini ac misericordia roborasset: t inefficax eius voluntas fuisset: ac vir⁹: nisi etiā pgendi copiam: que nonnunq; vel siccitatis vel imbriū nimietate fraudat: diuina clemētia prestitisset. Nā cū t bonū virtutis t sanitas corporis t oīm effect⁹ operū actuūq; pſperitas a oīo fuerit cōdonata: orandū est ne fiat ei sicut scriptū est. Celū ereū t terra ferrea: t ne residuū locuste comedat bruchus: t residuū bruchi eruca denozet: t residuum eruce rubigo consumat. Nec in hoc tantū eget diuinitatis auxilio agricole laborātis industria: nisi etiam insperatos auertat casus: quib⁹ etiā si desiderata fructuū fecūditate ager fuerit opimatus: non solum spei sue vana expectatiōe frustrabit: verumetiā preceptarū t recōditarū iam vel in area vel in horreo fruguz vbertate fraudabit. Quib⁹ manifeste colligitur: nō solū actuū: verūetiā cogitationū bonaz ex deo esse principium: qui nobis t initia sancte voluntatis inspirat: t virtutē atq; opportunitatem eoz q recte cupim⁹ tribuit peragēdi. Osse effi datū bonū: t osse donū pfectū: desursum est descēdens a parte luminū: qui t incipit q bona sunt: t exequit t cōsummat in nobis: dicēte apl̄o. Qui aūt dat semen seminanti: t panē ad manducādum pstabit: t multiplicabit semē vestrū t crescere faciet fructū iusticie vre. Nostrū vero est: vt quotidie attrahentem nos gratiā dei humiliter subsequamur vel certe dura ceruice t incircūcisis vt scriptū est auribus eide resistētes: p hieremiā mereamur audire. Nāquid qui cadit nō resurget aut q auersus ē nō reuertet. Quare q auersus est pplis istein bien sale auersiōe cōtētiosa. Induraueruīt ceruices suas: nolueruīt reuerti.

Deut. 28. Jobel. j. Jacobi. j. 2. Cor. 9. Diere. viij.

Cobiectio quemadmodum gentiles absq; gratia dei castimoniam habuisse dicantur. Capi. iiij.

Ermanus. Huic sensui cui⁹ pietas abrupte a nobis non pōt improbari illud videt obsistere: qō ad destructionē liberi arbitrij tēdit. Nā cū multos gentiliū qui vtiq; diuini aditoris gratiā nō mereruntur: nō solū frugalitatis atq; patientie: sed quod magis mirū est etiam castitatis videamus fulgere virtutibus: quomodo captinato libere voluntatis arbitrio: dei munere collate illis fuisse credēde sunt: cū vtiq; mūdane sapiētie fectatores: nō solū dei gratiā sed ipsum etiā ver⁹ deū penit⁹ ignozātes: quātū vel serie lectionis vel quozūdā traditione cognouim⁹ summā castimonie puritatem propriis laborīs industria possedisse dicant.

Cresposio de phylosophoz̄ imaginaria castitate. Capitulum. v.

Heremon. Grati mihi est q̄ tu sūmo agnoscēde veritatis amore flāmamini: quedā etiā inepta ꝓponitis: quorū obiectione ꝓbatior atq; (vt ita dixerim) exploratior catholice fidei virtus appareat. Quis eteīm sapiēs tā cōtrarijs ꝓpositionib⁹ vteret vt celestē castimonie puritatē quā hesterna die nec p̄ deā gram' mortaliū cuiq; afferebatis posse ꝓferri: nūc eādē etiā a gentilib⁹ crederetis virtute ꝓpria fuisse posessam. Sed quia hec explorande proculdubio (vt dictum est) studiose ritatis oppositis: q̄d de his teneamus aduertite. Primū philosophos nequaq; credendū est talem animi castitatem qualis a nobis exigit affectus: q̄bus iniungitur vt nō solū fornicatio sed ne immundicia quidē nominet in nobis. Habuerunt antez illi quandā meriken: hoc est pudicitiam castitatis: id est abstinentiam carnis: vt tantū a coitu libidinē coercerent. Hāc autem internā mentis ac p̄fectam corporis puritatem: nō dicam opere assequi: sed nec cogitatione potuerunt. Deniq; famosissimus ille ipse socrates: docet ipsi cōcelebrant de se nō erubuit p̄fiteri. Nā cū intimes eū: quidā physiognomon dixisset: omma pederastu: hoc est oculi corruptoris puerorū: et irruētes in eū discipuli eius: vlciscī illatā mgfo vellēt cōtūlī: indignationem eorū hac⁹ cōpressisse sentētia paulisper abstinete eterorū imigar eteros: id est quiescite o socales: eteīm sum cōtineo. Apertissime igit nō solum assertione nostra: sed etiā ipsorū professione monstrat: cum summationē tantummodo impudicitie: id est commixtionis turpitudinē: violēta ab illis necessitate cōpressam: nō tm desiderijs de corditb⁹ eorū et oblectatione illius passionis exclusam. Cū quo, aūt horore p̄ferenda est illa snia diogenis. Si actū essi quod philosophos mūdi hui⁹ velut q̄dā memorabile p̄ferre nō pudnit: neq; dici a nobis sine verecūdia: neq; audiri potest. Nam cuidā in adulterij crimine puniēdo (vt ferūt) ait: todozatas polumenon eanato myatozare: id est: q̄ gratis vēdit: morte nō emas. Cōstat q̄ illos vere castitatis q̄ a nobis expetit nec agnouisse ꝓtuit. Et ī satis certū est circūcisionē nr̄as q̄ in spiritu est nō posse nisi dei tantū munere possideri: et bis inesse solūmō: q̄ deo tota spiritus sui cōtritione deseruiunt.

¶ Quod sine gratia dei nullos industrios conatus expedi valeamus. Capitulum. vj.

Idcirco, licet in multis immo in oib⁹ possit ostēdi: semper auxilio dei bones indigere: nec aliquid humanā fragilitatem quod ad salutē pertinet per se solāt: id est sine adiutorio dei posse pficere: in nullo tamē euidētius q̄ in acq̄sitione atq; custodia castitatis ostēditur. Ut essi tantisper de integritatis eius difficultate disputatio differat: de instrumentis eius breuiter interim disputemus. Quis prenaleat quesoq̄ nis fer-

dicam quotidianā esuriem sed ipam saturitatē nulla hominum
laude suffultus: suis viribꝰ sustinere? Quis aque perpetuā sitim
sine domini cōsolatione tolerare? illumq; dulcē ac delectabilem
matutinum sopozem humanis fraudare oculis: ⁊ intra termi-
nos bozarum quattuoꝛ: omnem quietis refectionē ingi possit le
ge cōcludere? Quis indefinentē lectionis instantiā? quis irre-
missam operis sedulitatem: nullā presentis lucri commodū ca-
pans: absq; dei gratia explere sufficiat? Que omnia sicut desi-
derari a nobis iugiter absq; diuina inspiratione nō possunt: ita
ne perfici quidē sine eius auxilio vllatenus queunt. Et vt hec ea
dem nō solum probata nobis experīētie disciplina: sed etiā cer
tis indicijs ⁊ argumētis manifestioza reddamus: nōne in mul-
tis que vtiliter optamus implere: cum desiderij plenus ardoꝛ
ac voluntas perfecta non desit: interpellans quecūq; fragilitas
cassat vota concepta: nec propositio nostro assistit effectus: nisi
virtus perficiendi domini fuerit miseratione donata: ita vt esi
sit innumera multitudo illozum qui fideliter virtutum studijs
desiderent inherere: summā tamen eozum qui hec perficere vel
tolerare prenaleant inuenias rarītatem: vt prętermittam quod
ne tunc quidē: cuꝰ omnino nulla nos arcet infirmitas: facultas
vniuersa que volumus peragendi nostre subiacet potestati. Nā
neq; remotionis silentium: nec districtionem leimnioꝝ: nec le
ctionis instantiam: illo etiā tempoze quo possumus pro nostro
arbitrio retentamus: sed quibusdam occurrentibus causis: etiā
inuitissimi frequēter retrahimur a salutaribus institutis: ita vt
vel loci vel temporis copiam in quo hoc exercere possimus: ne-
cesse sit nos a domino deprecari. Nec sufficere nobis id qō pos-
sumus certum est: nisi etiam opoꝛtunitas peragendi ea que no-
bis vtiq; possibilia sunt a domino tribuatur: de quibus ⁊ apo-
§. Thes.2. stolus. Quoniam volumus inquit venire ad vos ⁊ semel ⁊ ite
rum: ⁊ impediuit nos sathanas: ita vt nonnunq; nos etiam vti
liter ab istis spiritalibus sentiamus studijs auocari: vt dum no
lentibus nobis interrumpitur nostri cursus intentio: ⁊ infirmi
tati carnis aliquid relaxamus: etiam inuiti ad salutarem perse
neranciam reseruemur. De qua dispensatione dei: simile aliquid
2.Cor.12. beatus apostolus. Propter quod inquit ter dominꝰ rogaui vt
discederet a me: ⁊ dixit mihi. Sufficit tibi gratia mea. Nam vir
Ro.8. tus in infirmitate perficitur. Et iterum. Quid enim oremus sm
quod oporteat nescimus:

¶ De principali proposito dei ⁊ prouidentia quotidiana. Capitulum.vij.

Propositum nāq; dei quo non ob hoc dominem fecerat
vt periret: sed vt in perpetuum viueret: manet immobi
le. Cuius benignitas cum bone voluntatis in nobis
quantulācunq; scintillam emicuisse perspexerit: vel quam ipse

tanq̃ de dura silice nostri cordis excusserit: confouet eam ⁊ exu
scitat: suaq̃ inspiratione confortat: volens omnes homines sal
uos fieri: ⁊ ad agnitionē veritatis venire. Quia non est inquit Mat. 18.
volūtas ante patrē vestrū qui in celis est: vt pereat vnus ex pu
sillis istis. Et iterum. Nec vult inquit deus perire animam: sed 2. Re. 14.
retractat cogitans ne penitus pereat qui abiectus est. Uerax nā
q̃ est ⁊ non mentit deus. cū obtestatione diffiniens. Uiuo ego Ezech. 33.
dicit dominus deus: quia nolo mortem impij: sed vt cōuertatur
a via sua ⁊ viuat. Qui eñ vt pereat vnus ex pusillis non habet
voluntatem: quomodo sine ingenti sacrilegio putandus est: nō
vniuersaliter omnes sed quosdam saluos fieri velle pro omnib⁹
Ergo quicunq̃ pereunt: contra illius pereunt voluntatem: ita
eo contra vnumquemq̃ eorum quotidie proclamante. Conuer- Ibidem.
timini a vijs vestris pessimis: ⁊ quare moriemini domus israel
Et iterum. Quotiens volui congregare filios tuos sicut gallina Mat. 23.
cōgregat pullos suos sub alas suas: ⁊ noluisti? Et quare inquit Hiere. 8.
auersus est populus iste in hierusalem: auersione contentiosa?
Indurauerunt facies suas: noluerūt reuerti. Presto est ergo quo 1. Timo. 2.
tidie christi gratia que dum vult omnes homines saluos fieri:
⁊ ad agnitionem veritatis: venire: cunctos absq̃ vlla exceptio
ne conuocat dicens. Uenite ad me omnes qui laboratis ⁊ one- Matthe. 11.
rati estis: ⁊ ego reficiā vos. Si aūt nō omnes vniuersaliter: sed
quosdam aduocat: sequitur vt nec omnes sint onerati vel origi-
nali vel actuali pctō: nec vera sit illa sentētia. Omnes eñ pecca- Ro. 3.
uerūt ⁊ egēt gloria dei: nec per omnes homines mors pertransis
se credat. Et intantū oēs qui pereūt cōtra dei pereūt voluntatē:
vt nec ipsaz mortē deus fecisse dicat: ita scriptura testāte. Quia
deus mortē nō fecit nec gaudet in perditione viuorū. Et inde est Sapi. 1.
q̃ plerūq̃ dū ꝓ nobis cōtraria postulamus: vel tardius vel ne
quaq̃ nostra exaudit oratio: ⁊ rursus: ea q̃ credimus esse cōtra
ria: vtiliter vt benignissimus medicus: etiā inuitissimis dñs in
ferre dignat: ac nōnunq̃ ꝑnitiosas dispositiones nr̄as letales
q̃ conat⁹: ab effectu detestabili retardat ac reuocat: ac ꝓperātes
ad mortem: retrahit ad salutem: ⁊ de inferni faucibus extrahit
ignorantes.

¶ De gratia dei ⁊ arbitrij libertate. Capitu. viij.

Quam curā atq̃ ꝓuidētiam circa nos suā sub figura me
retricis hierusalē ⁊ perniciosa ad idolorꝫ cultū alacrita
tē tendētis: per Osee ꝓphetā sermo diuinus elegāter ex Osee. 2.
pressit. Dicēte nāq̃ ea. Uadā post amatores meos: q̃ dāt panes
mihi ⁊ aquas meas: lanā meā ⁊ linū meū: oleū meū ⁊ potū meū
respondit: saluti eius nō volūtati cōsulens diuina dignatio. Ec Ibidem.
ce ego sepiā viā eius spinis: ⁊ sepiam eam maceria: ⁊ semitas
suas non inueniet: ⁊ sequetur amatores suos: ⁊ non apprehen-
det eos: ⁊ q̃ ueret eos: nec inueniet illos: ⁊ dicet. Reuertar ad vi Ibidem.

rum meum priorem: quia bene mihi erat tunc magis q̄ nunc.
Ac rursus cōtumacias nostras atq; cōtemptus: quibus eū ad
salutares inuitantem recursus rebelli spiritu dedignamur: ta-
Hiere.3. li comparatione describit. Et dixi inquit. Patrē vocabis me:
⁊ post me ingredi nō cessabis. Sed quō si cōtemnat mulier ama
torē suum: sic contempsit me domus israel: ait dñs. Satis con
grue: qm̄ hierusalē adultere cōparauerat a suo cōiuge discedēti:
amorē quoq; ac perseuerantiā benignitatis sue viro qui a femi-
na deseritur: comparauit. Pietas eīm ac dilectio dei: quam circa
humanū genus semper impēdit: eo q̄ nullis ita vincatur iniu-
rijs: vt a cura nostre salutis abscedat: ⁊ quodāmodo superata
iniquitatibus nostris a principali suo ꝓposito reuocet: magis
proprie exprimi alia cōparatione nō potuit: q̄ exemplo viri ar
dentissimo amore feminā diligentis: qui quāto magis negligi
se ac despici ab ea senserit: tāto vehementioris circa eam zeli ar
dore flammat. Adest igitur inseparabiliter nobis semper diui
na ꝓtectio: tantaq; est erga creaturaz suam pietas creatoris: vt
non solum comitet eam sed etiam precedat iugiter ꝓuidentia.
Ps.58. Quā expertus ꝓpheta apertissime confitet dicens. Deus meus
misericordia eius preueniet me. Qui cū in nobis ortum quendā
bone voluntatis inspexerit: illuminat eam confestim atq; con-
fortat: ⁊ incitat ad salutē: incrementū tribuens ei: quam vel ipse
Esa.65. plantauit vel nostro conatu viderit emersisse. Nam anteq̄ cla-
ment inquit ego audiam: adhuc loquentibus eis ego audiam.
Eiusdē.30. Et iterum. Ad vocem clamoris tui statim vt audierit respondebit tibi. Et non solū sancta desideria benignus inspirat sed etiā
occasiones prestruit vite: ⁊ oportunitatē boni effectus. ac salu-
taris vie directionem demonstrat errantibus.

¶ De virtute bone volūtatis nr̄e ⁊ gratie dei. Ca.ix.

Vnde non facile humana ratione discernitur: quemad-
modum dominus petentibus tribuat: a querentibus
inueniatur: aperiatq; pulsantibus: ⁊ rursus inuenia-
tur a non querentibus se: palam appareat inter illos qui eū nō
interrogabant: ⁊ tota die expandat manus suas ad populū non
credentem sibi ⁊ contradicentem: resistētes ac longe positos vo
cet: inuitos attrahat ad salutem: peccare cupientibus explēde
copiam subtrahat voluntatis: ad nequiciam properantibus be
nignus obsistat. Cui autem facile pateat: quomodo salutis sum
Esa.1. ma nostro tribuat arbitrio: de quo dicitur. Si volueritis ⁊ au-
dieritis me: que bona sunt terre manducabitis: ⁊ quomodo nō
Ro.9. volentis neq; currentis: sed miserentis sit dei. Quid etiam sit il
Eiusdē.2. lud: q̄ deus reddet vnicuiq; s̄m opera eius: ⁊ deus est qui opera
Phil.2. tur in vobis ⁊ velle ⁊ perficere pro bona voluntate. Et hoc non
Eph.2. ex vobis: sed dei donum est: non ex operibus: vt ne quis glorie
Jaco.4. tur. Quid sit etiam illud quod dicitur. Appropinquate deo et

appropinquabit vobis. Et quod alibi dicit. Nemo venit ad me nisi pater qui misit me: attraxerit eū. Quid sit qđ dicit. Rectos cursus fac pedib⁹ tuis: ⁊ vias tuas dirige: ⁊ quid sit qđ dicimus orantes. Dirige in cōspectu tuo viā meā. Et ꝑfice gressus meos in semitis tuis: vt non moueant vestigia mea. Quid sit ꝙ iterū cōmonemur. Facite vobis cor nouū ⁊ spiritū nouū: ⁊ quid sit illud qđ repromittit. Dabo eis cor nouū: ⁊ spiritum nouū tribuā in visceribus eorum: ⁊ auferā cor lapideū de carne eoꝝ: ⁊ dabo eis cor carneū: vt in preceptis meis ambulent: ⁊ iudicia mea custodiant. Quid sit qđ precepit dn̄s: dicēs. Laua a malicia cor tuū hierusalē vt salua fias: ⁊ quid sit qđ idip̄m ꝓpheta a domino postulat dicēs. Cor mundū crea in me deus. Et iterum. Lauabis me ⁊ super niuem dealbabor. Quid sit qđ ad nos dicit. Illuminate vobis lumen scientie. Et q̄d sit qđ de deo dicit. Qui docet hominem scientiā: ⁊ dn̄s illuminat cecos. vel certe qđ orantes dicimus cū propheta. Illumina oculos meos: ne vnq̄ obdormiā in morte: nisi quod in his omnibus ⁊ gratia dei ⁊ libertas nostri declarat arbitrij: ⁊ quia etiam suis interdū motibus homo ad virtutum appetitus possit extendi: semper vero a domino indigeat adiuuari. Nec enim cū voluerit quis sanitate ꝑfruitur: aut de egritudinis morbo pro arbitrij sui desiderio liberat. Quid autē prodest sanitatis gratiā cōcupisse: nisi dominus qui vite ipsius vsum tribuit etiam vigorē incolumitatis impertiat Ut autē euidentius clareat: etiā per nature bonum qđ beneficio creatoris indultū est: nōnunq̄ bonarū voluntatum prodire principia: que tamen nisi a domino dirigantur: ad consummationez virtutum peruenire nō possunt. Apostolus testis est dicēs. Uelle enim adiacet mihi: perficere autē bonum non inuenio.

Iohā. 6.
Ps. 5.
Ps. 16.
Ezech. 18.
Eiuidē. 11.
Hiere. 4.
Ps. 50.
Ibidem.
Ps. 93.
Ps. 145.
Ps. 12.
Roma. 7.

¶ De liberi arbitrij infirmitate. Capitulum. x.

Nam libertatē scriptura diuina nostri cōfirmat arbitrij dicēs: Omni custodia serua cor tuū. Sz infirmitatē ei⁹ apostolus manifestat: dicēs. Dominus custodiat corda vestra: ⁊ intelligentias vr̄as in christo iesu. Uirtutē liberi arbitrij dauid enunciat. dicēs. Inclinaui cor meū ad faciēdas iustificationes tuas. Sed infirmitatē eius idē orans similiter docet. Inclina inquiēs cor meum in testimonia tua ⁊ nō in auariciā. Salomon q̄z. Incliner corda nostra ad se vt ambulemus in vniuersis vijs eius: ⁊ custodiamus mādata eius: ⁊ cerimonias ei⁹ ⁊ iudicia ei⁹. Potestatē designat arbitrij nostri psalmigraphus dicens. Cohibe linguam tuā a malo: ⁊ labia tua ne loquantur dolum. Infirmitatem eius nostra protestatur oratio dicentibus nobis. Pone domine custodiā ori meo: ⁊ ostiū circunstātie labijs meis. Arbitrij nostri facultas a dn̄o declaratur cū dicit. Solue vincula colli tui captiua filia sion. Fragilitatem eius ꝓpheta decantat dicens. Dominus soluit compeditos. Et. Di-

Prouer. 4.
Phil. 4.
Ps. 118.
Ibidem.
3. Reg. 2.
Ps. 33.
Ps. 140.
Esa. 52.
Ps. 145.

Ps. cxv. rupisti vincula mea: tibi sacrificabo hostiā laudis. Audiuimus
in euāgelio dñm conuocantē vt ad eum properemus per liberū
math. xj. arbitrium. Venite ad me omnes qui laboratis t onerati estis: t
ego reficiā vos. Sed infirmitatē eius idē dominus protestatur
Job. vj. dicens. Nemo pōt venire ad me: nisi pater qui misit me attrahe
j. Cor. ix. rit eū. Apostolus liberum arbitriū nostrū incitat dicens. Sic
curritе vt comprehendatis. Sed infirmitatē eius Iohannes ba
ptista testatur cū ait. Non pōt hō accipere a se quicq̄: nisi fuerit
Hiere. xvij. ei datū de celo. Inbemur animas nostras sollicite custodire: di
Ps. cxxvj. cente prophēta. Custodite alas vestras. Sed eodē spiritu ali⁹
proclamat prophēta. Nisi dominus custodierit ciuitatē: inua⁹
num vigilat qui custodit eam. Apostolus philippēsibus scri⁹
Phil. ij. bens vt liberū cor² designet arbitriū. Cū metu t tremore inquit
vestrā salutē operamini. Sed vt infirmitatē eius ostendat: ad⁹
iungit. Deus est enim inquit qui operat in vobis: t velle t per
ficere pro bona voluntate.

Vtrū bonā voluntatem nostram sequatur an pre⁹cedat gratia dei. Capitulum. xj.

Dita sunt hec quodāmodo indiscrete permixta atq̄ con
fusa: vt quid ex quo pendeat: inter multos magna que⁹
stione voluatur. i. vtrū quia initiū bone voluntatis pre
uerimus: misereatur nostri deus: an q: deus misereat: consi⁹
quamur bone voluntatis initiū. Multi enim singula hec credē
tes ac insto amplius asserentes: varijs sibiq̄ cōtrarijs sunt er⁹
roribus inuoluti. Si enim dixerimus nostrū esse bone princi⁹
pium voluntatis: quid fuit in persecutore paulo: quid in publi
cano matheo: quorum vnus cruori ac supplicijs innocentum:
alius violentijs ac rapinis publicis incubans attrahitur. ad
salutē? Vin vero gratia dei semp inspirari bone voluntatis prin
cipia diximus: q̄d de zachei fide: quid de illius in cruce latro⁹
nis pietate dicimus: qui desiderio suo vim quandā regnis cele⁹
stibus inferentes: specialia vocationis monita prenenerūt. Cō
summationē vero virtutū t executionē mandatoꝝ dei: si nostro
Ps. lxxxix deputauerimus arbitrio: quomō ozamus. Confirma deus hoc
neemie. xiij quod operatus es in nobis. Et opera manuū nostrarū dirige su⁹
Gen. xx. per nos. Scimus ad maledicendū israeli balaā fuisse conductū
Gen. xxxvij sed videmus maledicere cupienti non fuisse permissum. Custo⁹
ditur abymelecb ne rebeccā tāgens peccet in deū. Joseph fratrū
linore distrabit: vt discessio filioꝝ israel in egyptū fieret: t illis
de germani nece tractantibus: future famis remedia pararent.
Exod. xlv. Quod idem ioseph a fratribus agnitus manifestat: dicēs. No
lite panere: nec durū vobis videat: q̄ vendidistis me in his re⁹
gionibus. Pro salute enī vra misit me dñs ante vos. Et infra.
Premisit enim me dñs: vt reseruemini sup terrā: t escas ad vi⁹
nendū possitis habere. Non vestro cōsilio: sed voluntate dei hec

missus sum: qui fecit me quasi patrē pharaonis ⁊ dñm totius domus eius: ⁊ principē in omni terra egypti. Et cū post obitū patris formidātibus fratrib⁹ suspitionē timoris auferret. Nolite inquit timere: nūquid dei possumus renuere voluntati? vos cogitastis aduersum me malū: ⁊ deus vertit illd in bonū: vt exaltaret me sicut impresentiaꝝ cernitis: vt saluos faceret ppl̄os mlt̄os. Qd ēt btūs dauid economice tūc factū in psalmo cētesimo quarto sil̄r declarauit: dicēs. Et vocauit famem sup terrā: ⁊ omne firmamētū panis cōtriuit. Misit ante eos virū: in seruū venūdat⁹ est ioseph. Hec duo: id est vel gratia dei vel liberū arbitriū: sibi quidē inuicē vident̄ aduersa: sed vtraq; concordant ⁊ vtraq; nos pariter debere suscipe: pietatis rōe colligimus. ne vnū hoꝝ homini subtrahētes: ecclesiastice fidei regulā excessisse videamur. Nā cū viderit nos deus ad bonū velle deflectere: occurrit: dirigit atq; cōfortat. Ad vocē effi clamoris tui statim vt audierit respōdēbit tibi. Et inuoca me inquit in die tribulationis tue: ⁊ eripiā te ⁊ glorificabis me. Et rursus si nos nolle vel intepuisse perspexerit. adhortationes salutiferas admonet cordibus nr̄is: quib⁹ volūtas bona vel repet̄ vl̄ formet̄ in nobis. Eiusd. l.

¶ Quod voluntas bona nec semper gratie nec semper sit homini tribuenda. Capitulū. xij.

Nec eniz talē deus hoīem fecisse credēdus est: q̄ nec velit vnq̄ nec possit bonū. Alioquin nec liberū ei ꝑmisit arbitriū: si ei tantūmō malū vt velit ⁊ possit: bonū vero a semetipso nec velle nec posse concessit. Et quō stabit illa dñi post preuaricationē primi hominis lata sentētia. Ecce adā fact⁹ est sicut vnus ex nobis sciēs bonū ⁊ malum. Non enim talis ante fuisse putādus est: q̄ boni eēt prorsus ignarus. Alioquin velut quoddā irrationabile atq; insensatū animal eū fatēdū est fuisse formatū. Qd satis absurdū atq; a catholica fide oīmodis alienum est. Quinimmo ꝑm sapiētissimi. Salomonis sententiā: fecit deus hoīez rectū. id est vt tātūmodo boni sciētia iugiter frueret̄: sed ipsi quesierūt cogitationes multas: facti enim sunt (vt dictū est) sciētes bonū ⁊ malū. Cōcepit ergo adā post preuaricationē: quā non habuerat scientiā mali: boni vero quā acceperat scientiā nō amisit. Deniq; nō amisisse hūanū gen⁹ post preuaricationē ade sciētiā boni ēt apl̄i sentētia euidentissime declarat̄ qua dicit. Cum enim gentes que legē nō habent naturaliter ea que legis sunt faciunt: hi legē nō habentes: ipsi sibi sunt lex: qui ostendunt opus legis scriptū in cordibus suis: testimoniū reddente illis conscientia ipsorum: ⁊ inter se inuicē cogitationib⁹ accusantib⁹ aut etiā defendentib⁹ in die qua iudicabit deus occulta hominum. Quo sensu etiam dominus per prophetā increpat iudeoꝝ: nō naturalem sed voluntariam cecitatē: quam ipsi sibi contumaciter inferebant. Surdi inquit audite ⁊ ceci intue Eccs. vij. Roma. ij. Esa. xlij.

mini ad videndū. Quis surdus nisi seruus meus: ⁊ cecus nisi
ad quē nūcios meos misi? Et ne forte hāc eoꝝ cecitatē aliquis
Eiusd. xliij. nature non volūtati possit ascribere: alibi ait. Educ foras po-
pulum cecū ⁊ oculos habentē: surdū ⁊ aures ei sunt. Et iteruz.
Ezech. xij. Qui habentes inquit oculos non videtis: ⁊ aures ⁊ nō auditis
math. xiij. Dominus etiā in euāgelio. Quia videntes inquit non vident:
⁊ audientes nō audiūt neq; intelligunt. Et adimplet in eis pro
Esa. vj. phetia Esaie dicētis. Auditu audietis ⁊ nō intelligetis: ⁊ vidē-
tes videbitis ⁊ nō videbitis. Incrassatū est em̄ cor populi hui⁹
⁊ auribus grauiter audierūt ⁊ oculos suos cōcluserūt: nequan
do videāt oculis: ⁊ auribus audiāt: ⁊ corde intelligant: ⁊ cōuer
tant ⁊ sanē illos. Deniq; vt possibilitatē boni eis inesse signa-
ret: increpat phariseos. Quid autē inquit ex vobis ipsis non
iudicatis qd̄ bonū est? Qd̄ vtiq; eis nō dixisset nisi eos iudicio
naturali id qd̄ equū est scisset posse discernere. Uñ cauēdū est no
bis ne ita ad dñm oīa sanctoꝝ merita referam⁹: vt nihil nisi id
qd̄ malū atq; peruersum est: hūane ascribamus nature. In quo
quidē sapiētissimi. Salomonis immo dñi cuius h̄ verba sunt
testimonio cōfutamur. Ita em̄ cū cōsummata tēpli extructione
oraret: effectus est. Uoluitq; dauid pater meus edificare domū
nomini domini dei israel: ⁊ ait dñs deus ad dauid patrē meuz.
Quod cogitasti in corde tuo edificare domū nomini meo: bene
fecisti hocipsum mēte tractans: veruntū non tu edificabis do-
mum nomini meo. Hec ergo cogitatio atq; iste tractatus regis
dauid: vtrū ne bonus ex deo: an malus ⁊ ab hoīe fuisse dicēdus
est. Si em̄ bona atq; ex deo fuit illa cogitatio: cur ab eo a quo
inspirata est: eidē negat effect⁹. Si aūt mala ⁊ ex homine fuit:
cur laudat a domino. Restat ergo vt ⁊ bona ⁊ ex homine fuisse
credat. In quē modū etiā nostras quotidie cogitationes possu-
mus iudicare. Neq; enim aut soli dauid bonū ex semetipso co-
gitare cōcessum est: aut nobis ne quid boni vnq̄ sapere aut co-
gitare possimus: naturalr denegat. Dubitari ergo nō pōt inesse
quidē omni anime naturaliter virtutū semina beneficio creato-
ris inserta: sed nisi hec opitulatione dei fuerint excitata: ad in-
crementū perfectionis non poterūt ꝑuenire: qz ꝑm beatū Apo-
ij. Cor. iij. stolū: neq; qui plantat est aliquid: neq; qui rigat: sed qui incre-
mentū dat deus. Adiacere aūt homini in quālibet partē arbi-
trij libertatē: etiā liber ille (qui dicit pastoris (apertissime do-
cet: in quo duo angeli vnicuiq; nostrum adherere dicunt: id est
bonus ac malus: in hoīs vero optione consistere vt eligat quez
sequat. Et iccirco manet in homine semper liberū arbitrium qd̄
gratiam dei possit vel negligere vel amare. Nō enim precepisset
Phili. ij. apostolus dicens. Cū metu ⁊ tremore vestrā salutē operamini:
nisi scisset eā vel excoli a nobis posse vel negligi. Sed ne crede-
rent se ad opus salutis diuino auxilio nō egere: subiūgit. Deus
est enim qui operatur in vobis ⁊ velle ⁊ perficere pro bona vo-

luntate. Et iccirco thimotheum monens. Noli inquit negligere gratiā dei q̄ est in te. Et iterū. Ob quā causam moneo te vt resuscites gratiā q̄ est in te. Iude est qd̄ etiā corinthijs scribens hortatur ⁊ cōmonet: ne indignos se gratia dei infructuosis operibus exhiberent: dicēs. Adiuuantes aūt ⁊ obsecramus ne inuacuum gratiā dei recipiatis. Quā sine dubio: qr inuacuū receperat simon: nō profuit ei perceptio gratie salutaris. Nō enim preceptis beati petri maluit obedire dicētis. Penitētiā age ab hac nequicia tua: ⁊ ora deū si forte remittat̄ tibi hec cogitatio cordis tui: in felle eniz amaritudinis ⁊ obligatione iniquitatis video te esse. Preuenit ergo hom̄is volūtatē: qr dicit̄. Deus meus misericordia eius preueniet me. Et rursus. Dn̄m remorantē atq; vtiliter quodāmodo subsistentem: vt nostrū experiatur arbitriū voluntas preuenit nostra: cum dicitur. Et mane oratio mea preueniet te. Et iterū. Preueni in maturitate ⁊ clamaui: ⁊ preuenerūt oculi mei ad te diluculo. Aduocat etiā nos ⁊ inuitat: cū dicit. Tota die expādi manus meas ad populū nō credentē mihi ⁊ contradicentē. Et inuitatur a nobis cum dicimus ei. Tota die expandi manus meas ad te. Expectat nos cū dicit̄ per prophetā. Propterea expectat nos dn̄s vt misereatur nostri. Et expectatur a nobis cū dicimus. Expectās expectaui dominum ⁊ respexit me: ⁊ expectaui salutare tuū domine. Et confortat nos cū dicit. Et ego erudiui ⁊ cōfortaui brachia eorū: ⁊ in me cogitauerunt maliciam. Et vt nosmetipsos confortemus hortatur cū dicit. Confortate manus dissolutas: ⁊ genua debilia roborate. Clamat iesus. Si quis sitit veniat ad me ⁊ bibat. Clamat etiā ad eū propheta. Laborani clamās rauce facte sunt fauces mee: defecerunt oculi mei dū spero in deum meū. Querit nos dominus dicens. Quesiui ⁊ non erat vir: vocaui ⁊ non erat qui respōderet. Queritur ⁊ ipse a sponsa flebiliter conquerēte. In cubili meo in noctibus quesiui quem dilexit anima mea: quesiui eum ⁊ non inueni: vocaui eum ⁊ non respondit mihi.

j. Timo. iiij
ij. Timo. j.
ij. Cor. vj.
Actū. viij.
Ps. lviij.
ps. lxxxvij
Ps. cxviij.
Esa. lxv.
ps. lxxxvij.
Esa. xxx.
Ps. xxxix.
Osee. vij.
Esa. xxxv.
Job. vij.
ps. lxxxvj.
Cañ. iij.

¶ Quod gratiam dei humani conatus compensare non possint. Capitulum. xiij.

Et ita semper gratia dei: nostro in bonā partē cooperat̄ arbitrio: atq; in oībus illud adiuuat: protegit ac defendit: vt nōnunq̄ etiā ab eo quosdā conatus bone volūtatis vel exigat vl̄ expectet: ne penitus dormiēti aut inerti ocio dissoluta: sua dona cōferre videat̄: occasiones quodāmō querēs: q̄bus hūane segniciei torpore discussio: nō irrōnabil̄ munificētie sue largitas videat̄: dū eā sub colore cuiusdā d̄siderij ac laboris imptit: vt nihilominus gr̄a dei sp̄ gratuita p̄seueret: dū exiguis quibusdā paruisq; conatibus tantā immortalitatis gloriā: tanta perennis beatitudinis dona: inestimabili tribuit largitate.

Nec eñ qz illius in cruce latronis precesserat fides: idcirco pro
nunciandū est: nō ei beatā cōmorationē ꝑadisi gratuito esse pro
missam: aut penitentiā dauid regis illā vnius verbi q̄ dixit. Pe
2. Re. 12. caui dño: duo tā grauia eius crimina: ⁊ nō potius clementiā dei
abstulisse credendū est: vt ꝑ nathan ꝓphetā mereret audire. Et
Ibidem. dñs transtulit iniquitatē tuā: non morieris. Qđ igitur homici
diū adulterio addidit: liberi vtiq; arbitrij fuit: ꝙ autem argui
tur ꝑ ꝓphetā: diuine dignationis est gratia. Rursum ꝙ peccatū
suū humiliatus agnoscit: ꝓprie libertatis est opus. Quod ve
ro sub breuissimo temporis puncto indulgentiam tantorum cri
minum promeretur: dñi miserentis est donum. Et quid de hac
tā breui cōfessione ⁊ incompabili diuine retributiōis immēsita
te dicamus: cū beatus Apl's ad illā magnitudinē future remu
2. Cor. 4. nerationis aspiciēs: q̄d de illis tā inmumeris ꝑsecutionib⁹ suis
ꝓnūciauerit: cōsiderare ꝑfacile sit. Nā momētaneū hoc inq̄t ⁊ le
ue tribulatiōis nr̄e: supra modū vltra compationem: eternū pon
dus glorie opatur in nobis: De quo ⁊ alibi cōstanter enūciat: di
cēs. Quia nō sunt cōdigne passiones hui⁹ tp̄is ad futurā gloriā
Roma. 8. que reuelabitur in nobis. Quantumlibet ergo enisa fuerit hūa
na fragilitas: future retributioni par esse nō poterit: nec ita la
boribus suis diuinā imminuit gratiā: vt nō semꝑ gratuita ꝑse
ueret. Et idcirco ꝑdictus magister gentiū: licet gratia dei aposto
latus gradū sortitū se fuisse testet̄ dicēs. Gratia aūt dei sum qđ
1. Cor. 15. sum: tñ se q̄ꝫ diuine gr̄e respōdisse ꝓnūciat dicēs. Et gr̄a eius in
me vacua nō fuit: sed abūdantius illis omnibus laborauī ⁊ ob
Ibidem. tinui: nō aūt ego: sed gratia dei mecū. Nā cū dicit laborauī: cona
tum ꝓprij signat arbitrij. Cū dicit. Nō aūt ego: sed gratia dei: vir
tutē diuine ꝓtectionis ostēdit. Cū dicit. Mecū: non ocioso neq;
securo: sed laboranti ac desudanti eā coopatam fuisse declarat.

¶ Quod temptationibus suis deus virtutē humani experiatur arbitrij. Capitulum. xiiij.

Quod etiā in iob ꝓbatissimo athleta suo: cū eū diabolus
expetisset ad singulare certamē: diuinā legim⁹ ꝓuidisse
iusticiā. Si eñ cōtra inimicū nō sua virtute: sed dei so
lius fuisset gratia protegēte cōgressus: ⁊ absq; vlla virtute pa
tiētie sue diuina tantū opitulatione suffultus: multiplices illas
ac tota inimici crudelitate quesitas: tēptationum moles ⁊ exi
tia ꝑtulisset: quō nō illam calūniosam diabolus quā prius emi
serat vocē aduersus eū iustius iterasset. Nūquid gratis colit iob
Job. 1. deū. Nonne tu vallasti eū ac domū eius ⁊ vniuersam substantiā
eius ꝑ circunitū. Sed aufer manuū tuā: id est sine eū suis mecū
viribus decertare: nisi in faciē tuā benedixerit tibi. Sz cū nullā
hiuscemodi querimoniā calūniosus hostis post cōflictū audeat
iterare: non dei, sed illius se victū viribus cōfitetur: licet etiam
gratia dei nō in totū illi defuisse credēda sit: que tantā tēptatori

temptandi tribuit potestatē: quātā ⁊ illū resistēdi nouerat habe
re virtutē nō eū ab illius impugnatione sic ꝓtegens: vt nullum
virtuti hūane relinqueret locū: sed hoc tantū procurās ne violen
tissimus inimicus aīam eius amentē faciēs: ⁊ impotē sensu: im
pari eū atq; iniquo certaminis pondere pregrauaret. Qđ ergo
soleat interdū tēptare dñs fidē nostram vt fortior vel gloriosior
fiat: euāgelici illius centurionis edocemur exēplo: cuius puerū
cū sciret vtiq; potestate sermonis sui se dominus curaturum:
offerre maluit presentiā corporalē dicēs. Ego veniā ⁊ curabo Mat. 8.
eū. Sed illo hāc eius oblationē feruētioris fidei flagrātia super
grediente atq; dicente. Dñe nō sum dign⁹ vt intres sub tectū meū
sed tantū dic verbo ⁊ sanabit̄ puer meus: mirat̄ eū dñs atq; col
laudat: cūctisq; illis q̄ ex israelis populo crediderāt p̄fert dicēs Ibidem.
Amē dico vobis: nō inueni tantā fidē in israel. Nullius eñ lau-
dis esset ac meriti: si id in eo christus qđ ipse donauerat pretulis
set. Alioq̄n dixisset. Amē dico vobis: nō dedi tāta fidē in israel.
Quam explorationē fidei: etiā in illo magnificētissimo patriar
cha diuinā legim⁹ dispensasse iusticiā: cū dicit̄. Et factū est post Gen. 22.
hec verba: tēptauit deus abraā. Nō eñ illā fidē quā ei dñs inspi
rabat: sed illā quā vocatus semel atq; illuminatus a dño per ar
bitrij libertatē poterat exhibere: experiri voluit diuina iusticia
Vñ non immerito fidei eius constantia comprobat̄: atq; ad eū
subueniēte gratia dei que eū paulisp̄ subreliqueratvt ꝓbaret ita
dicit̄. Ne inferas manū tuā in puerū: neq; facias ei quicq̄: nūc Ibidem.
eñ scio: q̄r times dñm tuū: ⁊ nō pepercisti filio tuo dilecto ꝓpter
me. Qđ tēptationis genus nobis q̄ ad ꝓbationis meritū posse
tōtingere in Deuteronomio satis euidenter a legislatore p̄dicat̄
Si surrexerit inter vos ꝓpheta: aut q̄ somniū se vidisse dicat: Deu. 13.
⁊ p̄dixerit signū atq; portentū ⁊ euenerit qđ locutus est: ⁊ dixe-
rit tibi. Eamus ⁊ seruiam⁹ dijs alienis quos ignoratis: ne au-
dias verba ꝓphete illius aut somniatoris: q̄r tēptans temptat
te dñs de⁹ tuus: vtꝝ diligas eū in toto corde tuo: ⁊ custodias mā
data illius: an nō. Quid ergo. Cū istū ꝓphetā aut somniatorem
surgere ꝑmiserit deus: ita ne eos quoꝝ fidē ꝓbare disponit: pro
tecturus esse credendus est: vt nullū penitus locū quo suis viri
bus cū tēptatore cōfligant: libero eoꝝ reseruet arbitrio. Et quid
eos necesse est vel tēptari: quos ita infirmos nouit ac fragiles:
vt nequaq̄ virtute sua valeant resistere tēptatori. Sed vtiq; nec
tēptari eos iusticia dñi ꝑmisisset: nisi parē in eis resistendi scisset
inesse virtutē: qua possent eq̄tatis iudicio in vtroq; merito vel
rei vel laudabiles iudicari. Tale est ⁊ illud qđ ab Ap̄lo dicit̄.
Itaq; q̄ se existimat stare videat ne cadat. Tēptatio vos nō app̄ 1. Cor. 10.
hendat nisi hūana. Fidelis aūt deus qui nō ꝑmittit vos tēptari
supra id qđ potestis: sed faciet cū tēptatione etiā exitū vt sustine
re possitis. Cū eñ dicit. Qui stat videat ne cadat: sollicitā red-
dit arbitrij libertatē quā vtiq; nouerat percepta gratia vel stare

p industriã: vel cadere p negligentiã posse. Cũ aũt infert. Tẽptatio vos nõ apprehẽdat nisi hũana infirmitatẽ eor̃ ⁊ incõstantiã necũ robuste mẽtis exprobrat: qua adhuc spiritalũ nequiciar̃ turbinibus nõ poterãt impugnari: aduersum quos seipsum vel illos pfectos nonerat quotidie dimicare: de q̃bus ad Ephesios
Ephe.6. dicit. Jã nõ est nobis colluctatio aduersus carnẽ ⁊ sanguinẽ: sed
i Oseph. Has diffinitiones illorũ monasteriorũ esse non dubium est in quibus renunciationis vestre vt dicitis rudimenta formata sunt: quorũ principes fratrum refectioni suas assolent preponere volũtates: ⁊ obstinatissime id qđ semel mẽte ꝯceperint exequunt. Ceterũ seniores nostri quorũ fidei aplicarũ signa virtutũ testimoniũ reddiderũt: quiq; vniuersa iudicio potius ac discretione spũs: ꝙ rigida animi obstinatione gesserũt: eos qui alienis infirmitatibus acquiescerent multo vberiores fructus: ꝙ eos qui in suis definitiõibus perdurarẽt capere censuerũt: sublimiorisq; pronunciauerũt esse virtutis: cõtegere potius continentiã necessariã hoc vt dictum est humiliq; mendacio. ꝙ patefacere superbo veritatis indicio.

¶ Quomodo abbas pyamon suam continentiam celare maluerit. Capitulũ. xxiiij.

d Eniq; abbas pyamon post viginti ⁊ quinq; annos: oblatã sibi a quodã fratre vuã ac vinũ absq; hesitatiõe suscipiẽs: cõfestim ea q̃ ingesta fuerãt: cõtra consuetudinẽ degustare: ꝙ ignote cũctis cõtinentie maluit ꝓpalare virtutem. Nã si illud q̃ considerare velimus. qđ seniores nostros incunctãter fecisse meminimus: qui mirabilia virtutũ suarũ: vel proprios actꝰ quos necesse erat ad instructionẽ iuniorũ in collatiõe ꝓferri: sub aliorꝫ solebãt colorare personis: q̃d aliud possumus ꝙ apertũ sup his iudicare mendaciũ? Atq; vtinã nos q̃ dignũ aliq̃d haberemus: qđ ad incitandã fidẽ ꝓponi iunioribꝰ posset: ꝓfecto minime vereremur huiuscemodi illorꝫ figmenta sectari. Rectus essẽ est sub talis figure colore mentiri: ꝙ ꝓ obseruantia

irrationabili istius veritatis: aut ea q̄ audiētes edificare potuerāt: incōgrua taciturnitate contegere: aut si ex nostra ꝑsona veraciter ꝓferant: iactantiā noxie vanitatis incurrere. Ad qd̄ etiā nos magisterio suo doctor gentium euidenter instituit: qui reuelationum suarū magnitudinē ex alterius maluit ꝓferre persona dicens: Scio hominem in christo: siue in corpore siue extra corpus: nescio: deus scit: raptū vsq; ad tertiū celū: ⁊ scio hmōi hominem qr raptus est in paradisum: ⁊ audiuit ineffabilia verba que non licet homini loqui.

2.Cor.12.

¶ Testimonia scripturarum de commutatis definitionibus. Capitulum.xxv.

Impossibile nobis est: breuiter vniuersa ꝑcurrere. Quis etēm enumerare sufficiat: oēs propemodū patriarchas sanctosq; innumerabiles: alios ꝓ vite tutamine: alios ꝓ bñdictionis desiderio: alios ꝓ misericordia: alios ꝓ alicuius occultatione misterij: alios ꝓ zelo dei: alios ꝓ examinatione veritatis: patrociniū (vt ita dixerim) assumpsisse mēdacij? Que sicut enumerari cūcta nō possunt: ita ꝑtermitti penitus vniuersa non debent. Nam beatū ioseph pietas cōpulit vt falsum fratribus crimen etiā cū obtestatione regie salutis impingeret dicēs. Exploratores estis: infirmiora terre venistis inspicere. Et infra Mittite inquit ex vr̄is vnū: ⁊ adducite fratrē vr̄m huc: vos autē custodiemini hic: vsq; dū manifesta fiant verba vestra: an verum dicatis: an non: sinautē: per salutē pharaonis exploratores estis. Si eēm nō eos hoc misericordi mēdacio terruisset: nec patrē fratremq; reuisere: nec eos in tantis inopie periculis alere: nec cōscientiā postremo fratrum a reatu venditionis sue expurgare potuisset. Nō ergo tā reprehēsibile fuit metū fratrib⁹ incussisse mendacio: q̄ sanctū atq; laudabile occasione ficti periculi inimicos ac vēditores suos ad salutarē penitentiā cōpulisse. Deniq; cū grauissime insimulationis vrgerent̄ inuidia: nō illius qd̄ falso obijciebat̄: sed anterioris criminis cōscientia frāgebātur: dicētes adinuicē. Merito hec patimur: qr peccauim⁹ in fratrē nostrū: qr despeximus tribulationē anime eius: cuz rogaret nos ⁊ nō audiremus eū: ꝓpter hoc venit nobis omnis tribulatio hec. Que quidē ꝯfessio: nō solū apud fratrē: in quē impia crudelitate peccauerāt: verū etiā apud deū humilitate saluberrima: tm̄ eoꝝ facinus vt credimus expiauit. Quid salomon qui perceptū a deo sapiētie donū: in primo iudicio suo: nō nisi assumptione mendacij declarauit. Nā vt veritatē que mulieris mēdacio tegebat̄ exculperet: etiā ipse mendacij vtiq; astutissime excogitati vsurpauit auxiliū dicēs. Afferte mihi gladiū: ⁊ diuidite infantē viuū in duas partes: ⁊ date dimidiam partem vni ⁊ dimidiam partē alteri. Que simulatio crudelitatis: cū vere matris viscera permouisset: ab ea aūt que mater non erat laudaretur: tūc de-

Gen.42.

Ibidem.

3.Reg.3.

mum sagacissimo veritatis indicio illā sententiam promulga-
uit: quā nemo a deo inspiratam esse nō credidit. Date inquiens
huic infantē viuū ⁊ non occidat: hec est eñ mater eius. Proin
de nec debere nec posse nos vniuersa cōplere: q̄ vel cū quiete ani
mi vel cū cōmotione decernimus: etiā alijs scripturarū testimo
nijs copiosius edocemur: quibus vel viros sanctos vel angelos
vel ipsum omnipotentē deū: ea que definierant frequenter legi-
mus immutasse. Nā beatus dauid cū iurisiurandi definitiōe de-
creuit dicēs. Hec faciat deus inimicis dauid: ⁊ hec addat: si re- 1. Re. 35.
liquero de omnibus que pertinēt ad nabal vsq̄ mane mingentē
ad parietē. Et cōtinuo intercedēte abigail vxore eius ac ꝓ eodē
supplicāte: remittit minas: mollit sentētiā: ⁊ mauult trāsgressor
ꝓpositi iudicari: q̄ sacramēti sui fidē cū crudelitatis executione
seruare dicēs. Uiuit dñs: nisi cito venisses in occursum mihi: nō
remāsisset nabal vsq̄ ad lucē matutinā mingens ad parietem.
Cuius sicut illā p̄cipitis sacramenti facilitatē q̄ de ꝑturbate mē
tis cōmotione descēderat: nequaq̄ imitandā eē cēsemus: ita re-
missionē atq̄ emēdationē statuti sectandā esse decernimus. Ele
ctionis vas Corinthijs scribēs: reditum suuz absoluta defini-
tione promittit dicens. Ueniam aūt ad vos: cū macedoniā per
trāsiero. Macedoniā eñ pertrāsibo: apud vos aūt manebo vel
etiā hyemabo: vt vos me deducatis quocūq̄ iero. Nolo eñ vos 1. Cor. 16.
mō in trāsitu videre: spero eñ me aliquāto tēpore manere apud
vos. Cuius rei etiā in scd̄a epl̄a meminit ita. Et hac cōfidentia 2. Cor. 1.
volui prius venire ad vos: vt scd̄am gr̄az haberetis: ⁊ ꝑ vos trā
sirē in macedoniā: ⁊ iterū a macedonia venirē ad vos: ⁊ a vobis
deduci in iudeā. Sz superueniēte salubriore cōsilio: nequaq̄ se
id qd̄ ꝓmiserat executū euidētissime cōfitet̄. Cū hoc inq̄t voluis Ibidem.
sem: nunq̄d leuitate vsus suz: Aut q̄ cogito ꝟm carnē cogito: vt
sit apud me est est: nō nō? Deniq̄ cur maluerit definitionē sui p̄-
terire sermōis: q̄ aduētu suo onerosaz discipulis īferre tristiciā
etiā cū sacramēti obtestatiōe declarat. Ego aūt testē deū inuoco Ibidem.
in animā meā: q̄ parcēs vobis: non veni vltra corinthū. Sta-
tui eñ hocipsum apud me: vt nō in tristicia venirē ad vos. Cuz
intraturos se domū loth sodomis angeli denegassent. dicētes ad
eū. Nō intrabimus: sz in platea manebimus: cōtinuo eius p̄ci- Gen. 19.
bus cōpellunt statutū mutare sermonē: sicut scriptura subiūgit
Et coegit eos loth: ⁊ diuerterūt ad eū. Qui vtiq̄ si diuersuros
se ad eū esse nouerant: inuitātis petitionē simulatoria excusatio
ne renuerūt: si naūt veraciter excusabāt: euidēter immutasse sen
tentiā cōprobant. Que vtiq̄ nō ob aliā credimus causaz spiritū
sanctū sacris voluminib⁹ indidisse: nisi vt istis erudiamur exē-
plis: in definitionibus nostris nō ꝑtinaciter ꝑmanere: sz eas
arbitrio nr̄o debere subijcere: ⁊ ita iudiciū nostrū ab omni legis
vinculo liberū cōseruare: vt ꝓmptū sit ad sequendū quocūq̄ vo-
cauerit salubre consiliū: nec differat aut recuset ad id quod vti-

lius discretio salutaris inuenerit: absq; vlla cũctatione trãsire.
Et vt ad sublimiora adhuc ascẽdamus exẽpla: decumbentẽ in
lecto regẽ ezechiã: grauiq; egritudine laborãtẽ: ex ꝑsona dei. Esa
Esa.xxxviij ias propheta adorsus est dicẽs. Hec dicit dñs. Dispone domui
tue: qꝛ morieris tu ⁊ nõ viues. Et cõuertit inquit ezechias faciẽ
suã ad parietẽ: ⁊ orauit ad dñm ⁊ dixit: Obsecro dñe: memẽto q̃
so quõ ambulauerim corã te in veritate ⁊ corde ꝑfecto: ⁊ qđ bo-
num est in oculis tuis fecerim. Et fleuit Ezechias fletu magno
Post q̃ rursus dr ad eũdẽ. Reuertere ⁊ dic ezechie regi iuda di-
cens. Hec dicit dñs deus dauid patris tui. Audiui rõnẽ tuã: ⁊
vidi lachrymã tuã: ⁊ ecce adijciã sup dies tuos q̃ndecim annos
⁊ de manu regis assyrioꝝ liberabo te: ⁊ ciuitatẽ hãc ꝓtegã pro-
pter me: ⁊ ꝓpter dauid seruũ meũ. Quid euidẽti⁹ h̃ testimonio:
quo mĩe ac pietatis intuitu manuit dñs suum cassare sermonez
⁊ ad p̃stitute mortis terminos quindecim annis vitã precãtis
extẽdere: q̃ per immobilitatẽ decreti sui inexorabilis inueniri.
Similr etiã loquit ad niniuitas cẽsura diuina. Adhuc triduũ
⁊ ninive subuertet. Moxq; penitentia eoꝝ ieiunijsq; mollitur
Jone.iij. tam minax ⁊ abrupta sententia: atq; ad partẽ misericordie pro
na pietate deflectitur. Quod si quis velut preciũ conuersionis
eorum: subuersionez ciuitatis ad hoc eis dñm asserat cõminatũ
vt eos ad salutarẽ penitẽtiã prouocaret: cõsequẽs est vt hi q̃ fra
trib⁹ p̃sunt: absq; rep̃hensione mẽdacij his q̃ indigent emẽdari:
aliqua etiã districtiora q̃ facturi sunt si opus fuerit cõminent.
Sin vero dixerit deũ seuerã illã sniam suã penitẽtie eoꝝ cõside-
Eze.xxxiij. ratione reuocasse: ꝑm illud qđ per ezechielẽ ait. Si dixero im-
pio morte morieris: ⁊ egerit pniaz a pctõ suo: feceritq; iudiciũ
⁊ iusticiã: vita viuet ⁊ nõ moriet: quib⁹ docemur exẽplis nõ de
bere nos obstinate in nr̃is definitionibus ꝑdurare: sed cõmina
tionẽ ex necessitate propositã: clemẽti miseratione mollire. Qđ
ne solis specialr niniuitis crederet dñs prestitisse: etiã gñaliter
erga oẽs eadẽ se esse facturũ ꝑ hieremiã perpetuo protestat: ⁊ cũ
necesse fuerit: incunctãter suã se sniam mutaturũ pro nr̃is meri
Hiere.xviij. tis repromittit dicens. Repẽte loquar aduersus gentẽ ⁊ aduer-
sus regnũ: vt euellã ⁊ destruã ⁊ disperdã illud. Si penitẽtiã ege
rit gens illa: a malo qđ locutus sum aduersus eã: agã ⁊ ego peni
tentiã super malũ qđ cogitaui vt facerẽ ei: Et subito loquar de
gente ⁊ regno: vt edificẽ ⁊ plantẽ illud: Si fecerit malũ in oculis
meis: vt nõ audiat vocẽ meã: penitẽtiã agã sup bonũ qđ locut⁹
Hiere.xxvj sum vt facerẽ ei. Ad ezechiel q̃ ait. Noli subtrahere verbũ: si for
te audiant: ⁊ conuertat vnusquisq; a via sua mala: ⁊ penitebit
me mali: qđ cogitaui facere eis propter maliciã studioꝝ eorum.
Quibus testimonijs declarat: non oportere vt pertinaciter in
nr̃is diffinitionib⁹ hereamꝰ: sed rõe eas ac iudicio tẽpãdas sem
perq; preligenda ac preferẽda esse meliora: ⁊ ad illã que vtilior
dijudicata fuerit partẽ: sine cunctatione aliqua transeũdã.

¶ Quod non scdm immensitatē prescientie diuinā clemētia: sz scdm presentes actus vel remuneret vnūquemqz: vel puniat. Capitulum. xxvj.

Aliud etiam pre oībus inestimabilis illa censura nos instruit: qd cū sit ei añ ortū vniuscuiusqz precognit⁹ finis: ita ordine ac rōe cōmuni: ⁊ hūanis quodāmodo oīa dispensat affectib⁹: vt nō potētialr nec secundū prescientie sue ineffabilē noticiam: sed sm presentes hoīm actus vniuersa diiudicans: vel respuat vnūquēqz vel attrahat: ⁊ vel infundat quotidie suā gratiā vel auertat. Quod ita esse etiā illa saulis manifestat electio. cuius vtiqz cū vituperabilē finē presciētia dei ignorare nō posset: de tot milib⁹ israelis elegit eū ⁊ vnxit in regē presentis in illo meritū vite remunerās: nō peccatū future preuaricationis intēdēs: ita vt postqm reprob⁹ factus est: velut penitudinē gerēs electionis sue deus: hūanis quodāmō de eodē vocibus atqz affectib⁹ cōquerat dicēs. Penitet me q constituerim saul regē: qr dereliquit me: ⁊ verba mea ope nō impleuit. Et iterum. Uerūtamē lugebat samuel saulē: qm dñm penitebat q constituisset regē saul sup isrl. Deniqz hoc qm ope fuerat executus: postea etiā p ezechielē prophām dñs ptestat cū oībus se hoīb⁹ quotidiano gesturū esse iudicio. Etiam si dixero inquiēs iusto q vita viuat: ⁊ confisus in iusticia sua fecerit iniquitatē: oēs iusticie eius obliuioni tradent: ⁊ in iniqtate quā operat⁹ est: in ipsa morient. Si autē dixero impio. Morte morieris: ⁊ egerit penitentiā a pctō suo: feceritqz iudiciū ⁊ iusticiaz: pignus restituerit ille impius rapināqz reddiderit: in mādatis vite ambulauerit: nec fecerit quicqm iniustū: vita viuet ⁊ nō morietur: oīa peccata eius q peccauit non imputabuntur ei. Deniqz cū ab illo populo quē ex oīb⁹ gentibus dñs adoptauit: propter subitā vituli preuaricationē: misericordie sue auertisset aspectū: interueniens p eo legissator exclamat. Obsecro dñe: peccauit pplus iste peccatum magnū: fecerunt sibi deos aureos: ⁊ nunc si remittis: pctm eoꝝ remitte: sin alias dele me de libro tuo quem scripsisti. Cui respondit dñs. Si quis inquit peccauerit corā me: delebo eum de libro meo. Dauid quoqz dū de iuda ⁊ psecutoribus xpi prophetico spiritu quereret. Deleantur inquit de libro viuentiuz. Et qr non merebant ad penitētiā salutarē pro reatu tāti criminis peruenire subiūgit. Et cū iustis nō scribantur. Deniqz in ipso iuda vis prophetice maledictionis euidēter impleta est. Nā expleto proditionis crimine: suspēdio se necauit: ne si post illā deletionem nominis sui conuersus ad penitentiā esset: iterum cum iustis scribi mereretur in celo. Non ergo est ambigēdum: etiā iude nomē illo tēpore quo electus a christo apostolatus sortitus est gradū: in libro viuentiū fuisse cōscriptū: ac pariter eū audisse cū

j. Reg. xv.
Ibidem.
Eze. xxxiij.
Exod. xxxij
Ps. lxxvij.

Luce.x. ceteris. Nolite gaudere: qꝛ demonia vobis subijciunt: gaudete autem qꝛ nomina vr̄a scripta sunt in celis. Sed qꝛ philargyrie peste corruptus: de ascriptione celesti ad terrena deiectꝰ est: cōpetenter de eo ac de similibꝰ eius dicit ꝑ prophetā. Dñe oēs qui te derelinquūt confundent: recedentes a te: in terra scribentur: qꝛ dereliquerūt venā aquarū viuentium dominum. Et alibi. In consilio populi mei non erunt: ⁊ in scriptura domus israel non scribentur: ⁊ in terram israel non ingredientur.

Hiere. xvij.

Ezech. xiij.

¶ Quod sancti viri ꝑtinaces ac duri esse nō possint. Capitulum.xxvij.

Nec illius precepti vtilitas est silenda: ꝙ etiā si instigāte ira vel qualibet alia passione: sacramēto nos aliquo vinxerimus: qđ a nemine quidē monachoꝝ fieri penitꝰ dꝫ vtriusq; tñ rei causa integro mentis est pensanda iudicio: ⁊ cōparanda est illa res quā statuimus huic ad quā transire cōpellimur: atq; ad eā sine cunctatione est transeundum: q̄ supueniēte saniore tractatu iustior fuerit iudicata. Rectius eñ est nostrum nos preterire sermonē: q̄ rei salubrioris ac pie subire iacturā. Deniq; nunq̄ rationabiles ac probatos patres duros aut irreuocabiles in huiusmodi diffinitionibꝰ fuisse reminiscimur: sed velut cerā calore solis: ita eos ratione mollitos: ⁊ intercedente salubriore cōsilio: melioribus partibus sine hesitatione cessisse. Quoscūq; autem vidimus definitionibus suis pertinaciter inherere: irrationabiles semꝑ probauimꝰ ac discretionis exꝑtes.

¶ Interrogatio an sit contrariū predicte sententie illud quod dicitur Juraui ⁊ statui. Capitulū.xxviij.

Ps.cxviij. Emanus. Quantū ad hanc rōnem pertinet q̄ euidenter copioseq; digesta est: nihil oportet monachū definire: ne aut preuaricator inueniat aut pertinax. Et vbi illud psalmiste ponimus eloquiuꝫ. Juraui ⁊ statui custodire iudicia iusticie tue? Quid est eñ a[illegible]ud iurare ⁊ statuere q̄ definita immobiliter custodire.

¶ Responsio in quibus immobilis definitio sit tenēda ⁊ in quibu[illegible] si oportuerit rescindenda. Capitulum.xxix.

Joseph. Nos nō de principalibus mādatis sine quibus non potest salus nostra omnino subsistere: ista decernimus: sed de his q̄ sine periculo status nostri vel relaxare possumꝰ vel tenere: vtputa de irremisso rigore ieiunij: de vini siue olei perpetua abstinentia: de progressu cellule penitus cohibendo: de lectionis seu meditationis incessabili iugitate: q̄ sine iactura professionis ac propositi nostri: ⁊ exercere cū libuerit possunt: ⁊ cum necesse fuerit irreprehensibiliter pretermitti.

Ceterum super obseruantia illorum principalium mandatorū constantissime definiendum est: ac pro his etiā mors si necesse fuerit non vitanda: pro quibus immobiliter est dicendum. Iurauī ⁊ statui. Quod fieri debet pro custodia charitatis: pro qua spernēda sunt vniuersa: ne bonū tranquillitatis illius ꝑfectioq; maculetur. Similiterq; iurandum est pro castimonie puritate: nec aliud facere nos oportet pro fide: pro sobrietate atq; iusticia: que omnia indemutabili perseuerantia sunt tenenda: ⁊ a quibus paululum recessisse damnabile est. De illis vero corporalibus exercitijs que ad modicum dicuntur esse vtilia: ita est vt diximus statuendū: vt siqua superuenerit certior pietatis occasio que illa suadeat relaxari: nulla super his lege teneamur: sed pretermisis eis ad vtiliora libere transeamꝰ. In illis enim corporalibus exercitijs si pro tempore relinquantur: periculū non est: ab his vero vel ad momētum declinasse: mortiferū est:

¶ Quemadmodū debeāt celanda cōmitti. Cap̄. xxx.

b Hoc quoq; simili cautione curandum est: vt si quis forsitan sermo quem esse vultis occultum: de vestro ore fuerit prolapsus: nulla occultationis precepta sollicitent audientem: magis enim latebit si negligenter atq; simpliciter transeatur: quia non tanta quilibet fratrum super diuulgatione eius impugnatione torquebitur: existimans rem vilem aliquam transitoria confabulatione prolatam: ⁊ que ex hocipo sit leuior: quia cautissimo silentij precepto: sensibus audientis cōmendata non fuerit. Nam si etiam fidem eius aliqua sacramentorum obtestatione deuinxeris: citius illud prodendum esse nō ambigas. Maior enim aduersus ipsuz vis diabolice impugnationis insurget: vt ⁊ te mestificet vel denudet: ⁊ illum transgressorem q̄ totius sui faciat sacramenti.

¶ Nihil super his q̄ ad vsum cōmunis vite attinent definiendum. Capitulum. xxxj.

e Et idcirco nihil debet abrupte monachus super his dūtaxat que ad corporales exercitationes pertinent: definire: ne aduersarium ad impugnationē eorum que velut sub legis obseruatione custodit: magis incitans: citius ea violare cogatur. Prefigens siquidē sibi legem vnusquisq; sub libertatis gratia constitutus: ne perniciosa semetipsum obliget seruitute: vt ea que licito immo etiam laudabiliter cum gratiarum actione presumere potuisset: si necessitas fortasse compulerit: velut transgressor percipere cōpellatur cū preuaricatione peccati. Ubi enim non est lex: nec preuaricatio. Hac beatissimi Ioseph institutione atq; doctrina velut diuino oraculo cōfirmati: in egypto residere maluimus. Sed licet parum deinceps de nostra essemus promissione solliciti: tamen expleto septem an- Roma. 4.

norum numero: sponsionē nostrā gratanter impleuimus. Excurrētes nāq; ad cenobium nostrū illo iam tempore quo de impetrando ad eremū reditu fiduciam gerebamus primū senioribus nostris honorē, debitū soluimus: deinde animis eorum qui pro charitatis ardore creberrimis litterarum nostrarum satisfactionibus nequaq̄ fuerāt deliniti: pristinā redintegrauimus charitatē: tādēq; ad plenū aculeo nr̄e spōsionis auulso: bis q̄ cū gaudio ꝓsequentibus ad scythica solitudinis secreta remeauimus Hanc vobis o sancti fratres illustriū patrū sciam atq; doctrinā nostra vt potuit elucubrauit in scia: quā etiā si incultus forsitan sermo cōfudit potius q̄ digessit queso ne laudē insigniū virorum reprehensio nostre rusticitatis euacuet. Tutius siquidē nobis in cōspectu nostri iudicis visum est: doctrine huius magnificentiā vel incultis sermonibus ꝓdere q̄ silere: quippe cum ⁊ profectui lectoris: si sublimitatem sensuum contemplet: hoc qd̄ imperitia nostri sermonis offendit: obesse nō possit: ⁊ maior sit nobis vtilitatis cura q̄ laudis. Neq; enim hoc qd̄ sctōꝝ viroꝝ dicta descripsi: ⁊ plenū periculi: ⁊ egenū laudis esse nō nouerā: sed prudēs vt d̄r laqueo pedē indidi: nec me indubitato discrimini sub incerta spe alieni ꝓfectus tradere recusaui. Monēs oēs ad quorum manus opuscula ista peruenerint: vt quicquid placuerit in eis: patrū: nr̄m vero sciant esse qd̄ displicet: omnes quibus amabilis est vita ⁊ doctrina sanctorum.

¶ Collatio secunda abbatis Joseph de diffiniendo finit.

¶ Expliciunt septē alie collationes cassiani: patrū in Thebaida eremo consistentium: ad Honoratū ep̄m ⁊ Eleutherium.

¶ Eloquētissimi viri Joannis eremite q̄ Cassianus vocitat̄ in septē vltimas collatiōes anachoretaꝝ in vlterioris egypti partib⁹ habitātiū ad Jouinianū: Mineruium Leontium ⁊ Theodorum: Prefatio.



Missis Juuante gr̄a christi decē collationibus patrū: que exigētibus beatissimis epicopis helladio ac leontio vtcūq; digeste sunt: septē alias beato ep̄o Honorato: sctō q̄ famulo xp̄i eucherio dedicaui: totidē ⁊ nunc vobis sancti fratres iouiniane minerui leonti ⁊ theodore credidi deputandas. Posterior siquidē vestrū: illā cenobiorū sanctā atq; egregiā disciplinā in prouinciis gallicanis antiquarū virtutū discretione fundauit: ceteri vero nō solū cenobialem professionem apprime monachos expetere: verūetiā anachoreticā sitire sublimitatē: vestris institutionibus prouocastis. Ea nāq; collationes iste summorū patrū disputatione cōtexte sunt

⁊ ita in oībus tēperate vt vtriq; ꝓfessioni: qua nō solū occiduas regiones: verūetiā insulas: maximis fratrum caternis fecistis florere: cōueniant: id est: vt nō solū hi qui adhuc in cōgregatiōis laudabili subiectione ꝑdurant: sed etiā illi qui haud longe a vestris cenobijs secedētes: anachoretaꝝ sectari gestiunt disciplinā pro conditione locoꝝ ac status sui mensura plenius instruant. Quibus hoc precipuum cōtulit precedens vestri laboris industria: vt parati iam atq; in ijsdem exercitijs deprehensi: facilius ꝑcepta senioꝝ atq; instituta suscipiāt: ipsosq; in cellulas suas auctores collationū cum ipsis collationū voluminibus recipiētes: ⁊ quotidianis quodāmō cū eis interrogationib⁹ ac responsionibus colloquētes: non proprijs adinuentionib⁹ arduā istā ⁊ incognitā ferme in hac regione appetāt viā: sed periculo fame etiā illic vbi iam tritissimi calles ⁊ innumera ꝑcedentiū exempla non desunt: anachoreseos disciplinā illoꝝ potius ꝑceptis capere cōsuescant: quos in oībus ⁊ antiqua traditio ⁊ longe experientie instruxit industria.

¶ Explicit prefatio.

¶ Incipit annotatio capitulorum abbatis pyamonis de tribus generibus monachorum.

Ca. j. Quēadmodū diolco venientes ab abbate pyamon recepti fuerimus.
ij Uerba abbatis pyamon quō rudes monachi: exēplo seniorum debeant erudiri.
iij Qd iuniores seniorum precepta discutere nō debeant.
iiij De tribus generibus monachorū que intra egyptū sunt.
v Quibus auctoribus cenobitarū sit instituta professio.
vj De anachoretarū ordine atq; principio.
vij De sarabaitarū principio ⁊ cōuersatione.
viij De quarto genere monachorum.
ix Interrogatio qd intersit inter cenobium ⁊ monasterium
x Responsio.
xj De hūilitate vera: ⁊ quō fictam cuiusdā hūilitatem prodiderit abbas serapion.
xij Interrogatio quēadmodum vera patiētia possit acquiri.
xiij Responsio.
xiiij De exemplo patientie cuiusdam religiose femine.
xv De exēplo patientie abbatis pafnutij.
xvj De perfectione patientie.
xvij De inuidie malo.

Explicit annotatio capitulorum.

¶ Incipit collatio Abbatis Pyamonis de trib⁹ generibus monachorum; ⁊ quarto nuper exorto.

¶ Quēadmodum diolco venientes: ab abbat Pyamon recepti fuerim⁹. Capitulum.j.e

Post conspectū atq; colloquiū triū illoꝝ senum: quoꝝ collatiōes sancto fratre nostro eucherio compellente vtcunq; digessimus: cū etiā vlterioris egypti ꝑtes in q̄bus amplior atq; ꝑfectior sanctoꝝ numerus cōsistebat: maiore flagrantia desideraremus expetere: ad vicū cui nomē est diolcos vni ex septē nili fluminis ostijs imminentē: nō tā itineris necessitate q̄ꝫ desiderio sanctoꝝ illic commorantiū. cōpellēte ꝑuenimus. Cū em̄ velut cupidissimi mercatores plurima illic celeberrimaq; cenobia ab antiquis audiuissemus patrib⁹ instituta: cōtinuo q̄si nauigationē inq̄sitionis incerte: spe maioris lucri ꝑsuadente suscepimus. Ubi cū diutissime fluctuantes: ad illos virtutū sublimitate cōspicuos mōtes vndiq; curiosos oculos tenderemus: abbatē pyamon omnium anachoretarū illic inhabitantiū seniorem eorundēq; presbyterū velut quendā sublimissimū pharū id est signū: primus circūspectantium notauit intuitus. Hic etem̄ sicut euangelica illa ciuitas in excelsi montis vertice cōstituta: nostro protinus refulsit aspectui. Cuius virtutes atq; mirabilia que per eū: etiam sub cōspectu nostro diuina gratia testimoniū meritis eius reddēte perfecta sunt: ne vel ꝓpositi nostri formā vel modū huius voluminis excedamus ꝑtermittēda credim⁹. Nō em̄ de mirabilibus dei sed de institutis studijsq; sanctoꝝ quedā que reminisci possibile est nos spopondimus memorie tradituros: vt necessariam tantū ꝑfecte, vite instructionē: non inutilē absq; vlla emendatione vicioꝝ ac suꝑuacuā admirationē legentib⁹ preberemus. Cū itaq; beatus pyamon summa nos gratulatione susceptos: humanitate etiā cōgrua refecisset: intelligens nos nō eiusdē esse regionis: primū vnde vel cur egyptū petissemus: sollicite ꝑcontatus ac de cenobio syrie ob desideriū perfectionis nos illo aduenisse cognoscens ita exorsus est.

¶ Verba abbatis pyamon quomō rudes monachi exēplo seniorū debeant erudiri. Capitulum.ij.

Quisq; hoīm o fili cuiuslibet artis peritiā assequi cōcupiscit: nisi omni cura atq; vigilantia eius se quā nosse desiderat discipline studijs mācipārit: ac ꝑfectissimorū quorūq; opificij ipsius vel scientie magistroꝝ ꝑcepta atq; instituta seruauerit: frustra inanibus votis eorū similitudinē exoptat attingere: quoꝝ curā atq; industriā detrectat emulari. Nouim⁹ em̄ nōnullos ita ad hec loca de vestris regionibus aduenisse: vt cognoscendi tantummō gratia fratrū monasteria circūirent: nō vt has regulas ob quas huc cōmeauerāt atq; instituta susciperent

sed vt secedētes in cellulas: conarent ea que vel visu vel traditione perceperant operibus experiri. Qui mores suos ac studia quibus imbuti fuerāt retentātes: vt eis exprobrari a nōnullis solet: nō ꝓfectus sui gratia: sed vitande egestatis necessitate existimati sunt ꝓuincias cōmutasse. Nō solum eñ nihil eruditionis acquirere: sed ne diutius quidem in his ꝑtibus cōmorari: ꝑtinacis animi obstinatione potuerūt. Cum eñ nec ieiuniorꝫ morē neqꝫ psalmorum ordinem: nec ipsorum denique indumentorꝫ habitū ꝑmutassent: quid aliud in hac regione sectari q̄ sola victus sui compendia crederentur.

¶ Quod iuniores seniorum precepta discutere nō debeant. Capitulum. iij.

Quamobrē si vos quēadmodū credimus dei cā ad emulationē nr̄e agnitiōis attraxit: oībus institutis q̄bus illic primordia vr̄a ꝑuenta sunt penitus abdicatis. quecūqꝫ seniores vr̄os agere vel tradere videritis: summa hūilitate sectamini. Neqꝫ vos moueat: aut ab imitatione retrahat ac diuertat etiā si vobis ad pñs alicuius rei vel facti rō vel cā non liqueat: qꝛ eos q̄ bñ de cunctis ac simpliciter sentiunt: et vniuersa q̄ a senioribus tradi gerive ꝑspexerint: fideliter imitari magis q̄ discutere studēt: ꝑ opis experientiā etiā rerū oīm scīa subsequet. Ceterū nunq̄ rōnem veritatis intrabit q̄squis a discussione ceperit erudiri: qꝛ vides eū inimicus suo potius q̄ patrū iudicio confidentē: facile in id vsqꝫ propellet: vt etiā illa q̄ maxime vtilia atqꝫ saluberrima sunt: suꝑflua ei videant ⁊ noxia. Atqꝫ ita presumptione eiꝰ callidus hostis illudet: vt irrōnabilibus diffinitionibus suis ꝑtinaciter inherēdo: hoc solummō sibi sanctū esse persuadeat: quod rectum atqꝫ iustissimum sue tantum obstinationis errore censuerit.

¶ De tribus generibus monachorum que intra egyptum sunt. Capitulum. iiij.

Quāobrē ordo atqꝫ principiū ꝓfessionis nr̄e quēadmodū vel vnde descenderit primū debetis agnoscere. Tūc eñ poterit quis desiderate artis efficacius assequi disciplinam: ⁊ ad exercendā eā ardētius incitari: cū auctorꝫ ⁊ fundatorū eius agnouerit dignitatē. Tria sunt in egypto genera monachorum: quorꝫ duo sunt optima: tertiū tepidū atqꝫ omnimodis euitandum. Primū est cenobitarꝫ: qui scꝫ in congregatione pariter cōsistētes: vnius senioris iudicio gubernant: cuius generis maximus nūerus monachorꝫ ꝑ vniuersam cōmorat egyptū. Scdm anachoretarū: q̄ prius in cenobijs institutis iāqꝫ in actuali cōuersatiōe ꝑfecti: solitudinis elegere secreta cuiꝰ ꝓfessiōis nos q̄ optamꝰ esse ꝑticipes. Tertiū repēsibile sarabaitarꝫ est. De q̄bus

singillatim p ordinē pleni⁹ disserem⁹. Hau igit triū pfessionuz fundatores primū vt dixim⁹ debetis agnoscere. Nā pfecto ex hoc ipo vel odiū pfessionis illi⁹ nasci poterit q̄ vitāda est: vel ei⁹ desideriū q̄ sequenda: qr necesse est vnāquāqz viā ad illū finē suū ptrahere sectatorē: ad quē auctor ip̄ius inuentorqz peruenerit.

¶ Quibus auctoribus cenobitarum sit instituta professio. Capitulum.v.

Actuū. 4. Itaqz cenobitarū disciplina a tpe p̄dicatiōis apl̄ice sum psit exordiū. Nā talis extitit in hierosolimis oī illa credētiū multitudoq̄ in actib⁹ apl̄oꝝ ita describit. Multitudinis credentiū erat cor vnū ⁊ aīa vna: nec quisq̄ eorū q̄ possidebat aliq̄d suū esse dicebat: sed erant illis oīa cōia. Possessiones ⁊ substantias vēdebāt: ⁊ diuidebāt ea oīb⁹ ꝓut cuiqz opus erāt. Et iterū: Neqz em̄ quisq̄ egēs erat inter illos. Quotq̄t em̄ possessores agrorū aut domoꝝ erāt: vēdētes afferebāt p̄cia eoruz q̄ vēdebāt ⁊ ponebāt aū pedes apl̄oꝝ. Diuidebat aūt singulis ꝓut cuiqz op⁹ erat. Talis inq̄ erat tunc oīs eccl̄ia: q̄les nūc ꝑpaucos in cenobijs inuenire difficile est. Sed cum post apl̄oꝝ recessum tepescere cepisset credentiū mltitudo: ea vel maxime q̄ ad fidē xp̄i de alienigenis ac diuersis gētib⁹ ꝯfluebat: a q̄b⁹ apl̄i ꝓ ip̄is fidei rudimētis ac īueterata gētilitatis cōsuetudine nihil ampli⁹ expetebāt: nisi vt ab īmolaticijs idolorū ⁊ fornicatione ⁊ suffocatis ⁊ sanguīe tēparēt: atqz ista libertas q̄ gētib⁹ ꝓpter infirmitatē p̄me credulitatis īdulta est: ēt illi⁹ eccl̄ie q̄ hierosolymis cōsistebat: pfectionē paulati cōtaminare cepisset: ⁊ crescēte q̄tidie vel indigenarū nūero vel aduenarū: p̄me illi⁹ fidei refrigesceret feruor: nō solū hi q̄ ad fidē xp̄i cōfluxerāt: verūetiā illi q̄ erāt eccl̄ie p̄ncipes ab illa districtiōe laxati sūt. Nōnulli em̄ existimātes id qd̄ videbāt gētib⁹ ꝓ infirmitate cōcessuz: sibi ēt licitū: nihil se detrimēti ꝑpeti crediderūt: si cū substātijs ac facultatib⁹ suis fidē xp̄i ꝯfessionēqz sequerent. Hi aūt q̄b⁹ adhuc apostolic⁹ inerat feruor: memores illi⁹ p̄stine pfectiōis: descēdētes a ciuitatib⁹ suis: illorūqz ꝯsortio q̄ sibi vel ecclesie dei remissioris vite negligētiā licitā eē credebāt: in locis suburbāis ac secretiorib⁹ cōmanere: ⁊ ea q̄ ab apl̄is ꝑ vniuersuz corp⁹ eccl̄ie generaliter meminerūt instituta: p̄uati ac peculiariter exercere ceperūt atqz ita incaluit ista quā dixim⁹ discipulorū: q̄ se ab illorū contagio sequest auerant disciplina. Qui paulatim tpe ꝓcedēte segregati a credētiū turbis: ab eo q̄ a cōiugijs abstinerēt: ⁊ a parētū se cōsortio mūdiqz isti⁹ cōuersatione secernerēt: monachi siue monozētes a singularis ac solitarie vite districtione nominati sunt vnde cōsequens fuit vt ex communiōe consortij: cenobite: celleqz ac diuersoria eorum cenobia vocarentur. Istud ergo solū fuit antiquissimum monachorum genus: quod non modo tem-

Ibidem:

Eius.15.

pore sed etiam gratia primum est: quodq; per annos plurimos solū inuiolabile vsq; ad abbatis pauli vel antonij duranit etatē. Cui⁹ etiā nūc in districtis cenobijs cernim⁹ residere vestigia.

¶ De anachoretarum ordine ac principio.

Capitulum. vj.

Vnde pfecto. i. de hoc pfectorū nūero ⁊ (vt ita dixerim) fecūdissima radice: sctōrū ēt anachoretarū post hec flores fruct⁹q; plati sunt. Cui⁹ pfessionis pncipes hos q̄s paulo aū memorauim⁹: sctm̄ videlicz paulū vel antoniū nouim⁹ extitisse. Qui nō vt q̄dā pusillanimitatis cā vel impatientie morbo sed desiderio sublimioris pfect⁹ cōtēplationisq; diuine solitudinis secreta sectati sunt: licet prior eorū necessitatis obtentu: dū tēpore psecutionis affiniū suorū deuitat insidias: eremū penetrasse dicat. Ita ergo pcessit ex illa quā diximꝰ aplica disciplina aliud pfectionis: genus: cuius sectatores anachorete. i. secessores merito nūcupant: eo q̄ nequaq̄ cōtēti hac victoria q̄ inter hoīes occultas insidias diaboli calcauerūt aperto certamine ac manifesto cōfictu demonib⁹ cōgredi cupientes: vastos eremi recessus penetrare non timeāt: ad imitationē. s. ioannis baptiste qui in eremo tota pmāsit etate: helie quoq; ⁊ helisei: atq; illorum de quib⁹ apls ita cōmemorat: Circūierunt in melotis: in pellib⁹ caprinis egētes: angustiati: afflicti: quib⁹ dign⁹ non erat mundus: in solitudinib⁹ errātes: ⁊ in montib⁹ ⁊ in speluncis ⁊ in cauernis terre. De q̄bus etiā dn̄s figuraliter ad Job. Quis ait est qui dimisit onagrū liberū: ⁊ vincula ei⁹ resoluit. Posuit habitaculū ei⁹ desertū: ⁊ tabernacula eius salsuginē. Irridēs multitudinē ciuitatis: ⁊ querelā exactoris nō audiens. Considerauit mōtes pascue sue: ⁊ post oē viride querit. In psalmis quoq; Dicant nūc q̄ redempti sunt a domino: quos redemit de manu inimici. Et post pauca. Errauerunt in solitudine in inaquosoviam ciuitatis habitaculi non inuenerunt. Esu riētes ⁊ sitientes aīa eorum in ipsis defecit. Et clamauerunt ad dn̄m cū tribularētur: ⁊ de necessitatibus eorum liberauit eos. Quos etiā hieremias ita describit. Beatus q̄ tulit iugum ab adolescentia sua: sedebit solitari⁹ ⁊ tacebit: quia leuauit se sup se. Quiq; illud psalmiste affectu ⁊ opere concinūt. Similis fact⁹ sum pellicano solitudinis. Vigilaui ⁊ factus sum sicut passer solitarius in tecto.

Hebre. 11.
Job. 39.
Ps. 106.
Threñ. 3.
Ps. 101.

¶ De sarabaitarum principio ⁊ conuersatione.

Capitulum. vij.

Cunq; his duabus pfessionib⁹ monachorū religio christiana gauderet: cepisset autem in deteri⁹ paulatim hic quoq; ordo recidere: emersit post hec illud deterrimū et infidele monachoꝝ gen⁹: vel potius noxia illa plātatio rediuiua concreuit: que p ananiam ⁊ saphirā in exordio ecclesie pul

Actuū.5. lnās: apostoli petri seueritate succisa est: q̄ inter monachos tā
diu pestabilis exercrādaq; iudicata est: nec a quoq; vlterius usur
pata: q̄diu illius tā districte formido sentētie: memorie fidelib⁹
inserta duravit: qua beat⁹ apostolus predictos nouū factionis
principes: nō penitētia: nō vlla passus est satisfactiōe curari: ꝙ
pniciosissimū germen celeri morte succidit. Illo igit exēplo qō
in anania t saphira: apostolica districtione punitum est: a nō
nullo⁹ cōemptatione paulatim longa incuria t tēporis oblite
ratione subtracto: emersit istud sarabaitarū genus: q̄ ab eo ꝙ se
metipsos a cenobio⁹ cōgregationibus seq̄strarēt: ac singillatim
suas curarent necessitates: egyptie lingue proprietate: sarabai
te nuncupati sunt: de illoꝝ quos p̄timus numero p̄cedentes
qui euangelicā pfectionē simulare potius q̄ in veritate arripe
maluerūt: emulatione scz eo⁹ vel laudibus pvocati: q̄ vniuersis
diuitijs mundi perfectas christi preferunt nuditates. Hi igitur
dum imbecillo animo rē summe virtutis affectant vel necessita
te ad banc professionem venire compulsi: dum censeri tāmodo
nōie monachoꝝ absq; vlla studio⁹ emulatione festinant: ce
nobio⁹ nullatenꝰ experiunt disciplinam: nec seniorū subiciun
tur arbitrio: vt eorum traditionib⁹ instituti: suas discant vince
re voluntates: nec vllā sane discretionis regulam legitima eru
ditione suscipiūt: sed ad publicā tantūmodo: id est ad hominuꝫ
faciem renunciantes: aut in suis domicilijs sub priuilegio hui⁹
nominis fisce obstricti occupationib⁹ p̄seuerant: aut cōstruen
tes sibi cellulas easq; monasteria nuncupantes: suo metis iure
ac libertate cōsistunt: nequaq; euangelicis p̄ceptionibus succū
bētes: vt nulla scz quotidiani victus solicitudine: nullis rei fa
miliaris distentionib⁹ occupent. Qō illi soli absq; vlla inside
li dubitatione cōsummant: q̄ cunctis mūdi huius facultatibus
absoluti: ita se cenobiorū ꝓpositis subiciunt: vt ne sui quidem
ipsius fateanꝰ ee se dños. Illi aūt districtionē vt diximus ceno
bij declinātes: bini vel terni in cellulis cōmorant: non conten
ti abbatis cura atq; imperio gubernari: sed hoc ꝓcipue curan
tes: vt absoluti a seniorū iugo exercendi voluntates suas: ac
p̄cedendi: vel quo placuerit enagādi: agendiue qō libitū fuerit
habeāt libertatē: et amplius in operib⁹ diurnis: q̄ bi q̄ in ceno
bijs degunt: diebus ac noctibus cōsumūtur: sed nō ea fide eo
dēq; proposito. Hoc essi isti faciūt: nō vt fructum, sui opis sub
stantiam dispensatoris arbitrio: scz vt acquirāt pecunias qs recōdāt.
Inter quos quātū interfit aduertite. Illi nihil de crastino cogi
tātes: gratissimos deo sudoris sui offerūt fructꝰ: isti ꝙo nō solū
in crastinū sz ēt in multoꝝ annoꝝ spacia infidele solicitudinē p
rogātes: aut mēdacē deū aut inopē credūt: q̄ promissaꝫ quotidiani
victꝰ atq; indumentoꝝ sufficientia habere eis aut non possit aut
nolit. Illi hoc omnib⁹ experiunt votis: vt actemosynen. id est mu
ditatē olim rex pauptatēq; possideāt: isti vt olim copiarū affluē

αχτη
μοσυ
νηη

Iam conseḡuanť. Illi ob hoc certatim statutū trāscendere cano
nem diurnis operib⁹ elaborāt: vt q̄cq̄d monasterij sanctis vsib⁹
reaḡdarit: vel carceribus: vel ꝓnodochio: vel nosocomio: vel
indigētib⁹ ꝑ abbatis dispensetur arbitriō: isti vt q̄cq̄d quotidia
ne supfuerit gule: aut pfusioꝝ pficiat voluptati: aut certe pbi
largyrie vitio recondať. Postremo vt cōcedamus ab istis dec
quoq; q̄ nō optimo ꝓposito cōgeranť: melⁱ⁹ q̄ dixim⁹ posse di
stribui ne si quidē ad meritū virtutis illius ac pfectionis aspi
rāt. Illi etenim tātos monasterio redditus cōferētes: eisq; quoti
die renunciātes in tāta subiectionis humilitate pdurāt: vt quē
admodū sui: ita et eorū q̄ ꝓprio sudore cōq̄rāt: ptāte ꝓuenť abre
nunciationis ꝓme ferrezē: dū quotidie semetipsos laboris sui
fructib⁹ nudāt: iugiter innouātes: isti aūt ineoipo q̄ aliq̄d pan
perib⁹ largiunť elati: in ꝓceps quotidie collabunť. Illos partē
tia atq; districtio: q̄ tā deuote in bac quā semel arripuerūt pfes
sione pdurāt. vt nunq̄ suas explēat voluptates: crucifixos hnic
mundo quotidie vinos martyres: facit hos arbitrij sui tepor vi
nos ad inferna demergit. Hec igit duo genera monachorum in
hac q̄dē puincia equali ꝓpemodū numerositate inter se contend
dāt. Ceterū p alias regiōes q̄s me necessitas catholice fidei cō
pulit pagrare ifrud tertiū sarabaitarū genus abundare ac prope
solū eē cognouimus. Tēporibus siquidē lucij qui arriane pfidie
eps fuit: sub valētis imperio cū diaconiā nostris fratrib⁹ defer
remus: bis videlicet q̄ de egypto ac thebaida fuerāt ob catholi
ce pfessionē tā metallis pōti atq; armenie relegati licet cenobio
rum disciplinam in quibusdā ciuitatibus rarissimā videremus
anachorezetarū tū apō illos ne ipsq̄dē nomē auditū fuisse cōpim⁹

De quarto genere monachorum.

Capitulum.viij.

Yamon. Bane est etiā aliud quartū genus quod nuper
p cernimus emersisse in his qui anachorezetarum sibi specie
atq; imagine blandiunť quicq; in primordijs suis ferno
re q̄nodā brevi cenobij perfectionem videntur expetere, sed con
tinuo repelacti dum pristinos mores ac vicia resecare contem
nunt nec ingum bilitatis ac penitētie diuti⁹ sustinere contenti
sunt subdiq; seniorū imperio dedigniank separatas expetunt
cellas ac solitarij sedere desiderant vt ita scz a nemine lacessiti.
patientes māsueti ac dulles posint ab hoibus estimari. Que
institutio immo tepor eos quos semel infecerit: ad pfectionē nū
q̄ pmittit accedere. Hoc effi mō nō solum non absciditur verū
etiam in deterius eorum vicia conualescent dum a nemine, pro
nocativt quoddā letale et intestinū virus quāto amplius celatā
fuerit tāto pfundius serpēs insanabilē morbū generat egrotāti
pro reuerētia effi singularis celle nyll⁹ iā vicia solitarij audeāt

guere: que ille ignorari maluit q̄ curari. Porro virtutes non occultatione viciorum: sed expugnatione pariuntur.

¶ Interrogatio quid intersit inter cenobium ⁊ monasterium. Capitulum.ix.

Germanus. Est ne aliqua inter cenobiū monasteriūq; distantia: an vtroq; nomine res vna censetur?

¶ Responsio. Capitulum.x.

Pyamon. Licet a nōnullis soleant indifferenter monasteria ꝑ cenobijs appellari: tamen hoc interest: q̄ monasteriū nomen est diuersorij: nihil amplius q̄ locum: id est habitationem significās monachorum: cenobium vero etiā professionis ipsius qualitatem disciplinamq; designat. Et monasteriū potest etiam vnus monachi habitatio nominari: cenobium autē appellari non potest nisi vbi plurimorum cohabitātium degit vnita cōmunio. Dicuntur sane monasteria: etiam in quibus sarabaitarum collegia commorantur.

¶ De humilitate vera: ⁊ quomodo falsam cuiusdam humilitatē prodiderit abbas Serapion. Capi.xj.

Quamobrē qm̄ de optimo genere monachoꝝ video vos ꝓfessionis huius arripuisse principia: id est de laudabili cenobiorū palestra: ad excelsa fastigia anachoretice tendere discipline: humilitatis patientieq; virtutem: quā vos illic didicisse nō dubito: vero sectamini cordis affectu: non eam sicut quidam falsa humiliatione verborū nec affectata atq; supflua in quibusdam officijs corporis inclinatione fingentes. Qđ humilitatis figmentū abbas Serapion quodā tempore elegāter irrisit. Cum em̄ quidā ad eum summā sui abiectionē: habitu ac verbis preferēs venisset: eumq; senex ꝑm morē vt orationez colligeret hortaret: ille nequaq̄ annuēs deprecāti: tātis se subijciens asserebat flagitijs inuolutum: vt ne vsum quidē huius cōmunis aeris capere mereret: psiathij q̄ ipsius refugiēs sessionem: humi potius insidebat. Cū vero, etiā ad ablutionē pedum multo minus prebuisset assensum: tum abbas Serapion refectione trāsacta: collationis cōsuetudine ꝓuocante: monere eum benigne ac leniter cepit: ne ociosus ac vagus presertim iuuenis tam robustus instabili leuitate per vniuersa discurreret: sed vt in cella residēs: ꝑm regulā seniorum suo potius opere q̄ aliena mallet munificentia sustentari. Qđ ne paulus apl̄us incideret: ⁊ quidē cū ei in euāgelio laborāti hec prebitio merito deberetur: diebus tñ ac noctibus maluit operari: vt quotidianū victū vel sibi vel his qui eidē ministrantes opus exercere nō poterāt suis manibus prepararet. Ad hec ille tāta est tristicia ⁊ dolore suppletus: vt amaritudinē corde cōceptā: ne vultu quidem dissimulare potuerit. Cui senex: hactenus inquit o fili cūctis te facinoꝝ

Actuū.20.

ponderibus onerabas: nō metuēs ne cōfessione tam atrocīū crī minū: notam existimationis incurreres: quid queso nunc est qō ad simplicē ammonicionculā nostrā: que tū in se nō modo nullā opprobriū: sed etiā edificationis habuit ac dilectionis affectū: tanta te video indignatione permotū: vt eā ne vultu quidē occu lere: aut frontis serenitate dissimulare potueris? An forsitan dū te humiliabas: illā expectabas a nostro ore sententiā. Justus accusator sui est in primordio sermonis. Proinde vera est cor- Proue. 18
dis humilitas retinenda: que nō de affectata corporis atq; ver borū sed de intima mētis humiliatione descendit. Que tunc de mum enidētissimis patiētie sue fulgebit indicijs: cū quis nō ipe de se crimina ab alijs non credenda iactauerit: sed ab alijs sibi met arrogamer ingesta cōtempserit: t irrogatas iniurias man suete cordis equanimitate toleraverit.

¶ Interrogatio quemadmodum vera patientia pos sit acquiri. Capitulum.xij.

Germanus. Quemadmodū acquiri vel retinerī possit: g ista tranquillitas optamus agnoscere: vt sicut indicto nobis silentio: oris claustra precludimus: verborumq; licentiā coercemus; ita etiā cordis lenitatē custodire possimus: qō nonnunq; etiā cū lingua refrenatur: intrinsecus tamen statū sue placiditatis amittit. Et idcirco mansuetudinis bonum non alias tenere quemptiam posse: nisi remotione celle ac solitario putamus habitaculo.

¶ Responsio. Capitulum.xiij.

Yamon. Patientia vera atq; trāquillitas: absq; pfun p da cordis humilitate nec acquirit nec tenet. Que si de hoc fonte descēderit: nec beneficio celle nec profugio so litudinis indigebit. Nō enī patrocinijū cuiusq; rei extrinsecus q rit: q̄ humilitatis. i. generatricis atq; custodis sue intrinsecus virtute fulcit. Cetez si monemur ad aliquo lacessiti: certū est nō esse in nobis hūilitatis fundamēta firmiter stabilita: t ideo ad incursuz vel ertigue tēpestatis: edificiū nr̄m ruinosa cōmotione cōcutit. Nō enī esset laudabilis nec admirāda patiētia: si nullis inimicorū iaculis impedita trāquillitatis ppositū retētarer: sed in eodē pclara atq; gloria: cp irruētibus in se tēptationē pcellis immobilis perseverat. Nā in quo vexari frangiq; aduersitatib? credit: in eo potius roborat: t in eo magis acuit in quo putat obtundi. Et passionibus enī t sustentatione patientiā dici nul lus ignorat: ideoq; cōstat patiētē pnunciari neminē posse. nisi eū q̄ vniuersa q̄ sibi fuerint irrogata: absq; indignatiōe tolerave rit. Et ideo nō immerito ita a salomone laudat. Melior est pa Proue. 16.
tiēs forte: t qui cōtinet irā capiēte vrbē. Et iterū. Longanimis vir nimis in prudētia: pusillanimis aūt valde insipiēs est. Cū ergo quis victus iniuria iracundie igne succendi: nō cā peccati

eius acerbitas illate cōtumelie extitisse credēda est: sz pot⁹ manifestatio infirmitatis occulte ꝑ illā parabolā dñi saluatoris
Matth. 7. quā de duabus domib⁹ posuit: vna: q̄ fundata erat supra petrā: t alia q̄ super arenā. quib⁹ equal⁹ dicit pluuiarū ac fluminū vel tē pestatū turbines irruisse: sed illā q̄ in petre soliditate fundata est nihil penitus detrimēti ex illa tā violēta collisione sensisse: que vero in arenarū pendula mobilitate constructa est statim fuisse collapsam. Quā vtiq; apparet nō ꝓpterea corruisse qz imbrium vel torrētiū inundatione pulsata: sed qz sup arenā imprudenter est structa. Non em̄ in hoc differt a petre vir sanct⁹: qz nō similiter t ipe tempter: sed qz hic etiā magna impugnatione nō vincit: ille aūt etiā parua temptatione superat. Necq; em̄ esset vt diuinus iusti alicuius viri laudabilis fortitudo: si vinceret intēpratus: cum vtiq; victoria locū habere nō possit absq; aduersitate certaminū. Beatus em̄ vir qui suffert temptationē: qz cū p
Jaco. 1. batus fuerit accipiet coronam vite: quā repromisit deus diligentibus se. Sēm apostolū ꝯ paulū: virtus nō in ocio atq; delitijs: sed in infirmitate perficit. Ecce enim inquit dedi te hodie
2. Cor. 12. Hiere. 1. in ciuitatem munitā: t in columnā ferream: t in murū ereū: super omnē terrā regibus iuda: principibus eius t sacerdotibus eius: t ofᵗi ꝑplo terre: t bellabūt aduersum te: t non prenalebunt: quia ego recū sum vt eruam te dicit dominus.

¶ De exemplo patientie cuiusdam religiose femine. Capitulum.xviij.

Uius ergo patiēcie volo vobis dno saltē exēpla ꝓponere: vnā religiose cuiusdā femine: que patiēcie virtutē tāta auiditate sectata est: vt non solū temptationū nonnī
b taret incursus: sed etiām occasiones molestiarū sibimet procuraret: quib⁹ frequētius instigata non cederet. Hec nāq; cum alexādrie cōmaneret: essetq; non obscuris ortā maiorib⁹: atq; in domo que sibi fuerat a parentibus derelicta: religiose dño deseruiret: veniens ad beate memorie athanasium epm̄: precabat vt aliquaz sibi alendā vidnam daret: que ecclesiasticis sumptibus pasceba. Et vt petitionē eius verbis ipius exprimamus: da inquit mihi aliquā de sororibus in qua repausem. Sacerdos igitur cū laudasset ꝓpositū femine ꝯ eā ad opus misericordie vidisset esse ꝓpositissimā: tulit eā omnibus eligi vidnā: q̄ t honestate morū t grauitate ac disciplina omnib⁹ ꝓferret: ne forte deside riū largitatis percipiētis vicio vinceret: t q̄ mercedē quereret in egena: damnū fidei ꝓuis eius offensa morib⁹ patere. Cui cū domū adducte oīb⁹ deseruiret obsequijs: virtutē modestie eius ac lenitatis experta: videnscz se ab ipa mōētis singulis gratiarū actione ꝓ officio humanitatis honorari: post dies pauc̄os ad memoratū reuertit sacerdotē. rogauerā inquiēs vt mihi dari ꝓciperes quā ego reficerē: t cui morigeris famularer ob-

sequijs. Cūq; ille necdū ꝓpositū, femine ac desideriū intelligēs: estimasset petitionem eius dissimulatione pr. positi fuisse neglectam: causasq; more illius nō absq; animi sui cōmotione perquirēs: ꝓtinus agnouisset honestiorem ei ceteris viduā deputatā: occulte precepit vt ea illi que eēt cunctis nequior traderetur: que scz vel iracūdia vel rixis, vel violentia seu verbositate atq; etiam vanitate cūctas quibus hec vitia dominarent excederet. Quā cū multo facilius inuentā sibiq; traditā domi habere cepisset: atq; eadē ei diligētia qua priori illi vidue vel etiam studiosius ministraret: hoc solum ab ea pro tātis obsequijs recipiebat gratie: vt indignis iugiter afficeret iniurijs: cōuicijs q̄ ab ea exprobrationibusq; cōtinuis vexaret: obijcientis ei ⁊ maledicis obtrectationibus increpātis: eo q̄ se nō ad refrigeriū sed potius ad cruciatū ⁊ cōtumeliaz ab epo poposcisset: magisq; se de requie ad laborē q̄ de labore transtulisset ad requiem. Cum ergo assiduitas iurgiorū eo vsq; prorumperet: vt ne ab iniectione q̄dē manuū procax mulier tēperaret: illa aūt humilioris obsequij ingeminaret officia: nō furentem vincere renitendo: sed semetipsam humilius subijciendo discebat: vt multimodis indignationibus lacessita: iurgantis insaniam humanitatis mā suetudine deliniret. Quibus ad plenū exercitijs confirmata: perfectāq; virtutem desiderate patientie consecuta: ad memoratum sacerdotem: tam pro electionis illius iudicio q̄ etiam pro beneficio exercitationis sue: gratias relatura perrexit: eo q̄ ꝑm desiderium suū tandem ei magistrā patientie dignissimam prouidisset: cuius iniurijs iugibus: vt quodā palestre oleo quotidie roborata: ad summam animi patientiam perueniret: tandem inquiens: dedisti mihi in qua repausarem: nam illa prior suis me potiꝰ honorabat ac refrigerabat obsequijs. Hec de sexu muliebri dixisse sufficiat: vt commemoratione hac non solū edificemur: verumetiam confundamur: qui nisi fuerimus ad ferarum morem retrusi in caueas cellularum: patientiam retinere non possumus.

De exemplo patientie Abbatis pafnutij. Ca. xv.

Nunc aliud abbatis pafnutij pandamus exemplū. Qui in illius insignis ⁊ vbiq; predicabilis scythice eremi: in qua nunc presbyter est: secretis tanto studio semper insedit: vt ei ceteri anachorete bubali cognomen indiderint: eo q̄ ingenito: vt ita dixerim: desiderio: solitudinis semper habitatione gauderet. Itaq; cū tante in puericia sua esset virtutis ⁊ gratie vt etiā preclari ac summi id temporis viri: grauitatem eius ⁊ immobilem cōstantiā mirarent: eumq; licet minor esset etate: pro virtutū tñ merito senioribus exequarēt: suoq; ordini ducerēt inserēdū: liuor ille qui aduersum Joseph patriarchā fraternos quondā animos instigauit: quendā de numero fratrum

edacis zeli igne succēdit. Qui neuo quodā hac macula pulchri-
tudinē eius cupiēs deformare: hoc genus malignitatis excogi-
tat: vt oportunitatē tēporis captaret: quo pafnutiꝰ ad ecclesiā
die dominico ꝓcessurus abeēt a cella. In quā furtim irruēs co-
dicē suū inter eius plectas: quas de palmaꝝ folijs solebat inte-
xere: latēter abscondit: ac de concinnata factione securus: ipse
quoq; velut pure ac simplicis cōscientie ad eccl'iam venit. Cūq;
celebrata omnis fuissz ex more solēnitas: querelā sancto isidoro
qui ante hūc pafnutiū eiusdē eremi p̄sbyter fuit corā cūctis fra-
tribus detulit: asserens sibi codicē de cella furto fuisse sublatū.
Que eiꝰ querimonia cū ita cūctoꝝ fratrū p̄cipueq; p̄sbyteri ani-
mos ꝑmouisset: vt quid primū suspicarent quidve decernerēt
nō haberent: summa cūctis ammiratione ꝑculsis: de tā inaudi-
ti illic facinoris nouitate: ille q̄ rē detulerat accusator vrgebat:
vt retētis in ecclesia oībus: missi electi: quiq; cunctoꝝ singilla-
tim fratrū cellulas scrutarent. Qd cū tribꝰ senioribꝰ a presby-
tero fuisset iniūctū: vniuersoꝝ cubilia reuoluētes: ad extremū in
pafnutij cellula absconditū codicē inter plectas palmaꝝ q̄s illi
syras vocāt: sicut eū insidiator occuluerat: reppererūt. Quē cum
inquisitores cōfestim ad ecclesiā delatū corā oībus ꝓtulissent:
pafnutius licet de conscientie sue esset sinceritate securus: tū ve-
lut qui furti crimen agnosceret: satisfactioni se totū tradēs: locū
pnīe suppliciter postulauit: hoc verecundie sue modestieq; pro-
spiciens: ne si maculā furti verbis conaret abluere: insuꝑ etiaz
mendacij notaret nemine scz aliud q̄ id qd inuentū fuerat suspi-
cante. Cūq; de ecclesia nō tā mēte deiectus q̄ iudicio dei fidens
protinꝰ abscessisset: ꝓfusis in orōne iugiter lachrymis: triplica-
tisq; ieiunijs: summa se etiā in cōspectu hoīm mentis hūilitate
prostrauit. Sed cū duabꝰ ferme hebdomadibꝰ ita se oī cōtritio-
ne carnis ac spūs subiecisset: vt die sabbati vel dn̄ico: nō ad ꝑci-
piendā cōmunionē sacrā: sed ad prosternendū se in limine eccle-
sie: atq; ad veniā suppliciter postulandā matutinus accurreret
nequaq̄ passus est eū occultoꝝ omniū testis ⁊ cognitor: vel a se
amplius conteri vel ab alijs infamari. Nā qd ille inuentor sce-
leris: rei sue fur improbus: laudis aliene callidus infamator:
nullo hominū teste occulte cōmiserat: ꝑ diabolū q̄ criminis ip-
sius incētor fuerat: publicauit. Arreptꝰ nāq; dirissimo demone
cūctas factionis occulte patefecit insidias: criminationūq; ac
fraudū idē fuit proditor qui cōmentor. Ita autē spiritu illo im-
mundo grauiter diuq; vexatꝰ est: vt ne orationibꝰ quidē sctōrū
illic cōsistentiū: q̄ diuinoꝝ charismatū merito demonijs impera-
bant: potuerit emūdari: sed ne ipsiꝰ q̄dē isidori p̄sbyteri gr̄a sin-
gularis: crudelissimū ab eo excluserit vexatorē. Cui tāta erat vir-
tus dn̄i largitate collata: vt ne vsq; ad limina quidē eius quisq̄
arrepticius qui tardius sanaret aliq̄n ꝑductus sit: christo hanc
adolescenti pafnutio gloriā reseruāte: vt illius tantū orationi-

bus cui insidiatus fuerat purgaretur: ⁊ cuius laudi aliquid inui
dus inimicus decerpere se posse crediderat: eius nomen procla
mans ⁊ delicti sui veniā ⁊ finē supplicij p̄sentis acciperet. Hec
ergo ille in adolescentia sua future indolis iā tūc indicia prefi
gurās: lineas quasdā p̄fectionis illius q̄ erat maturitate etatis
augenda: adhuc in annis puerilib⁹ designauit. Si igitur ad cul
men virtutum eius volumus peruenire: talia nobis exordiorū
fundamenta iacienda sunt.

¶ De perfectione patientie. Cap̄.xvj.

Duplex sane ad narrationē facti hui⁹ cā me cōpulit. Pri
mū vt hāc immobilitatē viri constantiāq̄ pēsantes: quā
to mīorib⁹ q̄ ille est appetit⁹ inimici impugnamur insi
dijs: tāto maiorē trāquillitatis atq̄ patiētie sumam⁹ affectū. De
inde vt firma definitione teneamus a tēptationū p̄cellis impu
gnationibusq̄ diaboli tutos nos eē nō posse: si omne p̄sidiū pa
tientie nr̄e omnēq̄ fiduciā: nō in interioris hoīs nr̄i virib⁹: sed
in cellule claustris: aut in solitudinis recessu: sctōr̄ve consortio
vel cuiusq̄ rei q̄ extra nos sit: p̄sidio collocem⁹. Nisi eñ mētē no
strā virtute p̄tectionis sue ille firmauerit: q̄ in euāgelio ait. Re Luce.xvij.
gnū dei intra vos est: frustra aerij hostis insidias: aut auxilio
cohabitātiū hoīm vīcere: aut localib⁹ spacijs declinare: aut mu
nitione tector̄ excludere posse nos credim⁹. Nā cū hec oīa sctō
pafnutio nō deessent: non tñ impugnationis aditū aduersus eū
tēptator inuenire nō potuit: neq̄ illū neq̄ssimū spm̄: septa p̄ietū
aut eremi sollitudo: aut tot in illa cōgregatione sanctor̄ merita
repulerūt. Sed q̄r sctūs dei famulus nō in his q̄ extrinsec⁹ sunt
sed in ipso occultor̄ oīm iudice spē sui cordis affixerat: tāte im
pugnationis machinis, nequaq̄ potuit commoueri. Econtra
ille quē ad tātū facin⁹ p̄cipitauit inuidia: nōne ⁊ solitudinis bñ
ficio: ⁊ munitione remotioris habitaculi: ⁊ bt̄i isidori abbatis
atq̄ p̄sbyteri aliorūq̄ sctōr̄ consortio fruebat̄: ⁊ tñ q̄r eū supra
arenā repperit turbo diabolicus: nō solū impegit eius verūetiā
subuertit habitaculū. Nō ergo quietē nostrā extrinsecus inqui
ram⁹: nec oppitulari vitijs impatiētie nostre alienā putemus
posse patientiā. Sicut enim regnū dei intra nos est: ita inimici
hominis domestici eius. Nemo eñ mihi magis q̄ sensus me⁹: matth.x.
qui est mihi vere intim⁹ domestic⁹: aduersat̄. Et idcirco si fueri
mus solliciti: ab intestinis hostib⁹ liberari: ledi minime poteri
mus. Ubi eñ nobis nr̄i domestici nō aduersantur: ibi ⁊ regnuz
dei trāquillitate mētis acq̄rit̄. Nā si rōnē diligenter discutias: le
di ab homine q̄uis malignāte non potero: si ip̄e impacifico ad
uersum me corde non dimicē. Si aūt ledor: non est vitiū impu
gnationis aliene: sed impatientie mee. Sicut enim grauis ac
solidus cibus sano vtilis: ita perniciosus est egrotāti. Non aūt
ledere sumentem potest: nisi ei ad nocendū vires adiecerit perci

pientis infirmitas. Si vnq̄ ergo similis inter fratres fuerit ob orta temptatio: nequaq̄ a cursu trāquillitatis excussi: blasphemis secularium obtrectationib⁹ additū reseremus. Nec ꝑuersos atq; execrabiles quosq; sanctoꝝ viroꝝ numero insertos latitare miremur: qꝛ dū in huius seculi area cōculcamur atq; conterimur: necesse est etiā paleas igni perpetuo deputādas: inter electissima frumēta misceri. Deniq; si vel sathan inter archāgelos vel iudā inter apostolos: vel nicholaū prauissime hereseos inuētorē inter diaconos reminiscamur electos: hoc qd̄ nequissimi homines sctōꝝ ordini deprehēdunt̄ inserti: mirū esse nō poterit. Nā licet hūc nicolaū quidā asserāt nō illū fuisse qui ad opus ministerij ab aplis est electus: nihilominus tñ eū de illo discipulorum fuisse numero negare nō pñt: quos oēs tales tāq; ꝑfectos in tēpore illo fuisse manifestū est: quales nūc per paucos vix in cenobijs inuenimus. Nō ergo ruinā illi⁹ supradicti fratris: qui in illa eremo tā lugubri lapsus est casu: neq; illā horribilē maculā: quā tñ ille ingētibus penitentie lachrymis post diluit: sed beati pafnutij nobis proponamus exēpla. Nec subuersione illius destruamur: cui⁹ antiquū inuidie vitiū etiā auxit in peius affectata religio: sed huius humilitatem tota virtute sectemur quam non illi quies eremi subito genuit: sed inter homines acquisitam consummauit atq; excoluit solitudo.

De inuidie malo. Capitulum.xvij.

Sciendū sane est: inuidie morbū difficilius ad medelā q̄ cetera vitia ꝑuēire. Nā eū quē semel veneni sui peste corruperit: pene dixerim carere remedio. Ipsaq; nanq; est lues: de qua figuraliter dicit̄ ꝑ prophetā. Ecce ego mittā vobis serpētes regulos quibus non est incantatio: ⁊ mordebunt vos. Recte igit̄ a ꝓpheta mortiferis basilisci venenis morsus inuidie cōparat̄: qua primus ille venenoꝝ oīum auctor ⁊ princeps ⁊ perijt ⁊ ꝑemit. Nā ante suus q̄ eius cui inuiderat interēptor: priusq̄ in hoīem mortis vir⁹ effunderet ipse se ꝑdidit. Inuidia eñ diaboli mors introiuit in orbē terraꝝ: imitant̄ autē illū qui sunt ex parte illi⁹. Sicut eñ ille q̄ primus eiusdē mali peste corruptus est nec medelā penitentie: nec fomentū alicuius curationis admisit: ita ⁊ hi q̄ eisdē se ꝑcutiēdos morsibus tradiderūt: omnē opē scti incātatoris excludūt: qꝛ cū vtiq; nō culpa eoꝝ quibus liuēt. sed prosperitate crucient̄: erubescētes ipsam prodere veritatē: extrinsecus sibi quasdā suꝑfluas ⁊ ineptas causas offensionis inquirūt. Quaꝝ qꝛ omnimodis false sunt vana curatio est: cū illud mortiferū virus qd̄ nolūt prodere: lateat in medullis. De quibus alibi ille sapientissimus competenter expressit. Si momorderit serpens non in sibilo: non est abundantia

Hiere. viij.

Sap. ij.

Eccs. x.

incantatori. Isti enim sunt taciti morsus quibus solis sapientium medicina nō subuenit. Namvsq; adeo incurabilis est ista pernicies: vt blandimentis exasperetur: inflectur obsequijs: muneribus irritetur: quia vt idem Salomon ait. Nihil sustinet zelus. Quāto enim amplius alius: aut humilitatis subiectione: aut patientie virtute: aut munificētie laude profecerit: tāto ille maioribus inuidie stimulis incitat: qui nō nisi ruinā aut mortē eius cui inuidet cōcupiscit. Denicq; illoꝝ vndecim patriarchaꝝ zelus intantū nulla innoxij fratris subiectione potuit deliniri: vt de his scriptura cōmemoret. Inuidebāt aūt ei frēs sui: eo q̄ diligeret eū pater suus: ⁊ nō poterāt ei loq̄ quicq̄ pacificū: donec zelus eoꝝ qui nulla germani obsequentis atq; subiecti sustinuit blandimenta: mortē eius cupiēs: vix posset vēditionis fraterne crimine satiari. Cunctis ergo vicijs ꝑniciosiorem atq; ad purgādū difficiliorē esse cōstat inuidiā: que ipsis remedijs quibus reliq̄ extinguūt: accēdit. Nā verbi gratia: q̄ damnū sibi illatum dolet: largitatis cōpensatione curat: q̄ de illata indignat iniuria: humili satisfactione placat. Quid illi facias q̄ hocipso magis q̄ te hūiliorē ac benigniorē sentit: offendit: quē nō ad iracūdiā cupiditates q̄ ꝑmio delinit: nō iniurie lesio aut amor vltionis accēdit. q̄ officioꝝ vincit blādimētis: sed successus tantū aliene prosperitatis irritat? Quis aūt est q̄ se vt satisfaciat inuidēti: a bonis corruere: aut a ꝓsperis alienari: aut calamitate aliq̄ optet inuolui. Quapropter ne totū quicq̄d in nobis viuidū est ⁊ q̄si vitali vegetatione sanctispūs animat: vno tātū huius mali morsu basiliscus interimat: diuinū cui nihil impossibile est iugiter implorem⁹ auxiliū. Cetera etenim venena serpētū. i. carnalia peccata vel vicia (quibus vt cito inuoluit ita facile expurgat hūana fragilitas) habēt aliq̄ vulneꝝ suoꝝ in carne vestigia: quib⁹ quāuis terrenū corpus ꝑniciosissime cōtumescat: tn̄ si tyriace remediū: aut illā salutariū verboꝝ medelā aliquis ꝑitissimus carminū diuinoꝝ incātator admouerit: ad ꝑpetuā aīe mortē pernicies virulenta non peruenit. Inuidie autē quasi a regulo serpente effusum virus: vitam ipsam religionis ac fidei prius q̄ vulnus in corpore sentiat: excludit. Non enim aduersus hoīem sed plane aduersus deū blasphemus extollit: qui nihil in fratre aliud nisi bonū meritū carpens: non hoīs culpam: sed dei tantū iudicia reprehendit. Hec ergo est illa sursum germinās amaritudinis radix: que se erigens ad superna: in contumeliam ipsius qui bona homini confert tendit auctoris. Nec quēq̄ moueat q̄ deus missurum se serpentes regulos: qui eos quorum criminibus offenditur mordeant: comminatur. Nam licet certum sit deum auctorem inuidie esse non posse. equum tamen ⁊ diuino dignum iudicio est: vt dum bona data humilibus conferuntur: ⁊ superbis ac reprobis denegantur: eos qui secundum apostolum tradi in reprobum sensum merentur: qua-

Puerb. vj.

Gen. xxxvij

Hiere. viij. j

Rom. j.

ñ ab ipso missa ꝑcutiat ⁊ cõsumat inuidia: ꝑm illud. Ipsi me ad emulationẽ irritauerũt in nõ deũ: ⁊ ego ad emulationẽ inducã eos in nõ gentẽ. Hac beatus pyamon disputatione desideriũ nostrũ quo de primis cenobij scholis ad scdm anachoreseos gradũ tendere ceperamus: ardẽtius inflammauit. Nã ꝑmordia solitarie cõmorationis cuiꝰ sciam postea sumus scythie plenius assecuti: ipso primũ imbuente percepimus.

¶ Explicit collatio abbatis Pyamon de tribus antiquis generibus monachorũ ⁊ quarto nuper exorto.

¶ Incipit annotatio capitulorũ collationis abbatis Joannis de fine cenobite et eremite.

Ca. j. De cenobio abbatis pauli: ⁊ patientia cuiusdã fratris.
ij De bũilitate abbatis Joãnis ⁊ interrogatione nostra.
iij Responsio abbatis Joannis cur eremum reliquisset.
iiij De virtute predicti senis quã in anachoretica exercuit disciplina
v De commodis eremi.
vj De vtilitate cenobij.
vij Interrogatio de cenobij vel solitudinis fructu.
viij Responsio super interrogatione proposita.
ix De consummata ac vera perfectione.
x De his qui imperfecti eremum petunt.
xj Interrogatio de remedio eorum qui cito de cenobijs discedunt.
xij Responsio quomõ solitarius vitia sua possit agnoscere.
xiij Interrogatio quomõ sanari possit qui nõ expurgatis vicijs solitudinem ingressus sit.
xiiij Responsio super eorum medicina.
xv Interrogatio an ita castitas sicut ⁊ cetere passiones debeat explorari.
xvj Responsio quibus documentis possit agnosci.

Explicit annotatio capitulorum.

¶ Incipit collatio abbatis Joãnis de fine cenobite et eremite.

¶ De cenobio abbatis pauli: ⁊ patientia cuiusdã fratris. Capitulum. j.



Post dies Admodũ paucos maioris doctrine desiderio ꝑtrahẽte: rursus ad abbatis pauli cenobiũ summa spũs alacritate ꝑreximus: vbi licet plus q̃ ducentoꝝ fratrũ numerus moraret: in honore tamen solennitatis q̃ id tpis agebat: infinita quoq; de alijs cenobijs monachorũ turba confluxerat. Nã prioris abbatis q̃ eidẽ cenobio

prefuerat: anniuersaria depositio solenniter curabat. Cuius cõuentus idcirco facimus mentionẽ: vt patientiã cuiusdã fratris q̃ sub p̃ntia totius cõgregationis huius immobili ei⁹ claruit lenitate: breuiter ꝑstringamus. Nã licet alio huius op̃is tendat intẽtio: vt scz abbatis Joãnis: q̃ derelicta eremo illi se cenobio summa hũilitatis virtute subdiderat: ꝓferamus: eloquia: neq̃q̃ tñ putamus absurdũ: si absq; vlla circũitione verboꝝ magna vt credimus studiosis q̃busq; virtutũ edificatio cõferat. In ingenti itaq; atrio sub diuali illa monachoꝝ multitudine ꝑ duodenariũ numerũ distinctis orbibus cõsidẽte cũ q̃dã fratrũ susceptũ ferculũ paulo tardius intulisset: sub occasione istius tarditatis p̃dictus abbas paul⁹ q̃ inter turbas ministrantiũ fratrũ sollitũ cite discurrebat: exerta manu palma eũ sub oĩum ꝑcussit intuitu ita vt sonitus etiã auersorũ vel longius cõsidentiũ aurib⁹ resultaret. Hoc aũt idcirco ab eo factũ est: vt cũctis q̃ aderãt iuuenis patiẽtiã patefaceret: ⁊ oẽs q̃ interfuissent tali spectaculo: modestie erudirentur exẽplo. Quã maturo aũt senior fecerit consilio: res ꝓbauit. Nam memorabilis patientie iuuenis tãta id animi lenitate suscepit: vt nõ modo nullus fuerit ex eius ore sermo ꝓlapsus vel tenuissimũ murmur tacita labiorũ agitatione signatũ sed ne ipsa q̃dẽ oris modestia atq; trãquillitas: aut color saltẽ quãtulũcunq; mutatus. Qd factum nõ solũ nobis, q̃ nuper desyrie monasterio veniẽtes: patiẽtie huius virtutẽ non tam euidentibus ꝑceperamus exemplis: sed etiã cũctis q̃ experti taliũ nõ erant studioꝝ: ita mirum fuit vt etiã summis viris precipua ꝑ hoc factũ cõferret instructio: q̃ scz etiã si patiẽtiã ei⁹ correptio paterna non mouerat: ne spectaculũ quidẽ tante multitudinis vllo vultum eius ruboris tinxisset indicio.

¶ De humilitate abbatis Joannis: ⁊ interrogatione nostra. Capitulum. ij.

In hoc itaq; cenobio repperimus antiquissimũ senẽ noĩe Joannẽ: cuius verba pariter ⁊ hũilitatẽ q̃ sanctis oĩbus preminebat: nequaq̃ silentio p̃terenda censuimus: sciẽtes eũ hac maxime ꝑfectione viguisse: q̃ cũ sit virtutũ omnium mater ac totius spiritalis structure fundamentũ solidissimũ: a nostris penitus exulat institutis. Unde nõ mirũ est nec ad illorum sublimitatem nos posse cõscendere: qui nõ dicã vsq; ad senectã sub cenobij permanere nõ possumus disciplina: sz vix biẽnio subiectionis iugum ferre cõtenti: ad p̃sumptionẽ noxie libertatis protinus euolamus: cũ tñ ipso illo paruo tempore nõ s̃m illã districtionis regulã: sed ꝓ nr̃i arbitrij libertate vtcunq; senioris subijciamur imperio: vt nõ patiẽtie fructũ ediscere: sed tẽpus adipiscende licẽtie expectare videamur. Hũc igit senẽ cũ in abbatis pauli cenobio vidissemus: etatẽ primũ ⁊ gratiã viri qua erat p̃ditus admirati: demisso in terrã vultu p̃cari cepimus

vt nobis pādere dignaret quā ob causam relicta eremi libertate ⁊ illa ꝓfessione sublimi: qua eū pre ceteris eiusdē vite viris fama celebrauerat: subire iugū cenobij maluisset. Ille velut īparē se anachoretice discipline: ⁊ sublimitate tante ꝑfectionis indignū: ad iuniorū scholas reuertisse dicebat: si tñ vel ipsorum institutaꝝm ꝓfessionis meritū posset implere. Cuius rñsionis humilitatem cū refragatio nostre deprecationis excluderet: ad extremū ita exorsus est.

¶ Responsio abbatis Joannis cur eremū reliquisset. Capitulum.iij.

Anachoreticā disciplinā quā me deseruisse miramini: nō solū nō respuo nec refuto: sed tota potius veneratiōe cōplector atq; suscipio. In qua post triginta annos: quos in cenobij congregatione trāsegeram: ita alios viginti explesse me gaudeo: vt inter illos q̄ eam vel mediocriter appetebāt: non vsq;quaq; segnicie denotarer. Sz qr degustata eius puritas: sollicitudine interdū carnaliū rerū interpolata sordebat: recurrere ad cenobiū cōmodius visum est: vt ⁊ prōptior arrepti planioris ꝓpositi cōsummatio sequeret: ⁊ minus de p̄sumpta sublimioris ꝓfessionis difficultate periculū. Meliꝰ eñ est deuotū in minoribꝰ: q̄ indeuotū in maioribus ꝓmissionibꝰ inueniri. Et idcirco si q̄d elatius immo liberius fortasse ꝓtulero. q̄so vt nō iactātie vicio sed edificationis vr̄e depromptū studio cēseatis: qr vobis tā studiose querentibus: nihil de veritate existimo subtrahendū. Arbitror eñ instructionis vobis aliq̄d posse cōferri si paulisper hūilitate seposita simpliciter omnē ꝓpositi mei patefecero veritatē. Cōfido eñ qr nec apud vos de libertate dictoꝝ cenodoxie notā: neq; apud cōscientiā meā de suppressione veritatis quiddam mendacij crimen incurram.

¶ De virtute predicti senis qua in anachoretica exercuit disciplina. Capitulum.iiij.

Hiere.17. Iq̄s igit secretis eremi delectatus obliuioni tradere potuit hūana consortia: ac ꝑm hieremiā dicere. Et diē hoīs nō desideraui: tu scis: ego quoq; id dño suā gr̄am largiente vel assecutum vel certe assequi annisum fuisse me fateor. Itaq; pio dñi nr̄i munere memini me in huiusmōi raptū frequēter excessum: vt obliuiscerer me sarcīa corꝑee fragilitatis indutū: mētēq; meā ita oēs exteriores sensus subito respuisse: ⁊ a cunctis materialibꝰ rebꝰ oīmodis exulasse: vt neq; oculi neq; aures mee ꝓprio fungerent officio: ⁊ ita diuinis meditationibus ac spiritalibus theorijs animus replebat: vt sepe ad vesperā cibū me ꝑcepisse nescirē: ac sequēti die de hesterna absolutione ieiunij penitus dubitarē. Ob quā etiā causam septē dierū cibus: hoc est septem paximaciorum paria sequestratim in ꝓcherio.i. ad ma-

nuensem sportā die sabbati reponunt: vt refectio ꝑtermissa non lateat. Qua cōsuetudine illius quoq; obliuionis error excludit vt expletū hebdomade cursum: ac solēnitatē diei ipsius reuolutā: finitus panū indicet numerus: festiuitasq; diei sacre ⁊ cōgregationis solēnitas solitariū latere nō possit. Qd si etiā hūc ordinē ille quē ꝑdiximus mētis excessus forte turbauerit: nihilominus quotidiani operis modus: dierū numerū signās: arcet errorē. Et vt ceteras eremi virtutes silentio ꝑtermittā: nō eñ est nobis de earꝝ nūerositate ac multitudine: sed de solitudinis ac cenobij fine tractādū: causas potius ob quas illā deserere maluerim: quas etiā vos agnoscere voluistis: breuiter explicabo: oēsq; illos quos enūerauī solitudinis fructus quibus ediuerso sublimioribꝰ meritis duxerī postponēdos: breui oratione ꝑstringā.

¶ De cōmodis eremi. Capitulum.v.

Quādiu igit raritas eorū q̄ in eremo tunc tꝑis morabant libertatē nobis largiēdo diffusiore solitudinis vastitate blandita est: q̄diu maioribus remoti secretis frequentissime ad celestes illos rapiebamur excessus: nec tāta visitantium fratrū irruēs multitudo: parāda hūanitatis necessitate: sensus nostros ingentiū curarū distentionibus aggrauabat solitudinis plane tranquilla secreta: ⁊ illā cōuersationē angelice beatitudini cōparādā. insatiabili desiderio ac toto animi ardore sectatus sum. Sed cū maior vt dixi numerus fratrū: habitationē illius solitudinis cepisset expetere: ⁊ coāgustata vastioris eremi libertate: nō mō ignē illū diuine cōtemplationis frigescere fecisset: sz etiā multimodis mentē carnaliū rerū vinculis impediret: elegi huius discipline vtcūq; implere propositū: q̄ in illa tam sublimi ꝓfessione carnaliū necessitatū ꝓuisione torpere: vt si mihi illa libertas ac spiritales denegant excessus: abiecta tñ crastina dei penitus sollicitudine: euāgelici me ꝑcepti cōsummatio cōsolet ⁊ id qd mihi de illa theorica sublimitate subtrahit: hac obediētie subiectiōe recōpenset. Miserū nāq; est cuiuslibet artis ac studij disciplinā quēpiā profiteri: ⁊ ad ꝑfectionē eiꝰ minime ꝑuenire.

¶ De vtilitate cenobij. Capitulum.vj.

Quamobrē q̄tis nunc in hac cōuersatiōe ꝑfruar cōmodis breuiter explicabo vos vtrū illa solitudinis lucra his beneficijs valeant cōpensari: digesta narratione ꝑpendite ꝑ quā etiam hoc probare possibile est: vtrū fastidio an desiderio illius solitarie puritatis his maluerim cenobij angustijs coartari. In hac igit cōuersatione diurni opis nulla ꝓuisio est: vēditionis vel coemptionis nulla distētio: nō animi panis ineuitabilis cura: nō sollicitudo corꝑaliū rerū: q̄ nō tm̄ proprijs: verū etiā multoꝝ adueniētiū vsibus necessaria ꝑparant postremo nulla arrogantia laudis hūane q̄ immūdior his oībus in cōspectu dei: etiā magnos eremi labores frequēter euacuat. Verum vt in

illa anachoretica disciplina illos elationū spiritaliū fluct⁹ ⁊ exi
tiabilis cenodoxie ꝑicula ꝑtereā: ad hoc generale cūctoꝝ pōd⁹.i.
cōmunē ꝑandi: vict⁹ sollicitudinē reuertamur: q̄ eo vsq̄ mensurā
nō dico illi⁹ antiq̄ districtionis excessit: q̄ vsuz olei penit⁹ nescie
bat: sz ne hac q̄dem nr̄i tp̄is remissione cepit esse contenta: in q̄
vno olei sextario itidēq̄ lēticule modio aduenientiū vsib⁹ ꝑpa-
to: toti⁹ annue refectiōis explebant̄ officia: ita vt duplicato nūc
ac triplicato modio: necessitas victualis vix q̄at expediri. Et
intm̄ apud nōnullos vis noxie huius remissionis increuit: vt
aceto amurcaq̄ ꝑmixtis: nō illā vnam olei admisceant guttam
quā predecessores nostri: q̄ eremi instituta maiore abstinētie vir
tute sectati sunt: repellēde tm̄ cenodoxie gratia instillare consue
uerāt: sed infringentes egyptiacū ꝑ salibus caseuz: plus olei q̄
necesse est suꝑfundāt: ⁊ ita duos cibos ꝓpria suauitate distin-
ctos: qui singillatim diuersoq̄ tp̄e monachum reficere iocūdissi
me poterāt: sub vnius saporis oblectatione ꝑcipiāt. Intm̄ sane
αλχη̃ hec alkekresis.i.materialiū rerū possessio supercreuit: vt sagum
χρῆσιο q̄z quod absq̄ verecūdia referre non possum: sub obtētu huma-
nitatis ac susceptionis huius anachorete in suis habere cellu-
lis ceperint: vt illa ꝑtermittā: quibus attonita aīa: ac spiritali-
bus theoriis semꝑ intēta: ꝑcialius ingrauat̄: cōcursus: scz fra
trum: susceptionis quoq̄ ac deductionis officia: mutuas visita
tiones diuersarūq̄ cōfabulationū atq̄ occupationū intermina
bilē curā: q̄rū etiā illo tp̄e quo hec vident̄ impedimēta cessare:
tamē animū cōsuetudinarie inquietudinis assiduitate suspēsuz
expectatio ipsa distēdit. Atq̄ ita fit vt anachoreseos illa liber-
tas huiuscemodi nexibus impedita: ad illam cordis ineffabilē
alacritatē ꝑpedito non ꝑueniat ascensu: ac fructū eremitice ꝓfes
sionis amittat. Qui si mihi in cōgregatione nunc atq̄ in turbis
sito fuerit denegatus: saltē q̄es aīe cordisq̄ tranquillitas: omni
bus occupationib⁹ absoluta nō deerit. Que nisi illis quoq̄ qui
in solitudine cōmorant̄ ꝑsto fuerit: labores q̄dē anachoreseos
sustinebūt: fructu vero ipsius fraudabunt̄: qui nō nisi q̄eta mē-
tis stabilitate cōquiritur. Postremo etiam si mihi in cenobio cō
stituto ab illa puritate cordis aliquid fuerit imminutū: ero soli
us euāgelici ꝑcepti cōpensatione contētus: quod certum est om
nibus illis eremi fructibus nō posse postponi: vt scilicet de cra
stino nihil cogitem: ⁊ vsq̄ ad finem subiectus abbati: illū aliq̄-
Phil.2. ten⁹ videar emulari de quo dicit̄. Hūiliauit semetipsum factus
obediēs vsq̄ ad mortem: merearq̄ illius verbum humiliter di
Job.6. cere. Quia non veni facere voluntatem meam: sed voluntatem
eius qui misit me patris.

¶ Interrogatio de cenobij vel solitudinis fructu. Capitulum.vij.

g Ermanus. Quia te vtriusq; ꝓfessionis non quemadmodū multos principia tantūmō cōtigisse: sed ipsa fastigia conscendisse manifestū est: qui snā cenobite quis eremite sit finis optam⁹: agnoscere. Nulli uāq; dubium est neminem de his vel fidelius posse vel plenius disputare: q̄ illū qui vtramq; ꝑfectionem longo vsu ⁊ magistra experientia consecutus: meritum earū ac finē veridica potest insinuare doctrina.

¶ Respōsio sup̄ interrogatiōe ꝓposita Capitu. viij.

i Oannes. Unū eundēq; hominem in vtraq; professione ꝑfectū esse non posse: absolute ꝓnunciare potuissem: nisi me paucorum admodū retardaret exemplū. Magnū siquidē est in q̄libet eaꝝ cōsummatū quempiā reperiri: q̄to magis ad plenū vtrāq; ꝑficere: arduū ac pene: vt ita dixerim: homini impossibile esse ꝑspicuum est. Quod tamen siquando ꝓuenerit: nō statim ad generalem formulam referri potest. Non enim aperte minima. i. de consideratiōe paucorū sed de his que multorū: immo omniū subiacent facultati: vniuersalis est regula ꝓponenda. Si q̄ vero rarissime atq; a paucissimis obtinent̄: ac possibilitatē cōmunis virtutis excedunt: velut supra cōditionē humane fragilitatis naturāq; concessa: a p̄ceptis sunt generalibus sequestranda: nec tam ꝓ exēplo q̄ pro miraculo referenda. Quamobrem id qd̄ inquiritis ꝟm mediocritatez sensus mei breuiter intimabo. Finis quidem cenobite est: omnes suas mortificare ⁊ crucifigere volūtates: ac ꝟz euangelice ꝑfectionis salutare mandatum nihil de crastino cogitare. Quā ꝑfectionē ꝓrsus a nemine nisi a cenobita impleri posse: certissimū est. Quem virū Esaias propheta describēs: ita beatificat atq; collaudat. Si auerteris a sabbato pedem tuū: facere voluntatē tuam: in die sancto meo: ⁊ glorificaueris eū dum non facis vias tuas: ⁊ non inuenitur voluntas tua vt loquaris sermonē tunc delectaberis super dominū: ⁊ sustollam te super altitudinē terre ⁊ cibabo te hereditate iacob p̄ris tui. Os em̄ domini locutum est. Eremite vero perfectio est: exutam mentem a cunctis habere terrenis eāq; quātū hūana imbecillitas sinit vnire cū christo. Quē virum hieremias ꝓpheta describens. Beatus inquit vir q̄ tulit iugū ab adolescentia sua sedebit: solitarius ⁊ tacebit: quia leuauit se sup̄ se. Psalmista quoq;. Similis factus sum pellicano solitudinis. Uigilaui ⁊ factus sum sicut passer solitarius in tecto. Ad hunc igit̄ finem quem vniuscuiusq; professionis esse prediximꝰ nisi eoꝝ vterq; peruenerit: frustra ⁊ ille cenobij ⁊ iste anachore seos expetit disciplinā. Neuter em̄ ꝟtutē sue ꝓfessionis īplenit.

mat. 6.
Esa. 58.
Threñ. 3.
Ps̄. 101.

¶ De cōsummata ac vera ꝑfectione. Capitulum. ix.

s Ed hec meeretike. i. nō integra ⁊ in omnib⁹ cōsummata perfectio: sz ꝑs ꝑfectionis est. Rara est ergo ⁊ paucissimis dono dei concessa perfectio. Is etenim vere ⁊ non

μετ̄ήρι
τι χη

ἀχτη μοσι ηλη

erpte pfect⁹ est: qui t in eremo squalore solitudinis: t in cenobio infirmitates fratrum equali magnanimitate sustentat. Et ideo in vtraq; pfessione per omnia cōsummatū inueniri difficile est: quia nec anachoreta alt⁹ remosinen. i. contēptū ac priuationem materialiū rerū: nec cenobita theorica ad integrū pōt asse qui puritatē: licet vtraq; pfecte abbatem moysen atq; patriarchā duosq; macharios nouerim possedisse. Qui ita erant in vtraq; pfessione pfecti: vt cum vltra omnes eremi accolas secedentis insatiabiliter secreto solitudinis pascerent: q̄tumcūq; in ipis erat nequaq; inquirerent būana cōsortia: tū ita frequentiā ac fragilitates ad se concurrentium sustinebāt: vt cū ad eos visitationis vel profectus gratia innumera fratrū multitudo cōflueret: tam ingē pene susceptionis inquietudinē immobili patientia tolerātes: nihil aliud vel didicisse vel exercuisse omni vite sue tempore crederent: q̄ vt cōmunibus tantū adnementium officijs deseruirēt: ita vt apud cunctos esset ambiguum: in qua potissimū professione eozū dē maior esset industria. i. vtrū in illa eremitica puritate: an in ista conuersatione cōmuni: magnanimitas eozū mirabilius aptaretur.

De his qui impfecti eremū petunt. Capitulum. x.

Dolent aūt nōnulli ita diuturno filētio solitudinis effera ri: vt prorsus hominū consortia perhorrescant: t cuz vel paululum a secreti sui cōsuetudine: interueniente fratrū visitatione decesserint: notabili mentis angore t euidētib⁹ pusillanimitatis inducijs estuare. Qō vel maxime his euenire consueuit: q̄ non perfecte in cenobijs instituti: nec excoctis priorib⁹ vitijs: ad solitariā se vitā immaturo desiderio transtulerunt. Qui in vtraq; prem imperfecti semp ac fragiles: quoruncq; aura cōmotionis impulerit: inclinant. Nam quēadmodū cōsortio vel interpellatione fratrū impatienter exestuant ita in solitudine cōfligētes eis ipius qō expetunt filētij non ferunt vastitatem: q̄ppe q̄ ne ipsam quidem rationem nouerunt: cuius causa desiderari vel expeti debeat solitudo: sed banc esse virtutis ac professionis huius existimant summā: vt fratrū cōsortia declinantes: humanos tantummodo refugiant ac detestentur aspectus.

Interrogatio de remedio eozum qui cito de cenobijs discedunt. Capitulum. xj.

Ermanus. Quo ergo vel nobis vel ceteris qui einsdem fragilitatis ac mensure sunt remedio poterit subueniri: qui in cenobialibus disciplinis tenuiter instituti: ante expulsionē omniū vitioz̄ habitationem solitudinis cepim⁹ affectare: vel quo pacto imperturbate mentis constātiam: t immo

bilem patientie poterim⁹ apprehendere firmitatē: q̄ ipsas quo dāmodo scholas ⁊ exercitationis huius palestrā: in qua ad plenum erudiri ac perfici principia nr̄a debuerāt intempestiue intermissa cenobij ꝯgregatiōe derelinquim⁹. Qualiter ergo nūc solitarie cōmorātes: ꝑfectionē lōganimitatis ac patiētie conseqūmur: vel quēadmodū has sibi ineē vel deesse ꝟtutes exploratrix internoꝝ motuū consciētia deprehendet: ne forte quia ab hominū consortio segregati: nullis eorundē irritationib⁹ ꝓuocamur falsa estimatione decepti: trāquillitatem mentis nos immobilem possidere credamus.

¶ Responsio quomodo solitari⁹ vitia sua possit agnoscere. Capitulum. xij.

Ioannes. In veritate querētibus medicinā: remedia curationū ab illo verissimo aīarum medico deesse non possunt: his presertim q̄ valitudines suas: non desperando aut negligēdo contempserint: nec vulnerum suoꝝ pericula celauerint: aut medelā penitentie procaci mente respuerint: sz ꝑ lāguoribus ignorantia vel errore vel necessitate contractis: humili tandē cautela ad celestem medicū mente confugerint. Ideoq̄ nosse debemus: ꝙ si ad solitudinē vel ad abdita loca nondū curatis vitijs secedam⁹: effectus eorum tantummō reprimat̄: nō extinguat̄ affect⁹. Latitat eñ intra nos: immo etiā serpit radix omniū q̄ extirpata non fuerint peccatoꝝ: quam adhuc in nobis viuere his deprehendimus indicijs. Verbi gratia. Cum in solitudine constituti: aduentū fratrū vel breuissimā eoꝝ morā cum quadam estuantis animi anxietate suscipimus: inesse adhuc in nobis viuacissimum impatientie fomitē nouerimus. Cum vero cuiusq̄ fratris speramus aduentum: si eo ꝑ necessitate aliqua paululum forsitan demorante vel tacita indignatione iam eius culpauerimus tarditatē ⁊ mentē nostrā immodice expectatiōis sollicitudo turbauerit: ire atq̄ tristitie manifeste in nobis vitia residere cōscientie nostre ꝓbauit examen. Item si fratre vel codicem ad legendū vel quālibet aliam ad vtendū speciē postulāte: aut nos illi⁹ petitio cōtristauerit: aut illum negatio nostra repulerit: dubiū nō est nos adhuc auaritie seu philargyrie laq̄is compediri. Quod si recordationem femine nobis vel cogitatio subita vel sacre series lectionis attulerit: ⁊ in ea quadā nos senserimus titillatione pulsatos: sciamus necdū extinctū in mēbris nostris fornicationis ardorē. Si vero de cōparatiōe districtionis nr̄e ⁊ remissionis aliene: vel tenuissima mētē nr̄am tēptarit elatio: certum est dira nos superbie peste corruptos. Cū hec ergo in corde nostro deprehēderim⁹ vitioꝝ indicia: manifeste cognoscam⁹ nobis nō affectū sz effectū deesse pcti. Que vtiq̄ passiones si nos q̄nq̄ cōuersationi miscuerim⁹ hūane: ꝓtinus de cauernis nostroꝝ sensuū ꝓcedentes probant se non tunc primum

cū eruperint nasci: sed tunc demū quia diu latuerint publicari: Et ita vniuscuiusq; vitij radices inesse defixas sibi certis indicijs etiam solitarius deprehēdit: quisq; puritatē suā nō hominibus ostentare: sed illius cōspectui inuiolatā studuerit exhibere: quem latere omnia cordis arcana non possunt.

¶ Interrogatio quomodo sanari possit qui non expurgatis vitijs solitudinē ingressus sit. Capi.xiij.

Germanus. Argumēta quibus infirmitatū indicia colligant: ⁊ rationē discernendarū egritudinū: id est quo pacto vitia q̄ cellant in nobis valeāt deprehendi: lucide satis aperteq; percepimus. Offia siquidem quotidiana experientia ac diuturnis nostraꝝ motibus cogitationuꝫ ita vt dicta sunt intuemur. Superest igit vt quēadmodū ꝓbationes causeq; morboꝝ euidentissima nobis rōne patefacte sunt: ita etiā curationum medela monstret. Nulli namq; dubiū est illū posse rectissime de remedijs malarum valitudinū disputare qui earum prius causas atq; origines egrotantiū conscientia attestante deprehenderit. Itaq; licet doctrina beatitudinis tue vulnerū nostrorum arcana nudauerit: quo fit vt sperare aliquid etiam de remedijs audeamus: quia tam euidens declaratio morbi spem remedij pollicetur: tamen quia primum vt ais in congregationibus initium salutis acquiritur: ⁊ sani in solitudine esse non possunt: nisi quos prius cenobiorum medicina sanauerit: perniciosa rursum desperatione concidimus: ne forte qui imperfecti cenobiū reliquimus: nequaq̄ iam ꝑfecti esse in eremo valeamus.

¶ Responsio super eorum medicina. Capi.xiiij.

Joannes. De morborū suorum curatione sollicitis: remedium salutare deesse non poterit: ⁊ idcirco eodē modo quo vniuscuiusq; vitij deprehendunt indicia: etiam remedia sunt querenda. Nā quemadmodū solitarijs humane cōuersationis vitia diximus nō deesse: ita virtutum studia ⁊ instrumenta sanitatū: omnibus etiā ab humana cōuersatione discretis posse suppetere non negamus. Cum se igitur impatientie siue ire perturbationibus incursari: illis que supra ostendimus indicijs vnusquisq; deprehenderit: cōtrarijs semetipsum semper obiectionibus exerceat: ⁊ propositis sibi multimodis iniuriarū dispendiorūq; generibus velut ab alio sibimet irrogatis: assuefaciat mentē suam omnibus que inferre improbitas potest: perfecta humilitate succumbere: atq; aspera sibi queq; ⁊ intolerabilia frequenter opponens: q̄ta eis cōcurrere debeat lenitate omni iugiter cordis contritione meditet. Et ita respiciēs ad illas sanctorū ominiū siue ipsius dn̄i passiones: vniuersa nō solum conuitiorū sed etiam penarum genera: inferiora meritis suis esse ꝓnuncians: ad omnē se dolorū tolerantiā preparabit. Cunq; aliquando ad cetus fratrum aliqua fuerit inuitatione re

uocatus: quod non potest vel raro etiam districtissimis eremi accolis non prouenire: si mentem suam etiam pro lenibus quibusq; rebus deprehenderit tacite fuisse commotam: vt quidam occultorum motuum severissimus censor: mox sibi illa durissima iniuriarum genera quibus ad perfectam tolerantiā semetipsum quotidianis meditationibus exercebat: exprobret: atq; ita se obiurgans ⁊ increpans alloquat. Tu ne ille es bone vir: qui dum te in illa solitudinis tue exerceres palestra: omnia superaturum mala constantissime presumebas: qui undū cū tibi non solū summas contitorum acerbitates: verumetiā intolerā dā supplicia ipse pponeres: satis validum atq; ad oēs pcellas immobilē te credebas. Quō invicta illa patientia tua: lenissimi verbi plusione confossa est? Quō domū tuā super illā solidissimā petrā tanta vt tibi videbatur mole constructam: leuis aura cōmouit? Ubi est illud qō inani fiducia bellū in pace desideras pclamabas? Paratus sum ⁊ nō sum turbatus vt custodiā mandata tua. Et cū ppheta sepe dixisti. Proba me dñe ⁊ tempta me vre renes meos ⁊ cor meū. Et. Proba me dñe ⁊ scito cor meum. interroga me ⁊ cognosce semitas meas: ⁊ vide si via iniquitatis in me est? Quomodo ingentem certaminis apparatū exigua bestis ymbra cōterruit? Tali ergo semetipsum cōpunctionis animadversione cōdemnās: multā animi sui cōmotiunculā esse nō sinat: sed artioze carnē suā ieiunij ac vigiliarū cozreptione castigās: ac ingib⁹ cōtinēcie penis culpā sue mobilitatis excruciās: id qō ad plenū excoquere in cenobij cōuersatione debuerat: in solitudine cōstitutus hoc exercitatiōis igne cōsumat. Illud sane ad obtinendā ingē ac stabilē patiētiā cōstāter atq; immobilr est tenendū, nō licere nobis quibus lege dimna nō solū vitio iniuriarū sed etiā memoria pbibef: cuiuslibet detrimēti vel irritationis obtētu ad iracūdiā cōmoueri. Qō effi animę grauius pōt euenire dispēdiū: cp vt per cōmotionis subitā cecitatē veri atq; eterni luminis claritate pnata: ab illius q̄ mitis ⁊ hūilis est coz de cōtemplatiōe discedat? Quid ergo pniciosius: qdve dekozmi⁹ cp vt qs honestatis iudiciū ⁊ regulā ac disciplinā recte discretionis amittat: ⁊ ea sanus ac sobrius perpetret: q̄ nec temulentus quidē quis ac sensu indigēs veniabilr admisisset? Hec ergo⁊ his similia detrimēta quisq; perpenderit: nō solū vniuersa dānozū genera: sz etiā iniuriarū atq; penarū quecūq; possunt a crudelissimis irrogari: facili sustētatiōe despiciet: nihil dispēdiosius iracūdia: nec pciosius animi trāquillitate: ac ppetua cordis sui indicās puritate. Ob quā nō solū carnalū sed ēt illarū q̄ spiritales videnf rerū spernēda sunt cōmoda: si alias acquiri vel pfici nisi cū huius tranquillitatis perturbatione non possunt.

¶ Interrogatio an ita castitas sicut ⁊ cetere passiones debeant explorari. Capitulū. xv.

Ps. 118. Ps. 25. Ps. 138.

Ermanus. Sicut ceterorum vulnerū: id est: ire: tristi-
s cie: impatientie: per obiectionē cōtrariarū rerū medela
monstrata est: ita etiā cōtra spiritū fornicationis qđ cu-
rationis genus nos oporteat adhibere: volumus edoceri id est
vtrum etiā concupiscētie ignis ꝓpositis sicut illic maioribus ir
ritationū augmētis possit extingui: qđ satis castitati credimus
esse cōtrariū: si nō solum exaggerent in nobis libidinis incētiua
sed vel pretereunte mentis oculo perstringentur.

¶ Responsio quib⁹ documētis possit agnosci. C.xvj.

Oannes. Questionē que etiā tacētibus vobis narratio
i nē nostrā fuerat secutura: sagax interrogatio vestra ꝑue
nit: ⁊ idcirco efficaciter eaꝫ sensibus vestris cōcipiendā
esse nō ambigo: quando quidem institutionem nostram acumen
vestri precessit ingenij. Sine labore eñ cuiuslibet questiōis di-
lucidatur obscuritas: cum absolutionē eius anticipans inqui-
sitio: quo ducenda est antecedit. Itaqꝫ remedijs quidem illoruꝫ
que supra diximus vitiorū: nō solum nihil officiunt: verū etiam
multum cōferunt humana cōsortia. Nam frequentia impatiētie
sue crebrius patefacta: quāto magis assiduū superatis dolorem
cōpunctionis intulerint: tanto velociorem laborantibus confe
runt sanitatē. Ob quod etiam in solitudine consistentes: cum ir
ritationum fomes atqꝫ materia ab hominibus nō possit exurge
re: tū earundē incitamēta debemus etiā ex industria retractare:
vt aduersus ea iugi cogitationū colluctatiōe pugnātibus nobis
medela promptior cōferatur. Cōtra fornicationis vero spiritū
diuersa ratio ⁊ dispar est causa. Nā quēadmodū corpori vsus li
bidinis carnisqꝫ vicinitas: ita etiā menti memoria eius est peni
tus subtrahēda. Satis eñ perniciosuꝫ est adhuc infirmis egris
qꝫ pectorib⁹ vel tenuissimā recordationē huius passiōis admit-
tere: ita vt nōnunqꝫ eis etiā sub recordatione sanctarū feminarū
velut sub sacre lectionis historia: noxie titillationis stimulus
excitet. Cuius causa seniores nostri huiuscemodi lectiones sub
presentia iuniorū solent consultissime preterire. Sane perfectis
simis quibusqꝫ ⁊ summo iam affectu castimonie cōsummatis:
ꝓbationes quibus examinare se valeāt: deesse non possunt: qui
bus perfectissima cordis integritas incorrupto cōscientie iudi-
cio cōprobat. Erit ergo consummatissimo viro similis his que
supradicta sunt etiā super hac passione probatio sui: scꝫ vt qui
se radices morbi huius penitus iā extirpasse cognouerit: explo
rande si volet gratia castitatis: interdū etiā aliquā exploratricez
sui imaginationē possit admittere. Ceterū ab his q̄ adhuc min⁹
firmi atqꝫ perfecti sunt: hanc examinationē nullatenus conue-
nit vsurpari: vt coniunctionē femineā: ⁊ palpationē quodam-
modo teneram atqꝫ mollē: corde pertractēt: erit eñ eis magis
noxia qꝫ salubris. Quod eñ experimentū huiuscemodi homini-

bus pōt in hac ratione suppetere: vbi ꝛ in experimēto ipsum est qō vitaf: ꝛ in ipsa explorazione discrimen. Cum ergo perfectissima quis virtute fundatus: ad illecebrā blandientiū cogitatiōnū: nullā mētis assensum: nullā carnis cōmotionē in se deprehēderit excitari: certissima puritatis sue capiet documēta: ita vt ad hāc se firmitatem puritatis exercens: castitatis atq; incorruptionis bonum: non solum mente possideat: sed etiam si corporalem femine attactum causa cuiuscunq; vt solet: necessitatis attulerit: penitus sensum passionis ignoret. Hoc abbas Iohannes cum boze none refectionem imminere sensisset: collationē fine concluſit.

¶ Explicit collatio abbatis Joannis de fine cenobite ꝛ eremite.

¶ Incipit annotatio capitulorū collationis abbatis pynufij de penitentie fine ꝛ sanctificationis indicio.

Ca. j. De abbatis pynufij humilitate: ꝛ eiusdē latebza.
ij De aduentu nostro ad abbatem pynufium.
iij Interrogatio de penitentie fine ꝛ satisfactionis indicio.
iiij Responsio de humilitate interrogationis nostre.
v De modo penitētie ꝛ indulgentie documento.
vj Interrogatio an reminiscenda sint pro cordis compunctione peccata.
vij Responsio quonusq; anteriorū actuū recordatio fit habēda.
viij De diuersis penitentie fructibus.
ix Quod vtilis sit profectus oblitio peccati: ꝛ ꝙ flagitiorum recordatio fit vitanda.
x De satisfactionis indicio: ꝛ oblitione preteritorum criminum.
xj In quo tempozaliter fit agenda penitudo: ꝛ in quo finem habere possit.

¶ Explicit annotatio capi.

¶ Incipit collatio habita cū abbate pynufio de penitentie fine: ꝛ satisfactionis indicio.

¶ De abbatis pynufij humilitate ꝛ eiusdem latebza. Capitulum. j.

DReclari ac singularis viri abbatis pynufij de fine penitētie pcepta dicturus: magnā materie partē mihi video: amputare si humilitatis eiꝰ laudē: quā in quarto institutionū libroꝝ est sup institutendis renunciātibus titulatꝰ breui sermone perstrinxeram: lectoris fastidio cōsulens: hic filētio pretermittā: cū presertim multi illius opusculi noticiā non habētes: in hāc possint incurrere lectionē. Et ois

dictoꝝ vacillet auctoritas: si dicētis meritū subtrahatur. Hic si
quidē cū haud longe a panephisi egyptia (vt illic dictū est) ciui-
tate: abbas ⁊ presbyter ingenti cenobio presideret: tātūq; eum
in omni illa ꝓuincia virtutū suaꝝ atq; signoꝝ gloria sublimas-
set: vt sibi iā videret retributione laudis hūane laboꝝ suoꝝ rece
pisse mercedē: timēs ne sibi specialiter inuisa popularis fauo-
ris inanitas: fructū premij vacuaret eterni: occulte monasteriū
suū fugiēs: ad intima thabennensiū monachoꝝ secreta cōtēdit:
vbi nō eremi solitudinē: nō singularis vite vbertatē: quā etiam
imꝑfecti quiq; laborē obediētie in cenobijs non ferētes: suꝑba
nōnunq̄ presumptione fectant: sed celeberrimo ꝑelegit mona-
sterio subiugari. Ubi tū ne vllo habit⁹ sui ꝓderet indicio: indu
tus veste seculari: multis vt illic moris est dieb⁹ lachrymās ꝓ
foribus excubauit: atq; ad oīm genua prouolut⁹: post eoꝝ diu-
turna fastidia q̄ ad explorādū ei⁹ desideriū in vltima eū iā etate
velut panis egestate cōpulsum: nō sincere illi⁹ propositi sancti-
tatē expetisse dicebāt: tādē vt susciperet obtinuit. Ubi adolescē
ti cuidā fratri q̄ hortū susceperat excolēdū in adminiculū depu
tatus: cū nō solū oīa q̄ idē prepositus imperasset: vel q̄ iniuncti
opis cura poscebat: cū admiratione tā sancte hūilitatis imple-
ret: verūetiā quedā necessaria opa: q̄ propter horrorē sui a cete-
ris vitabāt: ita furtiuo ꝑ noctē labore ꝑficeret: vt diluculo oīs
illa cōgregatio tā vtiliū opeꝝ admirās ignoraret auctorē. Cūq;
ita triēniū ferme illic gaudēs desideratis tā iniuriose subiectio-
nis laborib⁹ exegisset: accidit vt q̄dā frater eidē cognit⁹ ex illis
vñ ille discesserat egypti ꝑtibus adueniret. Qui cū indumētoꝝ
eius atq; officij vilitate promptissime agnitionis facilitatē diu
hesitās cohiberet: post explorationē manifestissimā: ad eius ge-
nua ꝓuolut⁹: primū stuporē fratrib⁹ cūctis: dehinc ꝓdito etiā
noīe: qd̄ apud illos q̄ꝫ precipue sanctitatis fama vulgauerat: ēt
dolorē cōpūctionis incussit: ꝙ scz tāti meriti ac sacerdotij virū:
tā iniuriosis opib⁹ deputassent. Sed postq̄ flēs vbertim: ⁊ dia
bolice inuidie q̄si grauē ꝓditionis sue imputās casum: ad mo-
nasteriū suū honorifica frūm custodia ambiēte ꝑduct⁹ ē: exiguo
illic tꝑe demorat⁹: rursus offensus est ipis honoris sui ac pri-
mat⁹ obsequijs: ac furti ascēdēs nauē: ad palestinā syrie ꝓuin
ciā trāsmeauit: vbi velut icipiēs atq; nouiti⁹ in illo in quo nos
degebam⁹ monasterij recept⁹ habitaculo: in nr̄a cellula ab ab-
bate precept⁹ est cōmanere. Sed ne illic quidē diu virtutes ei⁹
ac merita latere potuerūt. Nā sil̄i ꝓditione detect⁹: atq; ad mo-
nasterium suū cum ingenti honorificentia ac laude reuocatus:
tandem quod erat esse compulsus est.

¶ De aduentu nr̄o ad abbatē pynufiū. Capitulū.ij.

Cum igitur post non longū tēp⁹ nos q̄ꝫ egyptū petere san-
cte institutionis desideriū compulisset: summo eū affectu

ac desiderio ꝑquirētes: tanta eius sumus gratia atq; hūanitate suscepti: vt nos tanq̄ pristinos sincellitas ēt cellule sue quā in extrema horti parte ꝯstruxerat honoraret hospitio. Ubi cū satis ardua atq; precelsa: cuidā fratri monasterij regulā subeūti: corā oībus in synaxi fratrib⁹ p̄cepta tradidisset: q̄ in quarto vt p̄diximus institutionū libro quāta potui breuitate cōplex⁹ sum: tā incōprehēsibilia nobis tāq; mirifica vere abrenūciationis culmina videbant̄: vt nullomō illuc hūilitatez nr̄am crederemus posse cōcedere. Igit̄ desperatione deiecti: ⁊ ip̄o etiā vultu intimam cogitationū amaritudinē nō celātes ad btm̄ senē satis anxia mente recurrimus. Cui protinus causam tāte mestitudinis inquirenti: abbas germanus grauiter ingemiscens: ita rn̄dit.

¶ Interrogatio de penitentie fine ⁊ satisfactionis indicio. Capitulum. iij.

German⁹. Quāto magnificētior atq; sublimior incognite nobis sermo doctrine: iter arduū p̄celsissime renunciationis apuit: ⁊ q̄si remota oculoꝝ nr̄oꝝ caligine conditū celo culmē ei⁹ on̄dit: tāto maiore desp̄ationis mole deprimimur. Immēsitatē si quidē ei⁹ cū exiguitate viriū nr̄aꝝ metiētes: ⁊ nimiā abiectionē ignauie nr̄e: cū infinita virtutis on̄se celsitudine cōferētes: paruitatē nr̄am nō solū ad illa nō posse ꝓficere: verūetiā ab eo qd̄ est deteri⁹ deficere posse sentim⁹. Nā ponderib⁹ nimie desperationis opp̄ssi: q̄dāmō de infimis ad inferiora ꝓlabimur. Unū proinde ac singulare p̄sidiū: medelā nr̄is pōt conferre vulneribus: vt de fine penitentie ⁊ maxime de satisfactionis indicio aliqua discamus: vt certi de remissione precedentiū delictorum: possimus etiam ad conscendenda fastigia predicte perfectionis animari.

¶ Respōsio de hūilitate interrogationis nr̄e. C. iiij.

Ynusius. Delector quidē admodū copiosis humilitatis vestre fructibus quos etiam cellule illius quondā habitatione susceptus: non incuriosa estimatione perspexi valdeq; congaudeo: qr̄ id quod a nobis omniū christianoꝝ infimis sola forsitan verboruz libertate precipitur: tanta admiratione suscipitis: vt cū ea (si non fallor) haud segni⁹ q̄ a nobis dicta sunt impleatis. Cunq; sicut memini labore operis vestri pene dictoꝝ nostroꝝ exequetur industria: ita merituz vestre virtutis occulitis tanq̄ si nulla ad vos eoꝝ que quotidie exercetis aura peruenerit. Sed quia idipsum summa laude dignissimum est: q̄ velut adhuc rudes incognita vobis esse ista sanctorum instituta testamini: id quod a nobis sedulo postulatis: breuiter vt possumus complectemur. Necesse est enim vt vltra possibilitatē nostrā atq; virtutem: antique familiaritatis vestre pareamus imperio. Itaq; de penitētie exhortatione vl' merito: multi

non solum dictis verumetiam scriptis plurima vulgauerunt: monstrantes quāta eius vtilitas: quāta virtus: quātaq; sit gratia: ita vt deo preteritis facinoribꝰ offenso: tāq; iustissimā penā pro tātis criminibꝰ inferēti (si dici fas est) quodāmō obsistat: ⁊ quasi inuiti: vt ita dixerim: dexterā suspēdat vltoris. Verū hec oīa vobis vel ꝑ sapīa supnaturali: vel ꝑ indefesso sacraꝝ studio litteraꝝ ita cognita esse nō ambigo: vt de his prima plantatio vr̄e cōuersationis inoleuerit. Deniq; nō de pnīe qualitate: sz de eius fine ac satisfactionis indicio solliciti: id qd̄ ab alijs preter missum est sagacissima interrogatione disquiritis. Quapropter oī breuitate atq; compendio: propositionis vestre desiderio satisfacere nitimur.

¶ De mō penitētie ⁊ indulgētie documēto. Cap̄.v.

Penitentie plena ⁊ ꝑfecta diffinitio est: vt pctā pro quibꝰ penitudinē gerimus: vel quibus nr̄a conscīa remordet: nequaq̄ vlteriꝰ admittamꝰ. Indiciū vero satisfactionis ⁊ indulgētie est: affectꝰ q̄ eoꝝ de nr̄is cordibꝰ expulisse. Nouerit eñ vnusquisq; necdū se peccatis pristinis absolutū: q̄diu sibi satisfactioni ⁊ gemitibꝰ incubāti: vel illoꝝ q̄ egit vel similiū criminū ante oculos imago p̄luserit: eorūq; nō dicā oblectatio: sz vel recordatio infestauerit mētis arcana. Itaq; tūc se is q̄ ꝑ satisfactione ꝑuigilat: a criminibꝰ absolutū: ac de p̄teritis admissus veniā ꝑcepisse cognoscat: cū nequaq̄ cor suū eorūdē vitioꝝ illecebris senserit vel imaginatione ꝑstringi. Quāobrē verissimus q̄dā examinator penitētie: ⁊ iudex indulgētie in cōscīa residet nr̄a: q̄ absolutionē reatꝰ nr̄i añ cognitionis ⁊ iudicij diē: adhuc nobis in hac carne cōmorātibꝰ detegit: ⁊ finē satisfactionis ac remissionis gr̄am pādit. Et vt h̄ eadē q̄ dicta sunt significantius exprimant̄: tū demū p̄terita nobis vicioꝝ cōtagia remissa credenda sunt: cum fuerint de corde nostro presentium voluptatum desideria pariter passionesq; depulse.

¶ Interrogatio an reminiscenda sint pro cordis cōpunctione peccata. Capitulum.vj.

Ps̄.xxxj. Germanus. Et vñ nobis gigni poterit humiliationis illa sctā salutarisq; cōpūctio: q̄ ex ꝑsona penitētis ita describitur. Pctm̄ meū cōgnitū tibi feci: ⁊ iniusticiā meā non operui: dixi ꝓnūciabo aduersuz me iniusticiā meā dn̄o: vt illud quoq; quod sequitur efficaciter dicere mereamur. Et tu remisisti impietatem cordis mei: vel quēadmodum in oratione prostrati: nosmetipsos ad confessionis lachrymas valebimus excitare per quas delictorum veniā consequi mereamur: s̄m illud. Lauabo per singulas noctes lectum meuz: lachrymis meis stratum meum rigabo: si pctōrū nostroꝝ memoriaz de nostris cordibus extrudamus. Quam iubemur econtrario tenaciter custodire: dē

Ps̄.vj.

cente dño. Et iniquitatum tuarum non recordabor: tu vero me mento. Ob quā rē non solum operans: verūetiā orans ad peccatorum meoꝝ recordationē mentem meā de industria reuocare contendo: vt ad humilitatē veram ⁊ contritionē cordis efficacius inclinatus: audeam dicere cū propheta. Uide humilitatem meam ⁊ laborem meum: ⁊ dimitte omnia peccata mea.

¶ Responsio quousq; anteriorum actuū recordatio sit habenda. Capitulum. vij.

Ynnusius. Interrogatio vr̄a vt iā supra dictū est: non de penitentie qualitate: sed de eius fine proposita est: ⁊ de satisfactionis indicio: ad quā cōgrue (vt arbitror) consequēterq; rn̄sus est. Ceterū hoc qđ de pctōꝝ recordatione dixistis vtile satis ac necessariū est: sed adhuc agētibus penitētiā: vt cū iugi pectoris sui cōtusione ꝓclamēt. Qm̄ iniquitatē ego cognosco: ⁊ pctm̄ meū cōtra me est semp. Illud etiā adijciant. Et cogitabo pro pctō meo. Dū ergo agim⁹ penitentiā: ⁊ adhuc viciosorum actuū recordatione mordemur: necessariū est vt ignē cōscienr̄e obortus ex confessione culpe lachrymaꝝ imber extinguat. Cū vero cuiq̄ in hac hūilitate cordis ⁊ spūs cōtritione defixo: atq; in labore ⁊ gemitu ꝑdurāti: hoꝝ recordatio fuerit consopita: ⁊ cōsciētie spina de medullis aīe gr̄a dei miserātis euulsa: certum est. eū ad satisfactionis finē atq; indulgētie merita ꝑuenisse ⁊ ab vniuersoꝝ criminū labe purgatū. Ad quā tñ obliuionē non alias ꝑuenit̄: nisi ꝑ obliterationē vicioꝝ atq; actuū pristinorū ⁊ perfectā cordis atq; integrā puritatē: quā sine dubio nullus eoꝝ q̄ ꝑ ignauiā siue cōtēptū vicia sua purgare neglexerit: assequet̄: nisi q̄ gemitus atq; suspiria mesta iugitate cōtinuās: omnem sordiū pristinaꝝ excoxerit labem: ⁊ virtute animi atq; opere proclamauerit ad deū. Delictū meū cognitū tibi feci ⁊ iniusticiā meā nō operui. Et fuerūt mihi lachryme mee panes die ac nocte: vt cōsequēter mereat̄ audire. Quiescat vox tua a ploratu: ⁊ oculi tui a lachryimis: quia est merces operis tui ait dominus. Illud quoq; similiter ad eum voce dñi dirigat̄. Deleui vt nubē iniquitates tuas: ⁊ quasi nebulā pctā tua. Et iterum. Ego sum qui deleo iniquitates tuas propter me: ⁊ pctōrum tuorum iam nō recordabor: ⁊ ita funiculis peccatorū suorū quib⁹ vnusquisq; constringit̄ absolutus: dño cum omni gratiarum actione cantabit. Dirupisti vincula mea tibi sacrificabo hostiā laudis.

Ps. l. Ps. vj. Ps. xxxj. Ps. xlj. Hiere. xxxj Esa. xliiij. Eiusd. xliij. Ps. cxv.

¶ De diuersis penitentie fructibus. Cap. viij.

Post illam nanq; generalē baptismi gratiam: ⁊ illud preciosissimum martyrij donū quod sanguinis ablutione conqueritur: multi sunt penitentie fructus: per quos ad expiationem criminū peruenitur. Non enim tantū simplici illo penitētie noīe salus eterna repromittit̄: đ qua btūs apostolus. petrus. Penitemini inq̄t ⁊ cōuertimini vt deleant̄ pctā vr̄a. Et

Actuū. iij.

Mat.3. Joannes baptista vel ipse dñs. Penitentiam agite appropin-
quabit enim regnū celoꝝ. Sed etiā p charitatis affectū pctoꝝ mo-
les obtinet. Charitas enim opit multitudinē peccatoꝝ. Similiter et
1.Pet.4. p elemosynarū fructū vulneribus nostris medela prestat: q: si-
cut aqua extinguit ignē: ita elemosyna extinguit peccatū. Ita et
Eccli.3. p lachrymarū pfusionē cōquirit ablutio peccatoꝝ. Lauabo enim
Ps.6. p singulas noctes lectū meū: lachrimis meis stratū meū rigabo
Denicꝫ ostendit eas subtungēs nō inaniter fuisse pfusas. Dis-
cedite inquiēs a me oēs qui operamini iniquitatez: quia exaudiuit
dñs vocē fletus mei. Necnō p criminū cōfessionē eoꝝ abolitio cō
cedit. Dixi enim ait pnunciabo adversum me iniustitiā meā dño:
Ps.31. tu remisisti impietatē cordis mei. Et iterū. Narra tu iniquita-
Esa.43. tes tuas primus vt iustificeris. Per afflictionē quoq; cordis t
corporis: admissoꝝ scelerū remissio similiter obtinet. Nā vide in
Ps.118. quit humilitatē meam t laborem meū: t dimitte oia pcta mea.
Precipuecꝫ p emendationē morū. Nā auferte inquit malū cogi
Esa.1. tationū vestrarū ab oculis meis. discite agere pnerse: discite be-
nefacere: quērite iudiciū: subuenite oppresso: iudicate pupillo: de
fendite viduā: t venite t arguite me dicit dñs. Et si fuerint pec
Ibidem. cata vestra vt coccinū: velut nix dealbabunt: t si fuerint rubra
quasi vermiculus velut lana alba erunt. Interdū etiā intercessio
ne sanctoꝝ impetrat venia delictoꝝ. Qui enim scit fratrē suū pec
Jacobi.5. care peccatū nō ad mortē: petat t dabit ei vitā deus peccāti nō
ad mortē. Et iterū. Infirmatur quis ex vobis: inducat presby-
teros ecclesie t orent sup eū: vngētes eū oleo in nomine domini
Prouer.15. t oratio fidei salvabit infirmū: t alleuabit eū dñs: t si in pctis
fit dimittent ei. Nonnūq; misericordia ac fidei merito labes ex
coquit vitioꝝ: sm illud. Per misericordiā t fidem purgant pec
Jacobi.5. cata. Per cōuersionē plerūcꝫ t salutē eorum qui nostris monitis
ac pdicatione salvant: q̄m qui converti fecerit peccatorem ab er
rore vie sue salvat animā eius a morte: t operit multitudinem
Mat.6. pctoꝝ. Per indulgentiam nihilominus t remissionē nostrā:
ad indulgentiam nostroꝝ facinoꝝ peruenitur. Si enim
ritis hoibus pcta eoꝝ: dimittet t vobis pater vester celestis de
licta vestra. Videtis ergo quantos misericordie aditus patefe-
cerit clemētia saluatoris: vt nemo salutē cupiens desperatione
frangat: cū videat se tantis ad vitā remedijs inuitari. Si enim
p infirmitatem carnis afflictione ieiuniꝝ abolere te pcta nō pos-
se cauſaris: nec potes dicere. Benna mea infirmata sunt a ieiu-
nio: t caro mea immutata est ꝓpter oleū: q: cinerē tanꝫ panem
Ps.108. manducabā: t potū meū cū fletu miscebā: elemosynarū ea redi-
me largitate. Indigenti si nō habes qō impertias: licet nullum
ab hoc opere necessitas inopie ac paupertatis excludat: q̄m qui
dē t illius vidue duo tantū eris: ingentibus diuitū muneribus p
Luce.21. ferantur. t pro calice aque frigide mercedē se redditurū dñs re-
Mat.10. promittat: certe absq; illis morum poteris emēdatione purga-

ri. Qd si pfectionē virtutū: extinctione viciorū omniū nō potes adipisci. sollicitudinē piā erga vtilitatē aliene salutis impende. Si aūt te idoneū huic ministerio nō esse cōquereris: opire pctā poteris charitatis affectu. In hoc quoq; si te fragilē fecerit que libet mētis ignauia: orone saltē atq; intercessione sctōr remedia vulnerib⁹ tuis hūilitatis affectu submissus implora. Postremo quis est q̄ nō possit suppliciter dicere. Pctm̄ meū cognitū tibi feci: ⁊ iniusticiā meā nō operui: vt p hāc cōfessionē etiā illud cōfidēter subiūgere mereatur. Et tu remisisti impietatē cordis mei. Qd si verecūdia retrahēte reuelare ea corā hominib⁹ erubescis illi quem latere nō possunt cōfiteri ea iugt supplicatione non desinas ac dicere. Iniquitatem meā ego cognosco: ⁊ peccatū meū cōtra me est semp tibi soli peccaui: ⁊ malū corā te feci: qui ⁊ absq; vllius verecundie publicatiōe curare ⁊ sine improperio pctā donare consueuit. Post istud quoq; tā promptū certūq; subsidiū: aliud quoq; adhuc facilius largita est nobis diuina dignatio: ipsamq; remedij opē nostro cōmisit arbitrio: vt indulgentiam nostroꝝ scelerum p nostro presumamus affectu: dicētes ei. Dimitte nobis debita nostra: sicut ⁊ nos dimittimus dibitoribus nostris. Quisquis igit ad indulgentiā suoꝝ criminum desiderat puenire: istis semetipsum aptare studeat instrumentis: nec obdurati cordis puicacia: a remedio salutari fontē tāte pietatis auertat: qz etiā si hec oīa fecerimus: nō erunt idonea ad expiationē scelerū nostroꝝ: nisi ea bonitas dñi clemētiaq; deleuerit. Qui cū religiosi conatus obsequia supplici mēte a nobis oblata pspexerit: exiguos paruosq; conatus immensa liberalitate psequit dicēs. Ego sum ego sum q̄ deleo iniq̄tates tuas propter me: ⁊ peccatoꝝ tuoꝝ iam nō recordabor. Ad hūc ergo quē pdiximus statū quisq; cōscenderit: satisfactionis gratiā quotidianis ieiunijs ⁊ mortificatione cordis ⁊ corporis assequit: qz scriptū est. Sine sanguinis effusione nō fit remissio. Nec immerito. Caro em̄ ⁊ sanguis regnū dei possidere nō possunt. Et ideo quisq̄s ab huius sanguinis effusione gladiū spiritus qd est verbum dei voluerit inhibere: absq; dubio illa hieremie pphete maledictione plectet. Nā maledictus inquit q̄ phibet gladiū suū a sanguine. Hic nāq; est gladius q̄ illū noxiū sanguinē quo animatur materia peccatoꝝ salubriter fundēs: quicq̄d repperit in mēbris anime nostre carnale terrenumve concretum: resecat ⁊ abscidit: ac mortificatos vitijs viuere deo ⁊ spiritalibus facit vigere virtutibus: ⁊ ita iam nō recordatione veteris admissi: sed spe futurorum gaudiorum fiere incipiet: nec tam de preteritis malis q̄ de futuris seu venturis cogitans bonis: non ex peccatorum merore lachrymas: sed ex eterne illius leticie alacritate profundit: atq; obliuiscens ea que posteriora sunt: id est carnalia vicia ad ea que in ante sunt extenditur: hoc est spiritalia dona atq; virtutes.

Ps. 31.

Ps. 50.

Mat. 6.

Esa. 43.

Hebre. 4.

1. Cor. 15.

Hiere. 48.

¶ Qd vtilis sit profectus obliuio peccati: ⁊ q̄ flagicio rum recordatio sit vitanda. Capitulum.ix.

Eterū qd̄ pauloante dixisti: te etiā de industria p̄teritoꝝ peccatoꝝ memoriā retractare: hoc fieri nō oportet: quin immo etiam si violenter irrepserit: protinus extrudat̄. Multū nāq; retrahit mentē a cōtēplationis puritate: eius precipue qui in solitudine cōmorat̄: implicās eā sordib⁹ mūdi hui⁹ ⁊ p̄focans fetore vitioꝝ. Dū eñ recolis ea q̄ s̄m principē seculi huius siue p ignorantiā siue p lasciuiam cōmisisti: vt cōcedā tibi qd̄ in hac cogitatiōe posito oblectatio nulla subrepat: certe antique putredinis vel sola cōtagio: necesse est vt retro mentē fetore corrūpat: ⁊ spiritalē virtutū fragrantiā: id est suauitatē boni odoris excludat. Cū ergo preteritoꝝ memoria vitioꝝ pulsauerit sensum: ita ab ea resiliendū est sicut refugit vir honestus ⁊ grauis si impudice ac procacis femine in publico: aut colloquijs aut amplexibus appetat̄. Qui vtiq; nisi se a cōtactu eius festinus abstraxerit: ⁊ vel breuissimā morā inhoneste cōfabulationis admiserit: etiā si cōsensum impudende respuat voluntatis: infamie tamē ac reprehensionis notam cunctoꝝ pretereuntiū iudicio nō euadit. Ita igit̄ etiā nos oportet cū fuerimus in hmōi cogitatiōes pestifera recordatione deducti: raptim ab eaꝝ cōtēplatione discedere: ⁊ implere illud qd̄ a Salomone p̄cipit̄: sed exili inquit: noli demorari in loco eius: neq; intendas oculū tuū in eam: ne vidētes nos angeli immūdis ac turpibus cogitationibus inuolutos: nō possint de nobis pretereūtes dicere. Benedictio dñi sup vos: benediximus vobis in nomine dñi. Impossibile nāq; est mentē bonis cogitationibus immorari: cum principale cordis ad turpes atq; terrenos intuitus fuerit deuolutū. Uera est eñ illa salomonis sentētia. Oculi tui cū viderint alienā: os tuū tunc loquetur praua: ⁊ iacebis tanq̄ in corde maris: ⁊ sicut gubernator in magna tempestate: dices aūt. Percusserūt me: sed non dolui: ⁊ deluserunt me: ego autē nesciui. Derelictis ergo nō solū turpibus sed etiā terrenis cogitationibus vniuersis: erigenda est semper ad celestia nostre mentis intentio: s̄m saluatoris nostri sententiā. Ubi enim ego sum inquit: illic ⁊ minister meus erit. Solet eñ frequenter accidere: vt dū vel suos vel aliorū lapsus imperitoꝝ quispiā miserantis retractat affectu: ipse etiā subtilissimi teli voluptuario p̄stringatur assensu: et initiū sub specie pietatis exortū: obsceno ac noxio fine concludat. Sunt eñ vie que videntur apud homines recte: nouissima aūt earū venient in profundū inferi. Quapropter studendū est nob̄ vt virtutū poti⁹ appetitu ⁊ desiderio regni celoꝝ: q̄ noxijs vitioꝝ recordationib⁹ nosmetip̄os ad ꝯpūctionē laudabilē p̄uocem⁹ q̄r necesse est tādiu quēpiā pestilētissimis cloace fetorib⁹ p̄focari: quādiu supra eā stare: vel cenū eius voluerit cōmouere.

Prouer.5.

Ps̄.128.

Prouer.23.

Ibidem.

Joan.12.

Pro.16.

¶ De satisfactionis indicio ⁊ obliuione preteritorū criminum. Capitulum.x.

Nouerimus aūt nos vt sepe diximus: tūc demū ꝑ preteritis satisfecisse peccatis: cū ipsi motus atq; affectus ꝑ quos penitēda cōmisimus: fuerint de nostris cordibus amputati. Quod tamen nullus obtinere posse secredat qui non prius ipsas causas atq; materias: pro quibus in illa collapsus est crimina: omni spiritus feruore succiderit: vt verbi gratia: si in fornicationē vel adulteriū perniciosa feminarū familiaritate collapsus est: summa festinatione etiam ipsum earum deuitet aspectū: aut certe: si per abūdantiā vini epularūq; est nimietate succensus: illicitā ciboꝝ crapulam summa districtione castiget. Et rursum: si in periuriū: aut furtū: aut homicidiū: aut blasphemiā: pecuniaꝝ desiderio atq; amore corruptus incurrit: materiā auaricie illectricem sue deceptionis abscidat. Si in iracundie vitiū: suꝑbie passione ꝓpellit: arrogantie ipius fomitē summa humilitatis virtute cōuellat. Et ita vt vnūqđq; peccatū possit extingui: causa atq; occasio ꝑ quā vel ob quā admissum est, debet primitꝰ amputari. Isto etem̄ curationū remedio: ad obliuionē quoq; admissorum criminum sine dubio peruenietur.

¶ In quo temporaliter sit agēda penitudo: ⁊ in quo finem habere possit. Capitulum.xj.

Verū ista predicte obliuionis diffinitio suꝑ capitalibus tantū sit criminibus cōstituta: q̄ mosaica q̄ lege dānantur: quoꝝ sicut ꝑ cōuersationē bonā abijciuntur vel consumuntur affectus: ita etiā accipit penitētia finē. Ceterū ab ipis minutis in q̄bus septies iustus cadit in die: vt scriptū est: ⁊ resurget: nunq̄ deerit penitudo. Aut em̄ ꝑ ignorantiā aut ꝑ obliuionē: aut ꝑ cogitationē: aut ꝑ sermonē: aut ꝑ obreptionē: aut ꝑ necessitatē: aut ꝑ fragilitatem carnis: singulis diebꝰ vel inuiti: vel volētes frequēter pctā incurrimꝰ pro q̄bus ⁊ dauid orans dn̄m purificationē atq; indulgentiā deprecat̄ dicēs. Delicta q̄s intelligit: ab occultis meis mūda me: ⁊ ab alienis parce seruo tuo. Et apl̄s. Nō em̄ qđ volo bonū hoc facio: sed qđ odi malum hoc ago. Et pro q̄bus idē etiā eiulans ꝓclamauit. Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius. Tāta em̄ in his facilitate tāq̄ naturali lege prolabimur: vt quantalibet circunspectione atq; custodia caueantur: non possint ad plenum ista vitari. De his siquidē vnus discipuloꝝ quē diligebat iesus: abrupta definitione pronunciat dicens. Si dixerimus: qr pctm̄ non habemus: ipsi nos seducimus: ⁊ verbū eius nō est in nobis. Proinde ad perfectionis culmen pertingere cupienti: non satis proderit ad finem penitentie peruenisse: id est ab illicitis temperare: nisi etiam in illis virtutibus indefesso cursu semetipsum

Prouer.24

Ps.18.
Ro.7.
Ibidem.

1.Joan.1.

semper extenderit: quibus ad satisfactionis indicia ꝑuenitur. Nec eſſi a fetidiſſimis criminū ſordib⁹ q̄ abhorret dñs: quemq̄ abſtinuiſſe ſufficiet niſi etiā illā bonā virtutē fragrātiā q̄ dñs delectat: puritate cordis ⁊ apoſtolice charitatis ꝑfectione poſſederit. Hucuſq; abbas pynufius de ſatiſfactionis indicio ac penitētie ſine diſſeruit. Qui lz vt in eius cenobio reſidere mallem⁹ ſollicito de p̄caret affectu: tamen fama ſcythiotice ſolitudinis inuitatos: cū retinere non poſſet: emiſit.

¶ Explicit collatio habita cuz abbate pynufio de penitudinis ſine ⁊ ſatiſfactionis indicio.

¶ Incipit annotatio capitulorum collationis abbatis theone de remiſſione quinquageſime.

Ca. j. Quō theonas ad abbatem ioannem venerit.
ij Exhortatio abbatis ioannis ad theonam: ⁊ ceteros qui cum eo venerunt.
iij De decimaꝝ ⁊ primitiarū oblatione.
iiij Quod abraham dauid ⁊ ceteri ſancti: mādata legis auſerint ſupergreſſi.
v Quod ſub euangelij gratia degentes: ſuperare debeāt mādata legalia.
vj Quod euangelij gratia ſicut perfectis tribuit regna celorum ita veniabiliter ſuſtentat infirmos.
vij Qđ in noſtra ſitū ſit poteſtate vtrū ſub euangelij gratia an ſub legis velimus terrore conſiſtere.
viij Quemadmodum theonas coniugem ſuam vt ⁊ ipſa renūciaret exhortatus ſit.
ix Quemadmodum non acquieſcente vxore ſua ad monaſterium peruolarit.
x Satiſfactio ꝓ eo ne diſcidia cōiugib⁹ ſuadere videamus.
xj Inquiſitio cur in egypto totis diebus quinquageſime nō ieiunetur: nec genua in oratione curuentur.
xij Reſponſio de natura eorum que bona vel mala vel media ſunt.
xiij Quale bonum ſit ieiuniū.
xiiij Qđ nō ſit principale bonū ieiunium.
xv Quod principale bonum non propter inferius bonum debeat exerceri.
xvj Quō a ceteris bonis p̄ncipale diſcernatur bonum.
xvij De rōe ⁊ vtilitate ieiunij.
xviij Non ſemper congruū eſſe ieiunium.
xix Interrogatio cur totis quinquaginta diebus ieiunium relaxetur.
xx Reſponſio.
xxj Interrogatio vtrum abſtinentia ieiunij relaxata: non ob

sit corporis castitati.
xxij Responsio de seruando continentie temperamento.
xxiij De refectionis tempore atq; mensura.
xxiiij Interrogatio de diuersa obseruatiōe quadragesime.
xxv Responsio eo ꝙ ad anni decimas: quadragesime ieiuniū referatur.
xxvj Quomodo etiam primitias nostras domino debeamus offerre.
xxvij Cur diuerso dierum numero quadragesima a plerisq; obseruetur.
xxviij Quare vocetur quadragesima cum triginta ⁊ sex tantum modo diebus ieiunetur.
xxix Quod perfecti supergredientur legem quadragesime.
xxx De causa ⁊ initio quadragesime.
xxxj Interrogatio quēadmodū intelligi debeat qd̄ ait apostol⁹ Peccatum in vobis non dominabitur.
xxxij Responsio de disserentia gratie ⁊ legaliū p̄ceptorū.
xxxiij De eo ꝙ leuiora sunt euangelij precepta q̄ legis.
xxxiiij Quemadmodum quis ꝓbetur esse sub gratia.
xxxv Interrogatio cur interdū propensius ieiunantes: carnalibus incentiuis acrius vrgeamur.
xxxvj Responsio ꝙ hec q̄stio future collationi debeat reseruari.

¶ Explicit annotatio capitulorum.

¶ Incipit collatio prima habita cum beato Theona de remissione quinquagesime.

¶ Quomodo Theonas ad abbatē Joannē venerit. Capitulum.j.

Priusquam verba collationis huius habita cū summo viro abbate. Theona incipiamus euoluere: necessariū reor: vt initiuz conuersionis eius breui sermone perstringam: qua ex hoc vel meritum viri vel gratia euidentius poterit patere lectori. Hic igit̄ adolescēs admodum: parentū studio imperioq; cōnexus est vinculo coniugali. Nā dum pudicitie eius religiosa sedulitate ꝓspicūt: ⁊ ancipitem lapsum lubrice verent̄ etatis p̄ueniēdos adolescentie motus: licito nuptiaꝝ remedio crediderūt. Cum ergo hic vnius lustri tempus cum coniuge pegisset. venit ad abbatem ioannem: qui tunc temporis merito sanctitatis electus diaconie prefidebat. Non em̄ ad hūc gradū quilibet ꝓpria voluntate aut ambitione ꝓuehit̄: s̄z is quem cunctorum seniorum cetus: etatis prerogatiua ⁊ fidei atq; virtutum testimonio excellentiorem oīb⁹ sublimiorēq; cēsuerit. Ad hunc inquā beatū ioannem cū pie de-

notionis studio predictus tūc iuuenis aduenisset: deferens religiosa munera inter ceteros possessores: qui certatiz decimas vel primitias frugū suarū memorato seni de suis substātijs offerebāt: videretq; eos senex cū multis ad se muneribꝰ cōfluxisse: ⁊ deuotioni eorū vicissitudinem cuperet recōpensare: cepit eis ſm apostolū spiritalia seminare: quorū metebat dona carnalia
1.Cor. 9. denicq; ita sermonē adhortationis instituit.

¶ Exhortatio abbatis ioannis ad Theonam ⁊ ceteros qui cum eo venerunt. Capitulum.ij.

Delector quidē o filij pia vestrorum munerū largitate: ⁊ deuotionem huius oblationis: cuius dispensatio mihi credita est: gratanter amplector: quia fideliter primitias vestras ac decimas indigentiū vsibus ꝓfuturas: velut sacrificiū dño bone suauitatis offertis: haꝝ scz oblatiōe: plenitudinē quoq; fructuū vniuersecq; substantie vestre: ex qua hec domino delibastis: vbertim benedicēdā credētes: vosq; scdm mā
Prouer.3. dati illius fidem multiplici vbertate bonorū oim etiā in hoc seculo cumulādos. Honora deū de tuis iustis laboribꝰ: ⁊ deliba ei de fructibus iusticie tue vt impleant horrea tua abundantia tritici vino aūt torcularia tua redūdēt. Quā deuotionem fideliter exeq̄ntes: scitote vos legis antique iustitiā cōsummasse: sub qua tūc positi ⁊ transgredientes eam: reatum ineuitabiliter incurrebāt: ⁊ implentes ad ꝑfectionis apicē ꝑuenire nō poterāt.

¶ De decimarū ⁊ primitiarū oblatiōe. Capitulū.iij.

Decime siquidē precepto dñi vsibus leuitarū: oblatiōes vero ac primitie erāt sacerdotibus cōsecrate: sed primitiarū hic erat modus vt quinquagesima pars vel frugū vel animaliū: templi vel sacerdotum ministerio ꝑberetur. Quē modū tepidiores quiq; infideliter minuentes religiosiores vero etiam cumulantes: illi ex sexagesima: hi aūt ex quadragesima
.Timo.1. fructuū suorū parte pendebant. Iusti eñ quibus: lex non est posita sic ꝓbant nō eē sub lege: vt iusticias legis non solū implere verūetiā superare cōtendāt: sitq; deuotio eoꝝ legali maior imperio: q̄ obseruātiā cumulās ꝑceptorū: volūtaria addat ad debita

¶ Quod abraham dauid ⁊ ceteri sancti: mandata legis fuerint supergressi. Capitulum.iiij.

Ita namq; ⁊ abraham future legis ꝑcepta legimꝰ supergressum: cū supatis quattuor regibus: de spolijs sodomorum que sibi velut victori nō imerito debebantur: et quidē rege ipso cuiꝰ spolia retulerat suppliciter offerēte: nihil penitus acquiescit attingere: sub diuini nominis testificatione ꝓ
Gen.14. clamans: Extendo manū meā ad deū excelsuz qui fecit celum ⁊ terrā: si a filo subtegminis vsq; ad corrigiam calige accipiam

ex omnibus que tua sunt. Sic dauid p̄cepta legis cognouimus supergressum: qui: p̄cipiente moyse: vt inimicis talio redderet: non solum hoc nō fecit: verumetiam dilectione complexus est p̄sequētes: ⁊ pro his dño pie supplicans etiā lugubriter fleuit: ⁊ vltus est interfectos. Ita heliam quoq; ⁊ hieremiā probamus non fuisse sub lege: qui cū licito vti cōiugio absq; reprehensione potuerint: p̄seuerare tñ virgines maluerūt. Sic heliseum ac reliquos eiusdez p̄positi viros: mosaica legim⁹ sup̄asse mandata de quibus ap̄lus ita dicit. Circūierunt in melotis: in pellibus caprinis angustiati: afflicti: egentes: q̄bus dignus non erat mūdus: in solitudinibus errantes: ⁊ in montibus: ⁊ in speluncis: ⁊ in cauernis terre. Quid de filijs Ionadab filij rechab dicam quos hieremie p̄phete offerēti ex p̄cepto dñi vinū: ita legim⁹ respondisse. Non bibemus vinum: q̄ ionadab filius rechab pater noster p̄cepit nobis dicens. Non biberis vinū vos ⁊ filij vestri vsq; in sempiternum: et domū nō edificabitis: ⁊ sementē nō seretis: ⁊ vineas nō plātabitis nec habebitis: sz in tabernaculis habitabitis cūctis diebus vestris. Uñ etiā ab eodē p̄pheta merentur audire: Hec dicit dñs exercituū deus israel. Non deficiet vir de stirpe ionadab filij rechab: stans in conspectu meo cunctis diebus. Qui oēs offerre possessionum suarū decimas non contenti: sed ip̄a p̄dia respuētes: semetip̄os potius deo ac suas animas obtulerūt: p̄ quib⁹ nulla ab hoīe fieri commutatio pōt: sicut dñs in euangelio cōtestat: Quam dabit homo cōmutationem pro anima sua.

Hebre. 11.

Hiere. 35.

Ibidem.

Matt. 16.

¶ Quod sub euangelij gratia degentes: superare debeant mandati legalia. Capitulum. v.

Quapropter scire debem⁹ nos: a quib⁹ nōliā exigit legale mandatū: sed quibus euangelicus quotidie intonat sermo. Si vis p̄fectus esse: vade vende oīa que habes ⁊ da pauperib⁹: ⁊ habebis thesaurū in celo ⁊ veni sequere me. Cū decimas de substantijs nostris offerim⁹ deo: adhuc quodāmodo sub legis sarcina detineri: ⁊ necdum ad euangelicum illud fastigium peruenisse: quod obtemperantes sibi: nō tm̄ p̄sentis vite bñficijs sz etiā futuris p̄mijs munerat. Lex em̄ factorib⁹ suis nō regnorū celestiū premia: sz vite hui⁹ solatia repromisit dicens. Qui fecerit hec viuet in eis. Dñs aūt discipulis ⁊ amicis suis Bti inquit paup̄es spū: qm̄ ip̄oꝝ est regnū celoꝝ. Et oīs q̄ reliq̄rit domum: vel fratres: aut sorores: aut patrem: aut matrē: aut vxorē: aut filios: aut agros: p̄pter nomen meū: centuplū accipiet ⁊ vitā eternā possidebit. Nec immerito. Nō em̄ tā laudabile est si ab illicitis: q̄ si etiā a licitis tēperemus: ⁊ his p̄pter eius reuerentiam non vtamur: q̄ ea nobis p̄pter infirmitatem nostrā vtenda p̄misit. Itaq; si etiā hi q̄ decimas fructuū suoꝝ fideliter offerētes: p̄ceptis dñi antiq̄orib⁹ famulant necdū possunt euan-

Matt. 19.

Leuiti. 18.

Mat. 5.

Eiusdē. 19.

gelicū culmen ascendere: illi qui ne hec quidē faciūt quantū ab eo absint: manifestissime peruidet. Nā quēadmodū poterūt euā gelice gr̄e esse participes: q̄ cōsummare etiā leuiora legis p̄cepta cōtēnunt? Quorū facilitatem vsq; adeo impiosa legislatoris verba testant: vt etiā maledictū nō implentib⁹ ꝓponat. Maledictus eñ inquit q̄ nō permāserit in omnib⁹ que scripta sunt in libro legis huius: vt faciat ea. Hic aūt ꝑ excellētia ⁊ sublimitate mādatorū dicit. Qui pōt capere capiat. Illic legiferi violēta cōpulsio p̄ceptorū indicat paruitatem. Cōtestor eñ inquit vobis hodie celū ⁊ terrā: ꝙ si nō custodieritis p̄cepta dñi dei vestri: peribitis a facie terre. Hic magnificētia sublimiū mandatoꝝ: ipsa nō tam imperātis q̄ adhortātis cōditione signat. Si vis perfectus eē fac hoc aut illud. Ibi inexcusabile etiā recusantib⁹ moyses pondus imponit. Hic cōsilio tantū volētibus ⁊ ad perfectionē festinantib⁹ dñs occurrit. Nō eñ generaliter p̄cipiendū erat: nec vt ita dixerim: canonice ab omnibus exigendū: id q̄d ꝓpter mirificā sublimitatem nō potest passim ab omnib⁹ apprehēdi: sed cōsilio potius ꝓuocant oēs ⁊ gr̄a: vt hi qui magni sunt: possint ꝑfectione virtutū nō immerito coronari: qui aūt parui sunt: ⁊ mensurā etatis plenitudinis christi implere nō possunt: licet fulgore maiorū velut siderum tecti latere videant: tñ a tenebris maledictionū que in lege sunt alieni: nec p̄sentiū malorū cladibus abdicant: nec supplicio plectant eterno. Nō ergo christus ad illa virtutū excelsa fastigia quēquā p̄cepti necessitate cōstringit: sed liberi arbitrij ꝓuocat potestate: ⁊ salubritate cōsilij ⁊ desiderio ꝑfectiōis accēdi. Ubi eñ p̄ceptū: ibi necessitas: ⁊ vbi necessitas ibi ⁊ difficultas: vbi difficultas: ibi ⁊ negligētia: vbi negligētia: ibi ⁊ pctm̄: vbi pctm̄: cōseq̄nter ⁊ pena. Custodiētes ꝟo hec ad q̄ prefixe legis seueritate cogunt: penā poti⁹ q̄ ab illa intentabat effugiunt: q̄ mercedem aut premia consequantur.

Deute.27.

Matt.19.

¶ Qd euangelij gratia sicut ꝑfectis tribuit regna celorū: ita veniabiliter sustentet infirmos. Capi.vj.

Itaq; sicut fortes ad sublimia atq; p̄celsa euāgelicus sermo sustollit: ita non patit infirmos ad ima demergi: ꝑfectis quidē tribuēs beatitudinis plenitudinē: veniā vero infirmitate superatis impertiēs. Lex eñ cōsummātes precepta sua: in vtriusq; meriti velut quodā meditullio collocauit: quantū a trāsgressorū damnatione secernēs: tm̄ separās a gloria ꝑfectoꝝ. Qd quidē q̄ infimū q̄q; miserabile sit: vel ex p̄sentis vite statu ⁊ cōparatione ꝑspicite: in qua miserrimū ducit: si hoc tantū quis studeat ac laboret: ne reus modo inter honestos homines: ⁊ nō ēt locuples ac honorabilis ⁊ gloriosus habeat.

¶ Qd in nostra situ sit potestate vtrum sub euāgelij gratia: an sub legis velimus terrore cōsistere. Ca.vij.

q Uãobrẽ in nostra bodie sitũ est potestate: vtrũ sub eã gelij gratia an sub legis velimus terrore cõsistere. Cuilibet enim parti ꝓ qualitate actus sui: vnũquẽq; necesse est aggregari. Nã aut supergredientes legẽ: suscipit christi gratia aut certe inferiores velut debitores suos sibiq; obnoxios lex retentat. Reus nãq; legalium preceptor: nequaq; euangelicã perfectionẽ valebit attingere: quãuis christianũ se ⁊ domini gratia liberatũ: inaniter glorietur. Non solũ esti hic credendus est adhuc esse sub lege: qui ea q̃ lex precipit detrectat implere: sed etiã ille qui ea tantũ que lex iubet obseruare cõtentus est: ac nequaq; vocationi ⁊ gratie xpi cõdignos exhibet fructus: vbi non dicit. Decimas tuas ⁊ primitias offeres dño deo tuo: sed. Uade vende omnia q̃ habes ⁊ da pauperib9: ⁊ habebis thesaurũ in celo: ⁊ veni sequere me. vbi ob perfectionis magnificentiam discipulo postulãti: ne breuissimũ quidẽ bore spaciũ ꝓ patris concedit sepultura: nec humane charitatis officium: diuini amoris virtuti prefertur. Deute. 12. Matt. 19. Luce. 9.

Quemadmodũ theonas coniugẽ suam vt ⁊ ipsa renunciaret: exhortatus sit. Capitulum. viij.

q Uibus auditis beatus Theonas inextinguibili desiderio euãgelice pfectionis accensus: semen verbi secundo corde cõceptum: quasi pfundis atq; edomitis condidit sulcis: in eo vel maxime humiliatus atq; cõpunctus: q̃ eũ senex nõ solum euangelicã perfectionẽ non attigisse diuisset: sed etiã vir legis ipsius adimplesse mãdata. Siquidem cũ decimas fructuum suarum solitus esset diaconie annis singulis pẽdere: primitiarũ rationẽ ne audisse quidem se aliq̃n: quam tamẽ etiã si similiter implesset: longe nibilominus ꝑm sensis sententiã se ab euãgelica perfectione distare suppliciter fatebatur. Domũ itaq; reuertit mestus: illaq; affectus tristicia: que penitentiã ad salutẽ stabilẽ operak: ac de sua iam voluntate ⁊ definitione nõ dubius erga salutẽ cõtigis omnẽ mentis sollicitudinẽ curamq; cõuertit eamq; ad desideriũ quo fuerat ipse successus: cepit exhortatione simili pronocare: ⁊ vt deo pariter in sanctimonia ⁊ castitate seruirent: diurnis nocturnisq; fletibus ammonere dicẽs: cõuersionẽ meliozis vite nequaq; esse prelandã: q2 necessitate subite mortis: vana spes immature nõ pndicaret etatis: quippe q̃ infantes: pueros: adolescentes: pari vt senes sorte preriperet. 2. Cor. 7.

Quemadmodum nõ acquiescente vxore sua: ad monasterium peruolarit. Capitulum. ix.

c Uncq; huiusmodi obsecrationib9 iugiter perstẽti: cõtradicissima nõ preberet assensum: secq; diceret solatio maritali pro etatis sue flore penit9 abstinere nõ posse: ac pindefi q̃d deserta ab eo criminis admisisset: illi potius ascribẽ

dum: q̄ cōiugij federa dirupisset. Ad hec ille cum diu conditio-
nē nature p̄tendisset humane: quā fragilē ⁊ incertā periculosum
esset carnalib⁹ desiderijs ⁊ operib⁹ diutius implicari: adijciens
astruebat: nō licere cuiq̄ eius se boni extorrē facere qd̄ didicisset
maiorisq̄ esse noxe despicere cognitā bonitatē: q̄ incognitā non
amare: ꝓinde se iā reatu etiā p̄uaricationis inuolui: si inuentis
tā preclaris tāq̄ celestibus: donis terrena ac sordida p̄tulisset.
Ad omnē sane aiebat etatē: omnēq̄ sexū ꝑfectionis magnificen
tiā pertinere: ⁊ vniuersa ecclesie membra ad cōscēdēdā sublimiū
meritorū celsitudinē ꝓuocari: dicente apl̄o. Sic currite vt com
prehēdatis nec ꝓpter lentorū ⁊ segniū moras: paratos atq̄ ala
cres debere subsistere: cū rectius sit: vt desides a precurrētibus
incitent̄: q̄ vt ꝓperātes a residētibus obligent̄. Proinde statu-
tū sibi dicebat decretūq̄ esse renunciare seculo ac mori mūdo: vt
viuere possit deo: ⁊ si hanc beatitudinē nequeat obtinere: vt cū
socia sua in cōsortium transeat christi: malle se vel cum vnius
membri dispēdio saluū fieri: ⁊ velut debilē introire in regnū ce-
lorū: q̄ cū soliditate corporis cōdemnari. Adijciebat aūt etiam
ista dicens: Si moyses ꝓ duritia cordis dimitti permittit vxo
res: quare hoc nō sinat christus ꝓ desiderio castitatis? presertim
cū idē dn̄s inter ceteras affectiones: id est patrū matrū ac filioꝝ
quibus oēm reuerentiā: nō solū lex sed etiā ipse p̄ceperat exhibe
re: tamē ꝓ nomine suo ac desiderio perfectionis nō solū cōtemnē
da simpliciter: sed etiā odio habēda esse decernēs: cōiungat eis
similiter etiā vxorū nomen dicens: Et omnis qui reliquerit do-
mū vel fratres aut sorores aut patrē aut matrē aut vxorē aut fi-
lios aut agros ꝓpter nomē meū: centuplū accipiet: ⁊ vitam eter
nā possidebit. Intantū ergo perfectioni quā predicat nihil pati-
tur cōparari: vt illā quoq̄ necessitudinē soluat patris ac ma-
tris: que scd̄m apostolū primū obtinet in repromissione manda
tū: honora scilicet patrē ⁊ matrē: quod est mandatum primū in
repromissione: vt bene sit tibi ⁊ sis longeuus super terrā: eāq̄ de
spici ꝓ suo amore precipiat. Euidenter itaq̄ sicut eos euangeli
cus sermo condemnat qui non interueniente adulterij crimine:
vxoria vincula dirumpūt: ita ob amorē christi ⁊ desiderrū casti-
tatis: his q̄ iugū carnale reiecerint: etiā centupla premia repro
mittit. Quapropter si fieri pōt: vt ad hanc optatissimam mihi
partē: accepta tandē ratione flectaris: scz vt dn̄o seruientes: pe-
nā gehenne pariter euitemus: charitatē cōiugij nō refuto: immo
etiā maiore adhuc dilectione complector: agnosco eū ⁊ veneror
adiutricē meā: dn̄i mihi sententia deputatā: ⁊ indirupto eidem
federe charitatis in christo coherere nō respuo: nec a me separo
qd̄ dn̄s mihi prime statim cōditionis lege coniunxit: dummodo
sis ⁊ ipsa qd̄ cōditor esse te voluit. Si vero non ad adiutorium
esse volueris sed in deceptionē: ⁊ amminiculū: te non mihi sed
aduersario malueris exhibere: atq̄ ob hoc attributum putas cō

s. Cor. 9.

Matt. 19.

Eph. 6.

Matt. 19.

iugij sacramentum vt te huic q̄ ingerit fraudans saluti: insuper etiā me a discipulatu retrahas saluatoris: ita illā abbatis ioannis immo christi ore prolatā sententiam viriliter apprehēdam: vt me a spiritali bono nulla carnalis auellere possit affectio. Qui eñ inquit nō odit patrē ⁊ matrē: ⁊ filios ⁊ fratres ⁊ sorores ⁊ vxorem ⁊ agros: adhuc aūt ⁊ animā suam: non pōt meus esse discipulus. Cū ergo his atq; huiusmodi verbis: muliebris non flecteret intentio: ⁊ in eadem obstinationis duricia permaneret. Si ego inquit beatus Theonas te abstrahere a morte nō possum: nec tu me separabis a christo. Tutius est autē mihi cū homine q̄ cū deo habere diuortiū. Aspirante itaq; gr̄a dei definitionis sue executionem instanter aggressus est: nec intepescere per aliquam morā desiderij sui passus est ardorē: nam confestim omni mundana facultate nudatus ad monasteriū peruolauit. Ubi in breui tanto splēdore sanctitatis ⁊ humilitatis enituit: vt beate memorie ioāne ad dominum ex hac luce migrāte: sanctoq; Helia viro qui haud minor decessore suo fuit similiter decedēte: tertius Theonas vniuersorū preelectus iudicio: in diaconie eis dispensatione successerit. Luce. 14.

¶ Satisfactio pro eo ne discidia coniugibus suadere videamur. Capitulum. x.

Nemo autē existimet nos hec ad prouocāda coniugiorū diuortia texuisse: qui non solum nuptias minime condemnamus: verumetiam apostolicam sequētes sententiam: dicimus. Honorabile connubiū in omnibus: ⁊ thorus immaculatus: sed vt lectori initiū cōuersionis: quo tantus ille vir deo dicatus est fideliter pāderemus. A quo bona gratia hoc primum deposco: vt siue hoc ei placeat siue displiceat: me quoquomodo a calumnia alienū esse concedēs: in suo hoc facto aut laudet aut reprehendat auctorē. Ego aūt qui nō meā super hac resentētiā prompsi: sed rei geste historiā simplici narratione complexus sum: equū est vt sicut mihi de eorum qui hoc factū ꝓbant laude nihil vēdico: ita eorū qui id improbāt nō pulser inuidia: Habeat ergo suū de illo vt diximus vnusquisq; iudiciū: sed moneo vt ita censurā sui castiget examinis: ne se equiorem aut sanctiorē diuino credat esse iudicio: quo in eū ēt apostolicarū collata sunt signa virtutū: vt taceā de tantorū patrū sententia: a quibus factū eius non solū minime reprehensum: verumetiā vsq; adeo collaudatum esse manifestum est. vt cum summis ac sublimissimis viris in diaconie electiōe pretulerint. Et puto tot spiritaliū virorum deo auctore ꝓlatum non errasse iudiciū qđ etiā tāta signorū vt supra iam dictum est admiratio confirmabat. Heb. 13.

¶ Inquisitio cur in egypto totis dieb⁹ quinquagesime non ieiunetur: nec genua in oratione curuentur.

Capitulum.xj.

Ed iam tēpus est vt promisse disputationis ordinē pro
f sequamur. Igitur abbas Theonas cū dieb⁹ quinquage
sime nos in nostra cellula visitasset: vesptina oratiōū
solēnitate trāsacta: bumi paululū confidētes: cepimus diligen
tius pcōrari: cur apud eos tāta obseruātia caueret: ne quis pe
nitus totis quinquagesime dieb⁹: vel genua in oratione curua
ret: vel vsq; ad horā nonā ieiunare presumeret: eoq; id diligen
tius seruabamur: quod nequaq; hoc tanta cautione seruari, in
syrie monasterijs videramus.

Responsio de natura eorum que bona vel mala vel media sint. Capitulum.xij.

Dhec abbas Theonas tali vsus est sermonis exordio:
g Oportet quidē nos auctoritati patrū: cōsuetudiniq; ma
iorū vsq; ad nostrū tēpus p̄tātā annoq; serie p̄otellare:
etiā nō pcepta rōne credere: eāq; vt antiquit⁹ tradita est: tugi ob
seruātia ac reuerētia custodire. Verūtū quoniā causas hui⁹ rei
t rōnem vultis agnoscere: accipite breuiter ea q̄ a seniorib⁹ no
stris tradita sup hac institutione cōperimus. Ueruntū antecē
scripture diuine auctoritas proferat: si placet: de natura ipsius
ieunij t qualitate: panca dicamus: vt disputationē nīram sub
sequēs scripturaꝝ cōfirmet auctoritas. Diuina sapiētia p eccle
siasten omni rei: id est vniuersis seu prosperis seu q̄ aduersa pu
Eccs.iij. tant t tristia: tēpus esse p̄opriū definauit dicēs. Oibus tēpus
est: t tēpus omni rei sub celo. Tempus pariēdi t tēpus mori
di: tps plantādi: t tēpus euellēdi q̄ plantatū est: tempus occi
dendi t tps sanandi: tempus destruēdi t tps edificandi: tēpus
plorādi t tempus ridēdi: tēpus plangēdi t tempus saltandi: tē
pus mittēdi lapides t tps colligendi lapides: tēpus amplectē
di t tps longe fieri ab amplexib⁹: tps acquirēdi t tēpus perdē
di: tempus custodiendi t tps. expellēdi: tēpus diripiendi t tps
sartēdi: tempus tacēdi t tps loquendi: tēpus amādi t tps odi
Eiusd. viij. endi: tēpus belli t tempus pacis. Et infra. Quia tps est inquit
omni rei t omni facto. Nihil igitur ex his esse bonū perpetuum
diffiniuit: nisi cū fuerit hor̄ quid oportune t cōpetenter expletū
ita vt hec eadē que nunc oportune gesta bene cedunt: si impor tu
no vel incongruo tēpore p̄sumant: inutilia inueniantur t no
xia: absq; his dūtaxat q̄ per se principaliter vel bona vel mala
sunt: nec aliq̄ possunt in contrariū uirtuari: vt est iusticia: pru
dentia: fortitudo: temperātia ceteraq; virtutes: sine ediuerso vi
tia quor̄ definitiones in aliā partē cadere omnino mutative nō
possunt. Hi qua vero in vtrumq; affectum possunt aliquando
transire: vt p̄o qualitate vtentium vel bona inueniātur vel ma
la: hec nō absolute p̄o sua natura: sed p̄o perpetrantis affectu

oportunita te temporis vel vtilia interdū vel noxia sentiuntur.

¶ Quale bonum sit ieiunium. Capitulum.xiij.

Quāobrē nunc querendū est: quid sup ieiunioꝝ statu decernere debeamus: vtrū nā similiter ⁊ ipm bonū esse eo mō quo iusticiā: prudētiā. fortitudinem: aut temperantiam diximus: q̄ in partē cōtrariā penitus trāsire non pñt: an mediū quid: qd̄ interdū factū possit prodesse: interdū pretermissum cōdemnare nō possit: quodq̄ nōnunq̄ egisse reprehēsibile sit nōnunq̄ pretermisisse laudabile. Si enim in illa diffinitione virtutū: etiā ieiuniū censeam⁹: vt inter principalia bona ciboꝝ abstinētia collocet: erit ꝓfecto eoꝝ mala ⁊ criminosa ꝑceptio. Quicq̄d essi principali bono cōtrariū est: sine dubio principale malū esse censendū est. Quod definiri a nobis scripturarum sanctaꝝ nō permittit auctoritas. Si enim tali sensu ac ꝓposito ieiunemus vt peccatū contrahi in escarū participatione credamus: non mō nullos fructus pro abstinētia consequemur: sed etiā reatū maximū ac sacrilegij crimē ꝑm apostolū cōtrahemus: abstinentes: a cibis quos deus creauit ad percipiendū cū gratiarūactione fidelib⁹: ⁊ his qui cognouerūt veritatē: qꝛ omnis creatura dei bona: ⁊ nihil reijciendū quod cū gratiarūactione percipit. Qui enim putat quid cōmune esse: illi cōmune est: ⁊ idcirco ob solā perceptionem esce neminem legimus condemnatum: nisi forte iunctum quid fuerit: vel postea subsecutū: per quod meruerit condemnari.

j. Tio. iiij. Ibidem.

Ro. xiiij.

¶ Quod nō sit principale bonū ieiuniū. Cap̄. xiiij.

Itaq̄ hoc mediū esse etiā ex hoc manifestissime declarat qꝛ sicut non iustificat custoditū: ita non condemnat irruptū: nisi forte precepti transgressio magis q̄ escarū perceptio puniat. Principali autem bono ita nullū oportet vacuū esse tēpus: vt sine eo cuiq̄ esse nō liceat: qꝛ necesse est cessatione eius in malū corruere negligentē. Nec rursum principali malo vllū concedit tēpus: qꝛ quod noxium semp est: nunq̄ poterit si admissum fuerit nō nocere: vel in partē vnq̄ laudabilē cōmutari. Ac proinde ea quib⁹ qualitates statutas videm⁹ ⁊ tēpora: ⁊ q̄ sic obseruata sanctificant: vt omissa non polluant: media esse manifestū est: vtputa nuptias: agriculturam: diuitias: solitudinis remotionē: vigilias: sacroꝝ lectionē: meditationēq̄ librorū ipsaq̄ ieiunia: de quibus principium sermonis exortum est. Que omnia diuina preceptio: vel sanctarū auctoritas scripturarum: non ita incessabiliter obtinenda: nec iugiter custodienda decreuit: vt ea paululum intermisisse nephariū sit. Quicquid enim imperatiue decernitur: mortem irrogat non impletū: quecunq̄ vero suadentur potius q̄ iubētur: facta prosunt: infecta non puniunt. Et idcirco aut omnia hec: aut certe quedam: pro

causa pro loco: pro modo: pro tempore: circunspecte agere nos maiores nostri ⁊ prouide obseruare iusserunt: quia si congrue horum aliquid actitetur: aptũ atq; conueniens: si incõgrue: ineptũ esse cõstat ac noxiũ: ac si velit quis in fratris aduẽtu in quo xp̃z dz hũanitate reficere: ⁊ gratissima susceptione cõplecti: austeritatẽ ieiunij custodire: nonne in hũanitatis potius crimẽ incurrit: q̃ laudẽ ⁊ meritũ religionis acquirit? Uel si cũ defectio ⁊ imbecillitas carnis: reparationẽ viriũ esce perceptione deposcit: nõ acquiescat aliq̃s rigorẽ abstinẽtie relaxare: nõne magis crudelis sui corporis homicida: q̃ salutis prouisor est estimãdus Ita etiã cũ tp̃s festiuitatis escarum cõgruũ fotũ ⁊ refectionẽ necessarie absolutionis indulget: si q̃s ieiuniorum rigidã obseruãtiã indirupte voluerit retẽtare: necesse est vt nõ tã religiosus q̃ inconditus atq; irrationabilis habeat. Sed ⁊ illis hec nihilominus reperient aduersa: q̃ humanã laudẽ ieiunijs aucupantur: ⁊ inani ostentatione palloris: famã sanctitatis acquirunt: quos euã-
Matth.vj. gelicus sermo in presenti suaz recepisse mercedem pronunciat: vel quorum per prophetam dominus ieiuniũ detestatur: ⁊ ex quo-
Esa.lviij. rum persona cũ sibi obijciẽs ante dixisset. Quare ieiunauimus ⁊ non aspexisti: humiliauimus animas nostras ⁊ nescisti? confestim subijciens prodidit causas cur nõ merẽtur audiri. Ecce inquit in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra: ⁊ omnes debitores vestros repetitis. Ecce ad lites ⁊ contentiones ieiunatis: ⁊ percutitis pugno impie. Nolite ieiunare sicut vsq; in hanc diẽ: vt audiatur in excelso clamor vester. Nũquid tale est ieiuniũ qd̃ elegi: p diẽ affligere hominẽ aĩam suam. Nunquid cõtorquere quasi circulũ caput suũ: ⁊ saccũ ⁊ cinerẽ sternere. Nunquid istud vocaui ieiuniũ: ⁊ diẽ acceptabilẽ dño. Deinde infert docẽs quõ acceptabilis fiat cõtinẽtia ieiunãtis: atq; euidenter enũciat: p se solũ ieiuniũ nõ posse prodesse: nisi has que subijciũtur causas habuerit cõsequentes. Nonne hoc est inquiens ieiunium qd̃ elegi. Dissolue colligationes impietatis: solue fascicu los deprimẽtes. Dimitte eos qui cõfracti sunt liberos: ⁊ omne onus dirumpe. Frange esurienti panem tuum: ⁊ egenos vagosq; induc in domum tuam. Cum videris nudũ operi eũ: ⁊ carnẽ tuam ne despexeris. Tunc erumpet quasi mane lumen tuum: ⁊ sanitas tua citius orietur: ⁊ anteibit faciem tuã iusticia tua: ⁊ gloria domini colliget te. Tũc inuocabis ⁊ dominus exaudiet clãmabis ⁊ dicet. Ecce assum. Uidetis ergo ieiuniũ nequaq̃ principale bonum a domino iudicari: eo q̃ nõ per seipsum sed per alia opera bonum ac placitũ deo fiat: ⁊ rursum ex accidentibus causis: non solum vanũ: verumetiam odibile censeatur: dicente
Hiere:xiiij. domino. Cum ieiunauerint non exaudiam preces eorum.

¶ Quod principale bonum non propter inferius bonũ debeat exerceri. Capitulum.xv.

Non enim misericordia: patientia ⁊ veritas: vel illa predicta precepta virtutū: in quib⁹ vtiq; bonū est principale: propter ieiunia, sunt tenenda: sed potius ieiunia propter illa. Elaborādū est enim vt virtutes ille: q̄ vere bone sunt ieiunijs acquirant̄: nō vt ad ieiunioꝝ terminū tēdāt illaꝝ gesta virtutū. Ob hoc ergo est vtilis carnis afflictio: ob hoc ei adhibenda est inedie medicina: vt ꝑ illā ad charitatē in qua immobile ac sine vlla tp̄is exceptione perpetuū bonū est: ꝑuenire possimus. Neq; enim medicine: aurificine vel ceteraꝝ q̄ in hoc mundo sunt artiū disciplina: propter instrumēta q̄ ad opus eius ꝑtinent exercet̄: ⁊ nō potius ferramēta propter artis studiū preparant̄: q̄ sicut vtilia sunt ꝑitis: ita sup̄flua his q̄ artis ipsius nesciūt disciplinā. Et sicut his q̄ ad efficiendū opus suū eoꝝ ministerio fulciunt̄: plurimū prosunt: ita illis q̄ cui⁹ rei gr̄a instituta sint ignorātes: sola eoꝝ possessione cōtēti sunt: penitus prodesse non p̄nt: quia vtilitatis eoꝝ summam in retētatione eoꝝ tantū: non in operis cōsummatione constituūt. Illud ergo est optimū principaliter propter qd̄ fiūt illa q̄ media sunt. Ipsum vero precipuū bonū: nō ob aliā causam: s3 propter suā tm̄ agit̄ bonitatē.

¶ Quō a ceteris bonis principale discernatur bonū. Capitulum. xvj.

Quod quidē a ceteris q̄ media eē prediximꝰ: his secernit̄ modis: si ꝑ se bonū sit: ⁊ nō ꝑ aliud aliq̄d: si propter se necessariū sit: ⁊ nō propter aliud: si immutabil̄r semꝑq; sit bonū: ac perpetuo suā retinēs qualitatē: nunq̄ in partē possit trāsire cōtrariā: si adēptio vel cessatio, eius non possit summā nō inferre ꝑniciē: si id qd̄ illi cōtrariū est: sil̄r principale sit malum: nec in partē bonā possit aliqñ trāsire. Que diffinitiones q̄bus principaliū bonoꝝ natura discernit̄: ascribi ieiunijs omnino non p̄nt. Neq; enim ex semetipsis bona: aut propter se necessaria sunt: q̄ ꝓpter acquirēdā cordis ⁊ corꝑis puritatē salubriter exercent̄: vt aculeis carnis obtusis: mēs purificata suo cōcilieť auctori: nec immutabil̄r semꝑq; sunt bona: qꝛ plerūq; eorum intermissione non ledimur: immo etiā in ꝑniciē interdum aīe importuni⁹ celebrata vertunt̄. Sed nec principale malū est id qd̄ illi videť aduersum: id est ciboꝝ naturaliter iocunda perceptio: que nisi intemperantia atq; luxuria: vel alia quedam vitia subsequantur: mala non potest definiri: qꝛ non quod intrat in os coinquinat hoīem: sed que procedunt de ore hec coinquinant hominē. Principali itaq; derogat bono: nec perfecte aut sine peccato illud exequitur: quisquis hoc non propter idip̄m, sed propter aliud aliquid facit. Oīa enim huius gratia faciēda sunt: ipsum vero propter se solum est expetendum. Matth. xv.

¶ De ratione ⁊ vtilitate ieiunij. Capitulū. xvij.

Talem igit diffinitionē sup ieiunij qualitate iugiter reti-
t nentes: ita illud totis viribus animi appetamus: vt ta
mē tunc demū id nobis congruū nouerimus: si in eo tem
poꝝ ratio: si qualitas: si mēsura seruetur: nec ita vt in ipso spei
nostre terminū defigamus: sed vt per ipsum ad puritatē cordis
⁊ apostolicam charitatē ꝑuenire possimus. Igitur ex hoc ipso
ieiunio vbi nō solum specialia prefixa sunt tempora: q̄bus vel
exerceri debeat vel p̄termitti: sed etiā qualitas modusq̄ propo-
situs est: nō principale bonū: sed mediū quiddā esse manifestum
est. Ceterū hec q̄ precepti auctoritate: vel mandant vt bona vel
interdicunt vt noxia: nunq̄ ita exceptioni tempoꝝ subiacent vt
interdū: aut q̄ vetita sunt fieri debeāt: aut q̄ imperata sunt p̄ter-
mitti. Nec em̄ vllus iusticie: patiētie: sobrietati: pudicicie: chari
tati: statutus est modus: nec rursum iniusticie: impatientie: fu-
rori: impudicicie: inuidie atq̄ superbie libertas aliquando per
missa est.

¶ Nō semper congruū esse ieiunium. Capi.xviij.

Uāobrē bis de ieiunij qualitate premissis: subdēda ad-
q huc sanctarū scripturarū videt auctoritas: ꝑ quā appro-
bet manifestius ieiuniū perpetuuz custodiri nec debere
posse. In euāgelio ieiunātibus phariseis vna cū discipulis Joā
nis baptiste: cū apl̄i vtpote amici ⁊ conuiue celestis illius spon
si necdum ieiunioꝝ obseruantiā custodirent: discipuli Joannis
qui summā iusticie se ieiunijs possidere credebāt: quippe illius
sectatores qui eximius penitentie predicator: ita cunctis popu
Quia ergo carnales nos fecit: ⁊ spinis ac tribulis cōdemnauit illa dei prima maledictio: nosq̄ ita iniquo pater noster venūdauit cōmertio: vt bonū q̄d volum⁹ agere nequeamus. dū diuulsi a memoria summi dei: ea q̄ hūane fragilitatis sunt cogitare cōpellimur: dū puritatis amore fragrātes: incentiuis naturalib⁹ q̄ penitus ignorare velim⁹ etiā inuiti plerūq̄ cōpungimur: scim⁹ q̄ nō habitat in carne nr̄a bonū: id est huius quā diximus theorie atq̄ puritatis p̄petua ingisq̄ trāquillitas Sed factū est illud pessimū ac lugubre diuortiū: vt cū mēte legi dei seruire velimus: nunq̄ scz volētes a claritate diuina dimouere cōspectū: tamē carnalibus tenebris circūfusi. quadam lege peccati ab eo q̄d bonum esse nouimus cogamur auelli: scz ad curas cogitationesq̄ terrenas: ab illa mentis celsitudine decidentes: ad quas nos lex pcti: id est illa sentētia dei nō īmerito cōdēnauit: quā primus delictor excepit: ⁊ inde est q̄d beatus ap̄lus cū apertissime fateat̄ ineuitabili se vel oēs sanctos pcti hui⁹ necessitate cōstringi: tñ neminē eorū ob hoc esse damnādū audēter enunciat dicēs. Nihil ergo nūc damnationis est his qui sunt in christo iesu. Lex eñ spūs vite in christo iesu liberauit me a lege pcti ⁊ mortis: id est quotidiana gr̄a christi omnes sanctos suos

Roma. 7.

Eiusdē. 8.

ab hac lege peccati ⁊ mortis in quam iugiter vel nolētes cogun
tur incurrere: cum remissionem debitorū suorū a dño p̄cant̄ ab
soluit. Uidetis ergo nō ex p̄sona peccatorū: sed ex illoꝝ qui vere
Ibidem. 7. sancti atq; p̄fecti sunt: hanc beatū apostolū prōpsisse sententiā:
Non em̄ qđ volo bonū hoc facio: sed qđ odi malū hoc ago: ⁊ vi
deo aliam legem in membris meis repugnantē legi mētis mee
⁊ captiuū me ducentem in lege peccati: q̄ est in membris meis.

¶ Obiectio q̄ neq; infidelium personis cōueniat ne q; sanctorū. Nō enim quod volo facio bonū. Ca. xiiij.

Germanus. Neq; eorū q̄ capitalibus criminibus impli
g cātur neq; apostoli vel illorū qui ad eius p̄fecere mensu
ram: hoc dicimus cōgruere posse p̄sonis: sed de his pro
prie hoc intelligi debere censemus: qui post dei gratiā agnitionē
q; veritatis a carnalibus se vitijs abstinere cupientes antiqua
adhuc consuetudine velut naturali lege in membris suis violē
tissime dñante: ad inolitā passionū concupiscentiā pertrahunt̄:
Usus em̄ ac frequētia delinquēdi: velut lex efficit̄ naturalis: q̄
membris humane infirmitatis inserta: affectus anime necdū
plenis virtutum studijs erudite: sed adhuc rudis ac tenere: vt
ita dixerim: castitatis: captiuos rapit ad vitia: ac morti eos an
tiqua lege subijciens: iugo peccati dominantis addicit: non si
nens eos bonum quod diligūt puritatis adipisci: sed potiꝰ ma
lum qđ execrant̄ exercere compellens.

¶ Responsio ad obiectionem p̄positam. Capitu. xv.

Theonas. Non parum vestra p̄ficit opinio. Siquidē etiā
t vosipsi astruere iam cepistis: in illorū p̄sona qui omni
no peccatores sunt hoc penitus stare non posse: illis au
tem qui se a vitijs carnalibus abstinere cōtendunt. Quos qm̄ a
peccatorū iā numero segregastis: consequens est: vt etiā fideliū
atq; sanctorū paulatim cetibus inseratis. Que em̄ genera pec
catorū istos dicitis posse cōmittere: q̄bꝰ si fuerint post gr̄az ba
ptismatis inuoluti: rursuz p̄ q̄tidianā xp̄i gr̄az liberent̄. Aut de q̄
mortis corpore apostolus dixisse credendus est. Quis me libe
rabit de corpore mortis huiꝰ. Gratia dei p̄ iesuz xp̄m dñm nr̄m
Nōne manifestū est sicut vos quoq; ipsos veritas cōpellit confi
teri: nō de illis capitaliū criminū mēbris: per q̄ stipendiū eter
ne mortis acq̄rit̄: id est homicidij fornicationis: adulterioꝝ:
ebrietatis: furtorū atq; rapinarū: sz de illo predicto cui gratia
xp̄i quotidiana succurrit corpore memorari. Quisquis em̄ post
baptismum ⁊ scientiam dei: in illud mortis corpus incurrerit:
sciat se non quotidiana gratia dei: id est facili remissione: quam
momentis singulis exoratus dñs noster erroribus nostris do
nare consuenit: sed aut diuturna afflictione penitudinis ac pe
nali dolore purgādū aut certe p̄ his in futuro eterni ignis sup

plicīs addicendū: ita eodē apl̄o pronunciante. Nolite falli: ne 1. Cor. 6.
q̄z fornicarij: neq̄z idolis seruientes: neq̄z adulteri: neq̄z molles
neq̄z masculorū cōcubitores: neq̄z fures: neq̄z auari: neq̄z ebrio
si: neq̄z maledici: neq̄z rapaces regnū dei possidebunt. Aut q̄ est
ista lex militans in membris nostris q̄ repugnat legi mētis nr̄e
cūq̄ nos refistētes atq̄z captiuos in legē peccati ⁊ mortis ab-
duxerit: eiq̄ nos fecerit carne seruire: nihilomīꝰ mēte legi dei
seruire p̄mittat. Nec essi hic puto legē pcti flagicia designare aut
hoc de supradictis intelligi posse criminibꝰ q̄ si q̄s facit, legi dei
mēte nō seruit: a q̄ necesse est eū aīo aū discedere: q̄ aliq̄d eoꝝ car
ne cōmittat. Quid est ergo seruire legi pcti: nisi ea q̄ a peccato im
perantꝰ implere. Nō ergo peccati gen⁹ est quo cū se tāta sctitas
atq̄z pfectio sentiat captiuari: gr̄a tñ xp̄i nō ambigat liberandū:
dicēs. Infelix ego homo: q̄s me liberabit de corpore mortis huiꝰ.
Gr̄a dei p iesum chr̄istū dn̄m nr̄m. Quā mēte legē mēbris nostris
ineſſe firmabitis: q̄ abstrahēs nos a lege dei: ⁊ captiuās nos le
gi pcti: infelices nos potiꝰ faciat q̄z nocētes vt nō eternis suppli
cijs addicamur: sz q̄si de interrupto brītudinis gaudio suspire
mus: ⁊ aut illatorē q̄ nos ad id retrahat inq̄rētes cū apl̄o pela
memꝰ. Infelix ego hō: q̄s me liberabit de corpore mortis huiꝰ: Roma. 7.
Adduci nāq̄z captiuū in legē peccati: q̄d ē aliud q̄ in effectu pec
cati atq̄z ope p̄manere. Aut qō aliud p̄ncipale dabit bonū: qō
sancti explere nō possint: nisi id ad cui⁹ cōparationē vt supra dixi
mus vniuersa nec bona sunt. Et q̄dē nonimꝰ multa esse in hoc
mūdo bona: p̄cipueq̄z pudicīa: cōtinentiam: sobrietatē: humili
tatē: iusticīa: misericordīa: temperātīa: pietatē: sed hec omnia ⁊
summo illi bono paria esse non possunt: ⁊ perfici non dicā ab
apostolis: sed etiā a mediocribꝰ possunt: ⁊ a quibꝰ impleta non
fuerint: aut eterno, supplicio puniunt: aut grādi vt supra dictū
est laboze penitētie: vel quotidiana xp̄i gratia liberantꝰ. Super
est igit̄ vt banc apostoli sententiā soli sanctoꝝ p̄sone recte fatea
mur aptari: q̄ in banc quā p̄diximꝰ incurrētes quotidie peccati
non criminū legem: de statu salutis sue certi nō p̄cipitantꝰ in
facinus: sed vt dictū est de cōtemplatione diuina ad miseriā co
gitationū denolnti corpozaliū: vere illiꝰ beatitudinis bono ple
rūq̄z fraudantꝰ. Si essi se in banc membroꝝ snoꝝ legē quotidia
nis sentirent sceleribꝰ illigari: nonvtiq̄z de felicitatis amissio
ne: sed de innocētie cansaretur: nec diceret apl̄us Paulus. Infe
lix ego hō: sed impurus aut scelestus ego hō nec de corpore moz
tis huiꝰ: hoc est de conditiōe mortali: sed a flagicijs atq̄z crimi
nibꝰ carnis huiꝰ vellet absolni. Sed q̄ se p̄ conditione fragili-
tatis hūane senserat captiuatū: id est abductū ad sollicitudines
curasq̄z carnales: que lex peccati ⁊ mortis operat: ingemiscēs
sup hac quā innitꝰ incurrerat lege peccati: confestim recurrit ad
chr̄istū: ⁊ p̄sentissima gratie eius redēptione salnat. Quicq̄d er
go lex illa peccati: q̄ spinas ac tribulos cogitationū curarumq̄z

mortaliū naturaliter gignit: etiā in apostolici pectoris terra sol
Roma.8. licitudinis germinarit: ista lex gratie mox auellit. Lex enim in
quit spiritꝰ vite in xp̄o iesu: liberauit me a lege pcti ⁊ mortis.

¶ Quid sit corpus peccati. Capitulum. xvj.

Hoc ergo ineuitabile corpꝰ est mortis: in qđ ꝑfecti quiq̄
Hiere.2. b qui gustauerunt q̄ suauis est dominus quotidie reuolu-
ti: sentiunt cum ꝓpheta q̄ malū sibi ⁊ amarū sit discede
re a dn̄o deo suo: h̄ est corpus mortis qđ a celesti eos intuitu re
trahēs: ad terrena deducit: qđ psallētes eos atq̄ in oratione ꝓ
stratos: vel humanas effigies vel sermōes vel negocia vel actꝰ
facit superfluos retractare. Hoc est corpus mortis qđ emulātes
angelicam sanctitatem: ⁊ volentes domino iugiter inherere: ꝑ-
fectionē tamen huiꝰ boni: quia mortis corpus obsistit: inuenire
non possunt: sed faciunt malū quod nolunt id est traducunt mē
te etiā ad illa que ad profectū virtutū perfectionēq̄ nō ꝑtinent.
Deniq̄ vt hoc de sanctis atq̄ perfectis sibiq̄ similibꝰ se dixis-
se beatus apostolus euidenter exprimeret: digito quodāmodo
Roma.7. semetipsum tactuq̄ designās: cōtinuo infert. Itaq̄ ego ipse id
est qui hec ꝓnuncio: mee nō alterius cōscientie latebras pando
Hoc sane elocutionis genere familiariter vti apostolus solet:
2.Co.10. si quando vult se specialiter designare: sicut ibi. Ego ipse Pau-
2.Co.12. lus obsecro vos ꝑ mansuetudinē ⁊ modestiā christi. Et rursum
Ibidem. Nisi q̄ ego ipse non grauaui vos. Et iterū. Sed esto: ego ipse nō
Gal.5. grauaui vos. Et alibi. Ego ipse paulus dico vobis: si circunci-
Roma.9. damini xp̄s vobis nihil ꝓderit. Et ad Romanos. Optabā esse
ego ipse anathema esse a christo pro fratribus meis. Potest au
tem non absurde etiā sic accipi. vt exp̄ssius emphasi ꝓnunciet.
Roma.7. Itaq̄ ego ipse: id est quē nostis esse apostolū christi: quem tota
suspicientia veneramini: quē creditis summū atq̄ ꝑfectum esse
⁊ in quo loquitur christus: cum mente seruiam legi dei: carne
tamen legi peccati seruire me fateor: hoc est distentione condi-
tionis humane interdum de celestibus ad terrena deuoluor: ⁊
ad curas humilium rerum mentis mee altitudo prolabitur: ꝑ
quā peccati legem ita momentis singulis me sentio captiuari vt
q̄uis immobili circa legem dei desiderio ꝑseuerem: nullo tamē
modo vim huius captiuitatis euadere me posse sentiam: nisi cō
fugero semper ad gratiam saluatoris.

¶ Quod sancti omnes veraciter immūdos se ⁊ pecca tores esse confessi sunt. Capitulum. xvij.

Et idcirco quotidianis suspiriis sancti omnes ꝑ hac sub
e stantie sue fragilitate cōpuncti: dum cogitationum va-
rietates: ⁊ conscientie sue latebras ac penetralia ꝑscru-
tant: suppliciter clamant. Non intres in iudiciū cū seruo tuo:
Psal.142. qr nō iustificabitur in cōspectu tuo oīs viuēs. Et illud. Quis

gloriabit castū se habere cor: aut quis fiduciā habebit se mūdū esse a peccato. E iterū. Nō est iustus homo in terrra qui faciat bonū ⁊ non peccet. Et ita infirmā hominū imperfectāq; iusticiā: ac misericordia dei semper indigentē: indignā esse sentiunt: vt vnus ex his cui⁹ iniq̄tates ⁊ peccata de⁹ misso de altari ignito verbi sui carbone purgauit: post illā mirificā contemplationē dei: post intuitum sublimiū seraphin: et reuelationē sacramentorū celestiū dicat. Ue mihi: q̄z vir pollut⁹ labijs ego sum: ⁊ in medio populi polluta labia habētis ego habito. Qui sicut arbitror labiorū suorū immundiciam nec tunc quidem fortasse sensisset: nisi vera perfectione ⁊ integra puritate cōtemplationē dei meruisset agnoscere: cuius intuitu pollutionē suā sibi añ in cogniam repente cognouit. Cum eñ ait. Ue mihi: quia vir pollutus labijs ego sum: de suorū hoc eum labiorū non de populi pollutione cōfessum id quod sequitur manifestat: Et in medio populi polluta labia habētis ego habito. Sed etiā cū orās peccatorū quasi vniuersaliū immūdiciam confitet: non iniquorum tm̄ sed etiā iustorū plebem generali supplicatione complectit: dicens. Ecce tu iratus es ⁊ peccauimus: in ipsis fuim⁹ semp ⁊ saluabimur: facti sum⁹ vt immūdi oēs nos: tanq̄ pann⁹ mēstruate vniuerse iusticie nostre. Rogo q̄d euidēti⁹ hac pōt esse sentētia qua nō vnā tm̄: sed vniuersas iusticias nostras ꝓpheta complexus: ⁊ circūspiciens omnia q̄ vel immūda vel horrida iudicātur: quia nihil in hominū conuersatione sordidi⁹ neq; impuri⁹ potuit reperire: panno menstruate eas comparare maluit.

Prouer. 20.

Eccs. 7

Esa. 6.

Esa. 64.

¶ Etiā iustos ⁊ sanctos sine peccato nō eē. Ca. xviij.

Frustra ergo manifestissime veritati spinose obiectiōis acumen opponit: sicut pauloante dixistis. Si nemo sine peccato: nullus est sanctus: ⁊ si nemo sanctus: null⁹ ergo saluabit. Hoc enim ꝓphete testimonio: potest nodus hui⁹ questionis absolui. Ecce inquit tu iratus es ⁊ nos peccauimus id est cum elationem nostri cordis vel negligentias auersatus: tuo nos auxilio denudasti: cōfestim nos vorago absorbuit peccatorū velut si q̄s splendidissimo solis diceret elemēto. Ecce tu occubuisti: ⁊ nos illico tenebrosa contexit obscuritas. Et tamē cum hic sanctus peccasse se dicat: ⁊ non solū peccasse: sed etiam in ipsis semp ꝑmansisse peccatis: non desperat penit⁹ de salute sed subijcit. In ipsis fuim⁹ semper ⁊ saluabimur. Hāc ego sentētiā. Ecce tu iratus es ⁊ peccauimus: illi apostolice cōparabo. Infelix ego homo: quis me liberabit de corpe mortis hui⁹. Rursum id qd̄ ꝓpheta subiungit. In ipsis fuim⁹ semp ⁊ saluabimus consequētib⁹ apostoli cōgruit verbis. Gratia dei per iesum xp̄m dominum nostrum. Similiter etiā illud eiusdem prophete. Ue mihi: q̄z vir pollut⁹ labijs ego suz: ⁊ in medio populi polluta labia habentis ego habito. videtur supradictos sapere sermōes.

Roma. 7.

Esa. 6.

Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius? Itēq; qd̄ sequit̄ in ꝓpheta. Et ecce volauit ad me vnus de seraphin: ⁊ in manu eius carbūculus siue calculus: quē forcipe tulerat de altari: ⁊ tetigit os meū ⁊ dixit. Ecce hoc tetigi labia tua: ⁊ auferet̄ iniquitas tua: ⁊ peccatū tuū mundabit̄. Tale est vt pauli videat̄ ore prolatum qui ait. Gratia dei per iesum christū dominū nostrū. Uidetis ergo quēadmodum omnes sancti non taꝫ ex persona populi q̄ ex sua: ⁊ peccatores se veraciter feteant̄: ⁊ tamē nequaq̄ de sua salute desperent: sed iustificationis plenitudinē quā pro cōditione fragilitatis humane cōsequi se posse diffidunt: de gratia domini ⁊ miseratione presumunt.

¶ Quod in ipsa quoqꝫ orationis hora: peccatum declinari vix possit. Capitulum. xix.

Neminē vero in hac vita q̄uis sanctū: immunē esse a debitis peccatorū: etiā magisteriū nos edocet saluatoris: qui discipulis suis perfecte orationis formulā tradēs inter reliqua illic sublimia sacratissimaq; mādata: que non nisi sanctis perfectisq; sunt tradita: ⁊ malis ⁊ infidelibus conuenire non possunt: hoc iussit interseri. Et dimitte nobis debita nostra sicut ⁊ nos dimittimus debitoribus nostris. Si ergo vera hec ⁊ a sanctis ꝓfert̄ oratio, sicut indubitāter credere nos oportet: quis tam cōtumax ⁊ presumptor tamq; superbia diabolici furoris elatus poterit inueniri: qui sine peccato se esse ꝓnūciās non solum maiorem se apostolis credat: verū etiam ipsum quasi ignorantie aut vanitatis arguat saluatorem. vt scꝫ aut nescierit esse posse aliquos immunes a debitis: aut frustra docuerit eos quos scierit orationis istius remedio non egere? Sed cū regis sui p̄cepta seruantes: omnes omnino sancti quotidie dicāt. Dimitte nobis debita nostra. Si verū dicunt. vere nemo est immunis a culpa: si autē fallunt: eque verū est eos mēdacij non carere peccato. Unde etiā ille sapientissimus Ecclesiastes: vniuersos actus ⁊ humana studia mente percurrēs: sine vlla exceptione ꝓnunciat. Quia nō est iustus homo in terra qui faciat bonuꝫ ⁊ nō peccet: id est nemo in hac terra tam sanctus: tam diligens tam intentus: vel potuit vnq̄: vel poterit inueniri: qui vero illi ac singulari bono ita iugiter valeat inherere: vt nō quotidie ab eo distractum se sentiat deliquisse. Qui tamē cum ꝓnunciet̄ immunis a noxa esse nō posse: iustus esse nihilominus nō negatur.

Matth. 6.

Eccēs. 7.

¶ A quibus sit peccati euacuatio ⁊ virtutū discenda perfectio. Capitulum. xx.

αγα
μαρτη
τον

Quisquis itaq; anamarteton: id est impeccantiā nature ascribit humane: nō inanib⁹ verbis: sed cōscientie sue testimonio nobiscum ac probatione cōfligat: ⁊ tūc demū se absq; peccato esse ꝓnunciet cū se ab hoc summo bono senserit

nō auulsum: immo vero quisquis cōsiderās cōscientiā suam: vt nō dicā amplius: vnā saltē synaxim sine vlla verbi vel facti: vel cogitationis interpellatione se deprehēderit celebrasse: absq; peccato se esse ꝓnunciet. Proinde: qꝛ his omnib⁹ ociosis ac superfluis rebus: volucrē humane mētis excursum fatemur carere nō posse: per hoc vtiq; cōsequēter sine peccato nos nō esse veraciter cōfitemur. Nā quātauis circunspectione vnusquisq; cor suū seruare cōtendat: nunq̄ id ꝟm desideriū spūs sui: repugnāte carnis cōditione custodiet. Quāto eñ magis ꝓfecerit mens humana: ⁊ ad sinceriorē cōtēplatiōis ꝑuenerit puritatē: tāto se immūdiorē quasi ꝑ speculū sue puritatis inspiciet: qꝛ necesse est dū animus ad sublimiorē se extēdit intuitū: ⁊ maiora q̄ nouit ꝓspiciēs ꝯcupiscit: illa in q̄b⁹ est vt inferiora sꝑ ac viliora despiciat.

¶ Quod licet agnoscamus nos sine peccato nō esse: non debeamus tamen nos a dominica communione suspendere. Capitulum. xxj.

Pura siquidē denotat sincerior obtutus: paritq; sibi maiorē reprehēsionis dolorē irreprehēsibilis vita: ⁊ multiplicat gemit⁹ atq; suspiria emēdatio morū: ⁊ emulatio attēta virtutū. Nemo eñ illo in quo ꝓfecerit gradu pōt eē cōtentus: ⁊ quātū quis fuerit mēte purgatior: tāto se sordidiorē vidēs magis hūilitatis q̄ elationis inuenit cās: quātoq; ꝑnicius ad sublimiora cōscenderit: tāto ampli⁹ ꝑuidet sibi superesse quo tēdat. Deniq; ille apl'oꝝ eximius quē diligebat iesus: recūbēs supra pect⁹ ei⁹: hāc quasi ex dñico ꝓtulit corde sentētiā. Si dixerimus. Qꝛ peccatū nō habemus: ipi nos seducimus: ⁊ veritas in nobis nō est. Itaq; si dicētes nos nō hr̄e pctm̄: veritatē id est xp̄m nō habem⁹ in nobis: q̄d aliud ꝓficimus nisi vt nos hacip̄a ꝓfessione ex peccatoribus sceleratos atq; impios approbem⁹? Postremo si cordi est veri⁹ explorare vtrū possibile sit hūane substātie anamartheton: id ē impeccātiā possidere a quib⁹ hoc manifestius discere poterimus: q̄ ab his q̄ carnē suā crucifixerunt cū vitijs ⁊ cōcupiscētijs: ⁊ q̄b⁹ vere crucifixus est mūdus. Qui cū de cordibus suis nō solum radicitus vitia vniuersa cōuulserint: verumetiā peccatorū memoriā ac cogitationes conentur excludere: nihilominus tamē quotidie fideliter profitentur: ne vna quidē hora sine macula se esse posse peccati. Nec tamē ex eo debemus nos a dñica cōmunione suspendere: qꝛ nos agnoscimus peccatores: sed ad eam magis ac magis est ꝓpter anime medicinā ⁊ purificationē spiritus auide festinandū: verumtamen ea humilitate mētis ac fide: vt indignos nos perceptione tante gratie iudicātes: remedia potius nr̄is vulneribus expetamus. Alioquin nec anniuersaria quidē digne est p̄sumenda cōmunio: vt quidā faciunt qui in monasterijs cōsistentes: ita sa-

1. Joh. 1.

Gal. 5.
Ibidē. 6.

cramentorū celestiū dignitatem ⁊ sanctificationē ac meri tū metiuntur: vt estiment ea nō nisi sanctos atq; immaculatos debere presumere: ⁊ nō potius sanctos mundosq; nos sua participatione perficiāt. Qui profecto maiorem arrogantie presumptionē: quam declinare sibi videnť incurrunt: q; vel tunc cū ea percipiunt: dignos se eius perceptione diiudicāt. Multo ergo iustius est: vt cum hac cordis humilitate qua credimus ⁊ fatemur illa sacrosancta mysteria nunq; p merito nos posse cōtingere: singulis ea officiis ob remediū nostrarū egritudinū presumamus: q; vt vana persuasione cordis elati: vel post annum dignos eorū participio nos esse credamus. Quapropter vt hec intelligere ⁊ fructuose tenere possimus: miserē cordiā domini vt nos ad perficienda hec adiuuet: attentius imploremus: que nequaq; itavt cetere humane artes precedente quadā ratione verborum: sed actu potius ⁊ experientia preeunte discuntur: quecq; rursum: ni fi tam collationibus spiritaliū virorum frequenter examinata fuerint ⁊ polita: q; documentis ⁊ quotidiana experientia sollicite ventilata: aut obsolescunt incuria: aut ociosa oblitione depereunt.

¶ Explicit abbatis Theone collatio tertia.

¶ Incipit annotatio capitulorum collationis abbatis Abraam de mortificatione.

Cā. j. Quomodo abbati Abrae prodiderimus cogitationum nostrarum arcana.

ij Quomodo nostros senex patefecerit errores.

iij De qualitate locorum que ab anachoretis expeti debeāt.

iiij Que a solitarijs operationum genera debeāt eligi.

v Quod enagatione corporis grauetur magis q; relenetur cordis anxietas.

vj Ad quam comparationem monachus cogitationes suas debeat custodire.

vij Interrogatio cur obesse nobis parentū vicinia putaretur que in egypto confistentibus non obesset.

viij Responsio quomodo nō omnibus cōueniant omnia.

ix Quod bi possint parentum vicinam non timere: qui abbatis apollo mortificationē potuerint emulari.

x Interrogatio an obsit monacho si a parentibus sibi necessaria suggerantur.

xj Responsio qd sanctus Antonius sup hoc pnunciauerit.

xij De vtilitate operationis: ⁊ ocij detrimento.

xiij Fabula de tonsoris mercede: composita ad illusiones diaboli cognoscendas.

xiiij Interrogatio vnde nobis talium cogitationum error irrepserit.

xv Responsio de tripertito anime motu.
xvj Rationabilē anime nostre partem fuisse corruptam.
xvij Quod infirmior pars anime diabolicis temptationibus prima succumbat.
xviij Interrogatio an vtili desiderio maioris silentij retrahemur ad patriam.
xix Responsio de illusione diabolicaq; vastioris solitudinis requiem repromittat.
xx Quā vtilis sit remissio in aduentu fratrum.
xxj Quomodo euangelista Johannes vtilitatem remissionis ostendisse dicatur.
xxij Interrogatio qualiter intelligendū sit quod in euangelio dr. Jugū meum suaue est: ⁊ onus meum leue.
xxiij Responsio cum expositione sententie.
xxiiij Cur amarum iugum ⁊ graue onus domini sentiatur.
xxv Quid vtilitatis conferat temptationum incursio.
xxvj Quemadmodū perfecte abrenunciantibus: centuplum in hoc mundo repromittatur.

¶ Explicit annotatio capitulorum.

¶ Incipit abbatis Abraam collatio de mortificatiōe.
¶ Quomodo abbati abrae Cassianus cum collegis ꝓdiderint cogitationum suarum arcana.

Capitulum. j.

Quarta atq; vicesima ista collatio abbatis abraā christo fauēte procudit: omnium seniorum traditiones atq; instituta concludens: qua vestris orationibus consummata: illorum vigintiquattuor seniorū: qui in sancta Apocalypsi coronas suas agno offerre dicuntur: numero mystice congruente: cunctarum promissionum nostrarum debitis nos credimus liberandos. Siqua proinde gloria: hi vigintiquattuor senes nostri ob institutionis sue meritum fuerint coronati: illi qui pro salute mundi immolatus est agno subiectis sunt capitibus oblaturi. Ipse enim ⁊ illis tam eximium sensum: ⁊ nobis qualencunq; sermonem: quo tanta profunditas promeretur propter honorem nominis sui donare dignatus est. Et necesse est vt ad auctorem bonorum omnium muneris sui merita referant: cui hocipso debetur amplius quo magis soluit. Igit ad hunc abraā cogitationū nostraꝝ impugnationē anxia confessione detulimus: qua ad repetendā ꝓuinciam nr̄am atq; ad reuisendos parētes quotidiāis aīe estib⁹ vrgebamur. Hinc etesi nobis maxima desideriorū nascebatur occasio: Apoc. 4.

q̄ tanta religione atq; pietate parentes nr̄os preditos recorda
bamur: vt eis nequaq̄ nr̄m propositū preponerem⁹: hoc iugiter
mēte voluētes: q̄ ꝓfectū magis ex illoꝝ essemus assiduitate ca-
pturi: nullaq; nos corꝑaliū reꝝ sollicitudine: nullꝰ ꝓspiciēdi vi-
ctus distētionib⁹ occupādos: illis afatim omnē cū gaudio p̄bi-
tionē nr̄e necessitatis explētib⁹. Insuꝑ ēt spe inaniū gaudiorū
animū pascebam⁹: credētes fructū nos maxim ꝑcepturos de cō
uersione multoꝝ: q̄ velut nr̄o essent ad viā salutis exēplo ac mo
nitis dirigēdi: tū p̄terea ip̄oꝝ locoꝝ situs: in quib⁹ erat maiori-
bus nr̄is auita possessio: ipsaq; amenitas regionū iocūda ante
oculos pingebat: q̄ grate ⁊ cōgrue solitudinis spacijs tēderet:
ita vt nō solū delectare monachū possint secreta sylvarū: sed ēt
maxīa vict⁹ p̄bere cōpēdia. Que oīa p̄dicto seui: cū s̄m fidē con
scīe nr̄e simpliciter pāderem⁹: nec iā impugnationū vim tolera
re nos posse: nisi nobis ꝑ illius medicinā dei gratia subuenis-
set: profusis lachrymis testaremur. Tacitus ille: diuq; cuncta
tus: atq; ad extremum grauiter ingemiscens ita ait.

¶ Quō nostros senex patefecerit errores. Cap̄.ij.

Necdū vos desiderijs renunciasse mūdanis: nec mortifi-
n casse cōcupiscētias pristinas: cogitationū vr̄arū prodit
infirmitas. Nā sicut desidiā cordis vr̄i: desideriorꝝ vr̄o
rū ꝑuagatio ꝓtestat: hāc ꝑegrinationē ac parētū absentiā: quā
mēte poti⁹ suscipe debuistis: carne tātūmō sustinetis. Sepul-
ta essi h̄ oīa: ac d̄ cordib⁹ vr̄is euulsa penit⁹ iā fuissent: si vel rō
nē ipsius abrenūciationis: vel principalē solitudiuis cām in q̄
cōsistim⁹ cepissetis. Iōq; vos illa ocij egritudine sentio labora-
Prouer.xxj re: q̄ in prouerbijs ita notat. In desiderijs est oīs ociosus. Et
iterū. Desideria occidūt pigrū. Nā ⁊ nobis poterant hec q̄ cōme
morastis carnaliū cōmodoꝝ nō deesse cōpēdia: si credidissemus
ea nr̄o cōuenire ꝓposito: aut talē ex illis amenitatū voluptati
bus fructū nobis iudicassem⁹ posse cōferri: q̄lis iste est q̄ de h̄
locoꝝ squalore ⁊ corꝑis ꝯtritione cōquirit. Nec sum⁹ ita parētū
solatio destituti: vt definit q̄ d̄ suis substātijs sustētare nos gau
deant: nisi nob illa snīa saluatoris occurrēs: q̄cq̄d ad fotū hui⁹
Luce.xiiij. ꝑtinet carnis excluderet: q̄ dicit. Qui nō reliq̄rit siue oderit pa-
trē ⁊ matrē ⁊ filios ⁊ fratres: nō pōt me⁹ esse discipulus. Qd̄ si
parētū q̄ꝫ essem⁹ p̄sidio destituti: certe vel potētū mūdi isti⁹ ob-
seq̄a d̄esse nō possent: q̄ prōptissima largitate necessitatib⁹ nr̄is
cū offi gratiarūactione subministrare gauderēt: quoꝝ munificē
tia sustētati: parādi vict⁹ sollicitudine careremus: nisi nos ve-
Hiere.xvij. hementer illa prophetica maledictio deterreret: nā Maledict⁹
Ps̄.cxlv. inquit dō: q̄ ponit spē suā in homine. Et. Nolite ꝯfidere in prin
cipibus. Potuimus etiā cellulas saltē nr̄as suꝑ nili fluminis
alueū collocātes: aquā habere pre forib⁹: ne eā a quattuor mi
libus passuū nostris cogeremur deferre ceruicibus: nisi nos ad

tolerātiā laboris istius indefessos btūs apostolus reddēs hoc iugiter aīaret eloq̄o. Unusquisq̄ inq̄ens propriā mercedē accipiet ſm suū laborē. Nec ignoram⁹ esse nōnulla, in regionib⁹ nostris amena secreta: in q̄b⁹ pomoꝝ copia ⁊ hortoꝝ gr̄a vel vbertas: nec̄citaatē vict⁹ nr̄i minimo labore corpis expedirēt: nisi impingendā nobis illā exprobrationē q̄ ad illū in euangelio directa est diuitē vereremur: q̄r recepisti ꝯsolationē tuā in vita tua. Sed despectis illis oīb⁹: ⁊ cū vniuersa mūdi huius voluptate cōtēptis: his tm̄ squalorib⁹ delectamur: vniuersisq̄ delitijs horrēdā sollicitudinis isti⁹ p̄ferim⁹ vastitatē neq̄ huic arenaꝝ amaritudini quātasuis vberes glebe diuitias cōpamus: nō tpalia hui⁹ corpis lucra: sed eterna spūs emolumenta sectātes. Parū est em̄ renūciasse monachū semel: id est in primordio cōuersionis sue ꝯtēpsisse pn̄tia: nisi eis quotidie renūciare pstiterit. Usq̄ in finē nāq̄ huius vite illud nobis dicēdū est cū propha. Et diē hominis non desideraui tu scis. Unde ⁊ dominus in euāgelio. Si quis vult inquit post me venire abneget semetipsum: ⁊ tollat crucem suam quotidie ⁊ sequatur me.

i. Coꝝ. iij.

Luce. xvj.

Hiere. xvij.

Luce. ix.

¶ De qualitate locorum que ab anachoretis expeti debeant. Capitulum. iij.

Et idcirco ei qui de interioris hoīs puritate ꝑuigilē sollicitudinē gerit: expetēda sunt loca: q̄ mentē ei⁹ nulla ad culture distētionē vbertatis sue fecūditate sollicitēt: nec de cellule fixa atq̄ īmobili statione ꝑturbēt: atq̄ ad aliq̄d subdiuale opus prodire cōpellāt: ⁊ ita velut in aptū effusis, cogitationib⁹: omnē mētis directionē ac subtilissimū certe illi⁹ destinationis intuitū ꝑ diuersa dispgat: q̄ a nemie ꝓrsus q̄uis, sollicito ac vigilāti vel caueri potuerūt vel videri: nisi q̄ aīm suū atq̄ corp⁹ iugiter intra parietū septa cōcluserit: vt ita q̄s velut piscator egregi⁹: victū sibi apl̄ica arte prospiciēs in trāquillissimi cordis sui ꝓfundo: agmina cogitationū natātia intēt⁹ atq̄ immobil̄ captet: ⁊ tāq̄ de ꝓminēti scopulo curiose ꝓfunda ꝓspectās: q̄s ad se hamo trahere debeat salutari: q̄s ꝟo tāq̄ malos ac noxios pisces negligat ac refutet: sagaci discretiōe diiudicet.

¶ Que a solitarijs operationū genera debeant eligi. Capitulum. iiij.

In hac g̃ vnusquisq̄ custodia iugiter ꝑseuerās: efficaciter illud implebit: q̄d ꝑ abachuc ꝓphetā satis euidēter exprimit̄. Sup custodiā meā stabo: vt ascendā sup petrā ⁊ speculabor vt videā q̄d loquat̄ ī me: ⁊ q̄d respondeā ad arguentē me. Q̄d quāti laboris ac difficultatis sit: experimētis illoꝝ qui in illa calami siue purfurionis eremo ꝯmorant̄: manifestissime cōprobat̄. Nā cū longiore solitudinis interuallo ab vniuersis vrbib⁹ ⁊ habitaculis hoīm q̄ eremus scythie diuidant̄:

Abachuc.

septē si quidē vel octo māsionib⁹ vastissime solitudinis deserta penetrātes: vix ad cellulaꝝ suaꝝ secreta ꝑueniūt: tñ qꝛ illic agriculture dediti: claustris minime cohibent̄: cū ad hec squalida in quib⁹ degim⁹: vel ad illa scythica venerint loca: tātis cogitationū estib⁹: tāta animi anxietate vexant̄: vt q̄si rudes ⁊ q̄ solitudinis exercitia ne leuiter q̄dē aliqñ cōtigerint: cōmorationez celle ⁊ q̄etis silētia tolerare nō possint: atq; ex eis stati excussi: tāq̄ exptes ⁊ nouicij ꝑturbent̄: Nō em̄ sedare interioris homīs mot⁹ ⁊ cogitationū suaꝝ tēpestatib⁹ obuiare: iugi sollicitudine ac ꝑseuerāti intētione didicerūt: q̄ sub diualib⁹ q̄tidie opib⁹ desudātes: tota die sub aerea inanitate: nō solū corpe: verūetiā mēte ꝑuolitāt: ⁊ cogitationes suas cū mobilitate corpea passim inapta diffundūt. Et idcirco nec multiuolā animi sui sentiūt vanitatem: nec eius lubricos possunt coercere discursus: nec contritionē spiritus ferentes: intolerabilem sibi ipsam silentij sui estimant iugitatem: ac laboriosis ruris operibus indefessi vincūtur ocio: ⁊ quietis sue diuturnitate lassantur.

¶ Quod euagatione corporis grauetur magis q̄ releuetur cordis anxietas. Capitulum.v.

Nec mirū si in cella q̄s residēs q̄si intra artissimū claustrū cogitationib⁹ ꝯgregatis: anxietatū multitudine suffocetur: q̄ de carcerib⁹ habitaculi cū hoīe ꝓrūpētes: cōtinuo velut eq̄ effrenes in diuersa ꝑuolitāt. Sz cū ad pñs d̄ suis velut stabulis euagent̄: capit̄ statiz aliqd̄ vel breue vel triste solatiū: cū vero corpe ad cellā ꝓpriā remeāte: rursus q̄si ad sedē suā cuncta cogitationū caterua recurrerit: grauiores excitat stimulos ipsa inueterate licētie ꝯsuetudo. Hi g̃ q̄ necdū pñt vel norūt volūtatū suarū instigationib⁹ reluctari: cū acidia pectus insolitū vehemētius īpugnante: intra cellā fuerint anxiati. si ꝓgrediēdi sepi⁹ libertatē sibi remissa districtionis lege cōcesserint: acriorē aduersum se pestē h̄ vt putāt remedio suscitabūt: sicut gelidissime aq̄ haustu vim inter narū febriū quidaz restinguere posse secredūt: cū vtiq; accēdi ex hoc ignē illū cōstet poti⁹ q̄ sedari: siq̄dē momētaneā illā releuationē multo grauior ꝯsequet̄ afflictio

¶ Ad quā cōpationē monachus cogitationes suas debeat custodire. Capitulū.vj.

Quāobrē ita monachi oīs intētio in vnū semp est defigenda: cunctarūq; cogitationū ei⁹ ort⁹ ac circūit⁹ in idipm: id est ad memoriā dei strenue reuocādi: velut si q̄s absīdis camerā volēs in sublime cōcludere: subtilissimi illi⁹ cētri lineā iugiter circūducat: ac ꝑm certissimā normā omnē rotūditatis parilitatē: ⁊ structure colligat disciplinā. Qui ꝟo eā absq; vlli⁹ medietatis examine ꝯsummare: q̄uis summa artis aut ingenij presumptione tēptauerit: impossibile est: vt equalitatē cir

cunitus illius sine errore custodiat: aut quantū vere rotūditatis pulchritudini errādo subtraxerit: solo dep̄hēdat aspectu: nisi ad illū indicē veritatis sp̄ recurrēs: atq; eius arbitrio interiorē op̄is sui ambitū exteriorēq; castigās: tā excelse altitudinē molis vni⁹ pūcti lege cōcludat. Ita ēt mēs nr̄a nisi solā dn̄i charitatē: velut cētrū īmobiliter fixū: p̄ vniuersa opeꝝ molitionūq; nostrarū momēta circūagēs: p̄babili (vt ita dixerim) circino charitatis oīm cogitationū vel aptauerit vel repulerit q̄litatē: nequaq̄ structuram illā edificij spiritalis: cui⁹ paulus est architect⁹: probabili arte moliet̄: nec pulchritudinē dom⁹ illi⁹ possidebit: quā btūs dauid in corde suo cupiens exhibere. Dn̄e inq̄t dilexi decorē domus tue ⁊ locū habitationis gl̄ie tue: sed indecorā in corde suo atq; indignā spūisancto domū: ꝯtinuoq; lapsurā imprudenter attollit: nō glorificādus bti cohabitatoris hospitio: sed ruina constructionis suelugubriter opprimendus. Ps. xxv.

¶ Interrogatio cur obesse nobis parētū vicinia putaret̄: q̄ in egypto cōsistētib⁹ nō obesset. Cap̄. vij.

Ermanus. Satis vtili ac necessario p̄cipit̄ instituto h̄ operū gen⁹ qd̄ intra cellā exerceri pōt. Etesi nō solū exēplo btitudinis vr̄e apl̄icarū virtutū imitatione fundate: verūetiā exp̄iētie nr̄e testimonio cōmoditas hui⁹ rei nobis sepe cōp̄ta est. Sed parētū vicinia quā nec vos minimū respuistis: cur tātop̄e a nobis debeat vitari nō satis claret. Cū esi vos in oī p̄fectionis via irrep̄hēsibil̄r incedētes: nō solū in p̄prijs residere regionibus: sz nec longe a viculis suis q̄sdā recessisse cernamus: cur id qd̄ vobis noxiū non est: nobis putetur aduersum.

¶ Respōsio quō nō oībus cōueniāt oīa. Cap̄. viij.

Braam. Nōnunq̄ mala ex bonis rebus sumi videmus exēpla. Nā si eadē quis agere: nō eodē affectu atq; proposito: aut dissil̄i virtute p̄sumpserit: p̄fecto exinde laqueū deceptionis ⁊ mortis incurrit: vn̄ alijs eterne vite fructus acquirit̄. Qd̄ ille quoq; manu fortis puer: bellicosissimo illi giganti in certamine cōp̄atus: haud dubie p̄tulisset: si virilibus atq; fortissimis saulis armis fuisset indutus: ⁊ quib⁹ etas robustior innumerabiles caternas hostiū prostrauisset: hec indubitatam primeuo puero potuerunt inferre perniciē: nisi prudenti discretione congrua adolescentie sue armorum genera delegisset: ⁊ aduersus hostē teterrimū: nō lorica ⁊ clypeo quibus ceteros videbat instructos: sz illis quib⁹ ipse dimicare poterat telis fuisset armatus. Quamobrem mensuram virium suarum conuenit vnumquēq; nostrum diligentius aū p̄pensare: atq; ad eius modulū arripere quam libuerit disciplinā: quia q̄uis omnes vtiles sint: tamen apte cunctis cuncte esse nō p̄nt. Non esi qr̄ bona est anachoresis: vniuersis eā congruā cōprobamus. A multis

essi nō solū infructuosa: sz etiā pnciosa sentit. Nec qz institutiō
nē cenobioz vel curā fratrū sanctā atqz laudabilē merito ꝑfite-
mur idcirco abuniuersis ea expetēdā ee cēsem⁹. Itaqz ꝓdoctiss
ymus errimus fruct⁹ est: sz ab oib⁹ experti sine patie nō pōt detrimē
to. Ꝓroide pmū regiōis vie: atqz bn⁹ inter se pēsanda sūt institu
ta: deinde: vires boim ingi vel virtutū vel vitioz assiduitate
collecte: dine rsa inuicē lāce rutinādē. Fieri etesi pōt vt qō alte-
rius gētis boi arduū atqz ipossibile est ꝙ alijs insita consuetudo
quodāmō verterit in naturā: sicut natiōes qdā ingēti plagaz di
uersitate disiūcte: magnā vim frigoris vel ardoꝛe solis absqz vl
lo corpis pferūt tegumēto: q vtiqz alij illā celi inclemētiā nō ex-
pti: quātinis roboris fuerint: sustētare nō possunt. Ita etiā vos
q summo aī t corporis nisu: in hac regione dūrat: ās si naturā
patrie vre. in multis impugnare conami: diligēter expēdite vtrū
in illis torpedinis: vt fama est: regionib⁹: t velut frigoꝛe nimie
infidelitatis obstrictis: hāc (vt ita dixeri nuditatē sustētare pos
sitis. Ifis esi illā ꝓpositi foꝛtitudinē naturaliter quodāmō indi
dit sctē cōuersatiōis antiqtas: q si ostātie atqz ꝓuti pares esse
vos cernitis: vicinia parētū fratrūqz vxoꝛ sitꝛ fugere nō debetis

¶ Quod ꝓ positint parētū vicinia nō timere q abba tis apollo mortificationē potuerint emulari. Cap. ix.

T vero ad certū districtionis exāmē vrax virtū qātita
tē metiri cōgrua estimatione possitis: cuiusdā vobis se
nis: id est abbatis apollo factū breuiter indicabo: vt si
vos intimā vri cordis examen hui⁹ ꝓposito atqz virtuti band
inferiores esse censuerit: absqz iactura ꝓfectus vri pfessionisqz
piculo: patrie inhabitationē ac parētū vicinia plumatis: certi q
districtionē bātilitatis huius. quā vobis in hac pincia nō solū
voluntas sed etiā necessitas peregrinatiōis extoꝛquet: ꝓpin-
quitatis affectus: aut locoꝛū oblectatio nō possit euincere. Ad
hūc igit quēdā dixim⁹ senē: cū german⁹ su⁹ intēpesta nocte veni
sset: implozās vt de monasterio suo paulisper egressus: ad eue-
lendū bonē: quē ceno plaustri eminus inberere flebiliter ꝗebat
ei esset anx illo: qz eū solus neq̄ posset ernere. Abbas apollo p
tinaciter obsecrāti. Cur ait inuioze frēm nr̄m quē ꝓterieris ꝓpi
rē q me habueras nō rogasti. Cumqz ille eū mozē olim sepul
ssis oblitū: t ex nimia cōtinētie ac solitudinis ingitate velut in
potē mētis eristimās respōdisset. Quēadmodū poterā de sepul
chro eū q añ annos quindecim obijt innocare. Abbas apollo.
Ignoras q ait me q añ ānos viginti hunc mūdo fuisse defunctū
nullaq; iā posse de hui⁹ celle sepulchro: q ad pītis vite ptineāt
statū tibi cōferre solatia: quē intra xps ab intentione mortifica-
Luce. 9. tiōis arreprevel modū ad extrabēdū bonē trū nō patit relaxari
vt ne breuissimi momenti inducias ꝓ pīs indulserit sepultu
ra: que multo vtiqz celerius: honestius: religiosius fuerat exbis

bēda. Rimamini itaq; nūc arcana pectoris vr̄i prudēterq; cōh̄
cite: an talē etiā vos iuxta parētes vr̄os districtionē mētis iu-
giter retentare possitis. Cunq; vos in hac animi mortificatione
cōsimiles eidē senseritis: tū demū scitote parentū fratrūq; vici-
niā: vobis quoq; similiter noxiā nō futurā: vt scz eis q̄uis in p
ximo cōstitutis: velut mortuos vos eē credatis: ita vt nec illos
vr̄is foueri solatijs: nec vos illorū sinatis obsequijs relaxari.

¶ Interrogatio an obsit monacho si a parētibus si-bi necessaria suggerantur. Capitulum. x.

Ermanus. Sup̄ hoc plane iam nullū ambiguitati locū
g vlteri⁹ reliquisti. Certi etem̄ sum⁹ tā p̄ntis huius habi-
tus vilitatē. q̄ quotidiana hec nudipedalia in illoꝝ vici
nia nullatenus exercere nos posse: sed ne labore quidē illic simi
li ea q̄ sunt advictū necessaria p̄uisuros sicut hic etiā ip̄am quo
tidie aquā ceruicibus nr̄is ex tribus milibus exhibere cōpelli-
mur. nec nr̄a em̄ nec illoꝝ verecūdia hec nos corā illis agere om
nino patiet̄. Sane q̄d p̄posito nr̄o oberit: si illis subministrā-
tib⁹ vniuersa: nos sollicitudine parādi victus penitus absoluti:
lectioni tm̄ ⁊ or̄oni op̄am dederimus: vt isto quo nūc distrahi-
mur labore sublato: spiritalib⁹ tm̄ studijs intētius excubemus.

¶ Responsio quid sanctus antonius super hoc pro-nunciauerit. Capitulum. xj.

Brahā. Nō meā cōtra hoc vobis: sz bt̄i antonij sn̄iam p
a ferā q̄ ille ita cuiusdā fr̄is: hoc quo dicitis tepore: torpen
tis segniciē cōfutauit: vt etiā nodū vr̄e p̄positiōis absci
deret. Nā cū ad p̄dictū virū q̄dā vt dixi veniēs: anachoreticā di
sciplinā minime diceret admirādā: maioris p̄nūciās esse virtu-
tis: si ea q̄ p̄fectiōis sunt inter hoīes q̄spiā q̄ in eremo positus
exerceret: beat⁹ antonius vbi nā ip̄e cōsisteret: p̄contat̄. Cunq;
ille se iuxta parētes suos hītare dixisset: ⁊ eoꝝ p̄bitiōe ab omni
cura ⁊ sollicitudine diurni op̄is absoluto: lectioni tm̄ ⁊ oratiōi
absq; vlla distētione spiritus indefinenter gloriaretur insistere.
Rursum bt̄us antonius. Dic inq̄t fili vtrū in eoꝝ dānis vel ad-
uersis casibus cōtristeris: pariq; etiā mō sup̄ eoꝝ p̄speritate con
gaudeas. Ille vtriusq; rei se p̄ticipē esse cōfessus est. Cui senex.
Moueris te inq̄t etiā in futuro seculo eoꝝ sorte cēsendū: cū quib⁹
in hac vita in lucri detrimēti ve cōsortio: vel gaudio vel merore
cōcuteris. Nec hac cōtentus sn̄ia beatus antonius. maiorē in su
p̄ cāpum disputationis ingressus est. Hec inquiens cōuersatio
atq; hic tepidissimus status: nō hoc solo quo dixi te feriunt de-
trimēto: lz id nūc ip̄e nō sentias: dicēs quodāmō s̄m illā Prouer
biorum p̄abolā. Feriunt me sed non dolui: ⁊ deluserunt me ego
autem nesciui. vel illud q̄d dr̄ in propheta. Et comederunt alie- Prouer. 23.
ni robur eius: ⁊ ipse nesciuit: quod scz diebus singulis mentem Osee. 7.

tuam pro casuū varietate mutantes: indefinenter ad terrena de
mergunt: verūetiā qđ fructu manuū tuarum ⁊ iusta laboris pro
prij mercede defraudant: nō ꝑmittētes te horū prebitione sufful
tū: ꝟm bti apostoli regulā: quotidianū tibi victū tuis manibus
ꝑparare: quē ille vltima ephesioꝝ eccl'ie principibus ꝑcepta ꝑ
mulgās: se etiā sctis euangelice ꝑdicationis studijs occapatum
nō solū sibi verūetiā his q̄ erāt, erga ministeriū suū necessarijs ob
Act.20. sequijs ꝑpediti: ꝑbuisse se mēorat dicēs. Ipsi scitis qm̄ ea mihi
opus erāt: ⁊ his q̄ mecū sunt: ministrauerūt manus iste. Qđ tñ
2.Thes.3. vt se fecisse ꝓ forma nostre vtilitatis ostēderet: alibi ait. Nō ocio
si fuimus inter vos: neq; gratis panē ab aliquo māducauim⁹
sed in labore ⁊ fatigatione nocte ⁊ die opantes: ne quē vr̄m gra
uaremus: nō qr nō habuerimus potestatē: sed vt nosmetipsos
formā daremus vobis ad imitandum nos.

¶ De vtilitate opationis: ⁊ ocij detrimēto. Ca.xij.

Et ideo cū etiā nobis parētū ꝑsidia nō deessent: tñ hanc
cūctis opibus ꝑtulimus nuditatē: ⁊ quotidiana corpis
alimēta nr̄is maluimus sudoribus preparare: q̄ secura
parentū ꝑbitione fulciri, laboriosissime huic penurie illā quā ꝑ
dicas ociosam scripturaꝝ meditationē: atq; infructuosaꝫ lectio
nis instantiā postponētes: quā proculdubio libētissime sectare
mur: si hoc esse vtilius vel exēplis suis apostolica tradidisset au
ctoritas: vel instituta seniorū salubriter ꝑfinissent. Noueris aūt
te etiā ex hoc nō leuius q̄ illo quo supra diximus affici detrimē
to: q̄r cū sis iani corporis ac robusti: stipe sustētaris aliena: q̄ iu
ste solis est debilibus attributa. Nā vtiq; oē hoīm genus absq;
illo tm̄ genere mōachorū quod, ꝟm ꝑceptū apl'i, quotidianis ma
nuū suaꝝ laborib⁹ viuit: agapē aliene opationis expectat. Uñ
nō solū eos qui semetipsos: vel parentum facultatibus vel fa
muloꝝ laboribus. vel fundorum suorū fructibus sustētari glo
riantur: sed ipos etiā reges mūdi huius: agape certū est susten
tari. Hoc deniq; maiorū nr̄orum diffinitio habet: qui q̄cq̄d ad
necessitatē quotidiani victus insumit: qđ ope manuū nr̄arū effe
ctū partūq; nō fuerit: ad agapē referri debere sanxerūt: ꝟm apl'm
Ubi.s. q̄ ociosis penitus interdicēs opē largitatis aliene. Qui inq̄t nō
operatur nec māducet. His beatus antonius aduersus quendā
vsus verbis: etiā nos magisterij sui informauit exēplo: vt pa
rentū ꝑniciosissima blandimēta: ⁊ oīm q̄ victus necessaria sub
ministrāt agapen: insuꝑ etiā oēm habitationis gr̄am deuitem⁹
squalētesq; naturali amaritudine arenas: ⁊ ꝑustas salsa inunda
tione regiōes: nulliq; ob idipsum hoīm iuri dñioq; subiectas: cū
ctis mūdi huius opibus preponamus: vt nō solū frequentias
hoīm obtentu inuie solitudinis declinem⁹ sed etiā nequaq̄ nos
ad qualiscunq; culture distētionē vberis soli natura sollicitet: ꝑ
quā mens ab illa principali obseruatione cordis distracta: spi
ritalibus studijs redderetur effeta.

¶ Fabula de tōsoris mercede: cōposita ad illusiones

putamus. Sed ad vos o sancti fratres: non vtiq; hunc ignem quem dominus venit mittere in terram: ⁊ quē nimiū ardere desiderat: ita spiritu presumptionis elatus emisi: vt quasi fruentissimum propositum vestrum caloris huius adiectione succenderem: sed vt vobis maior apud filios esset auctoritas: si id qd̄ ipsi non mortuo verborum sono: sed viuo docetis exēplo: etiā summorum atq; antiquissimorum patrum precepta confirmēt. Superest vt me periculosissima hactenus tempestate iactatum nunc ad tutissimum silentij portum: spiritalis orationū vestrarum aura comitetur. Luc. xii.

¶ Collatio abbatis abraam de mortificatione finit.

¶ Expliciunt vigintiquattuor collationes sanctorum patrum conscripte ab Joanne eremita qui ⁊ Cassianus dicitur: Impresse Lugd̄. per Simonem beue laqua: Anno dñi. M.ccccc.xvj.xix. mensis Septembris.

¶ Deo gratias.

Nikolaus Herborn

[Köln?] 1528.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-119201541511222-184757495-13/fragment/page=0552

ALVENSLEBEN
Ac
505

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-21920154151222-184757495-137/fragment/page=0555



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-119201541511222-184757495-13/fragment/page=0556



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-119201541511222-184757495-13/fragment/page=0558

Opus Johānis eremite: qui ꝛ Cassianus dicitur: de Institutis cenobiorꝝ: Origine: causis ꝛ remediis vitiorꝝ: Collationibusqꝫ patrū: incipit.





Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-119201541511222-184757495-13/fragment/page=0559